ACTA
SANCTAE SEDIS

IN COMPENDIUM OPPORTUNE REDACTA ET ILLUSTRATA

STUDIO ET CURA

VICTOR» PIAZZESI

IURIS UTRIUSQUE DOCTORIS

SEU

Acta iuridica et solemniora ex Supremo Romano Pontifice immediate dimanantia: acta inter ea quae publici fieri possunt iuris, sive sint Decreta, sive Instructiones, sive Responsa, et alia huiusmodi ; praesertim vero Causarum expositiones et resolutiones ex variis EE. Cardinalium Sacris Congregationibus, ad ecclesiastici iuris accuratam intelligentiam et observantiam conferentes, in compendium diligenti studio redactae: alia denique iuridica, quibus opportune illustrantur quae in expositis actis vel difficultatem parere possint, vel ad vigentis iuris notitiam ulterius conducant: in utilitatem eorum, qui in Ecclesiae legibus studiose dignoscendis, et in regimine christiani gregis, vel in colenda Domini vinea. sedulo adlaborant.

Volumen XXXIV.

ROMAE

EX TYPOGRAPHIA POLYGLOTTA

S. CONGR. DE PROPAGANDA FIDE

1901-902.

Reprinted with the permission of Libreria Editrice Vaticana

JOHNSON REPRINT CORPORATION
Ili Fifth Avenue, New York, N.Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.
Berkeley Square House, London, W1X6BA

First reprinting 1969, Johnson Reprint Corporation
Printed in the United States of America

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

OVETEN.

INDULTI A SERVITIO CHORALI.

Die 27 Aprilis 1901.

Per summaria precum.

Compendium facti. In Capitulo Cathedrali Ecclesiae Ovetensis ex consuetudine Canonicus Theologus seu Magistralis obtinet indultum a servitio chori, excepta adsistentia missae conventuali per integram hebdomadam praeviam lectioni S. Scripturae, quam habere debet ipse Canonicus. Deinde huius privilegii facta est prorogatio, ex receptis moribus, confirmatis per statuta Capitularia recens edita, favore illorum Canonicorum qui onus habent praebendae adnexum nonnullarum concionum , illis impositum ob decretum Regium a. 1888 cum Sede Apostolica concordatum. At pro his Canonicis indultum absentiae limitatur ad tres dies praevios concioni habendae quotiescumque haec habeatur in Urbe Episcopali. Denique fruuntur privilegio indulti a servitio chori per integram hebdomadam illi canonici qui sponte suscipiunt onus conciones habendi in cathedrali Ecclesia. — Episcopus haec refert:

« Episcopus Ovetensis debita cum reverentia exponit in sua Ecclesia Cathedrali ius esse, cuius vi Canonicus *Praedicatur* seu *Magistralis* ceterique canonici praesentia gaudent in choro die quo sacrum habent sermonem necnon septem praecedentibus diebus, usque dum decisio S. C. C. in Vallisoletana die 29 Aprilis 1899, denegans huius Ecclesiae canonicis similem praxim, conscientiam Oratoris aiFecit, qua de causa exoptans in re tam gravi tuto omnino se habere, hanc consultationem ad S. C. C. elevat (1).

(1) Recole Vol. XXXII, 87.

» Cum vero praxis huius Ovetensis Ecclesiae alia eaque, ut videtur, firmiora habeat fundamenta, operae pretium erit eadem summatim exponere, quibus inspectis S. C. aeque et iuste, ut ipsi mos est, rem in casu nostro decidat.

» 1. Huius Cathedralis Ecclesiae Praebendas inter adest ea , quae *Magistralis* audit, sicuti per universam accidit Hispaniam, cuius proprium et speciale munus in eo est ut tanquam eiusdem *Praedicator Officialis* conciones ad populum ex ambone habeat toties quoties Episcopo aut Capitulo placuerit praeter numerum fixum concionum pro quolibet anno assignatum. De hoc ergo *Praedicator* ita loquitur percelebre Concilium Compostellan. anno 1565 Salmanticae habitum in Act. 2, cap. 39, in quo agitur de tempore concesso quatuor canonicis, qui vulgo *de officio* vocantur, dum proprio 'muneri incumbunt : - Praedicatori liceat, quoties sermonem est habituras, per octo dies integros abesse, dum tamen Missae sacrificio adsit -. Nec abs re adnotandum, hanc Provincialem Synodum in universa compostellana ditione fuisse receptam et, quod ad supraexcriptam dispositionem attinet, sicuti in Ovetensi sic in ceteris Provinciae dioecesibus viguisse et adhuc impraesentiarum vigere.

» Post haec, nihil mirum si, tanto innixa fundamento,. Statuta Capitularia huius Ecclesiae, in observantiam (ut in ipsorum Prooemio fatentur) Concilii Tridentini et Synodi Provincialis, Salmanticae nuperrime celebratae, anno 1588- concinnata, ita eadem de re ad folium septimum statuant : - Canonicus Magistralis tenetur eas omnes in hac Sancta. Ecclesia conciones habere, quas Capitulum ipsi iniunxerit; et cum praedicaturus erit, sunt ei octo dies ad sermonem conficiendum, quibus perdurantibus at in omnibus habendus perinde ac, si *iubilatus* existeret, dummodo Missae diei intersit -. Quae quidem antiquissimae sanctiones receptae et confirmatae fuere in novis Statutis Capitularibus anni 1892 (sunt enim haec, quae immediate sequuntur illa anno 1588 confecta, cum non sint alia) in quibus § I c. V Partis l[ae] sic de Magistrali statuitur : - Canonicus Magistralis tene-

tur ex officio proprio suae Praebendae decem unoquoque anno in hac Sancta Ecclesia conciones habere, ceterasque extraordinarias quas sive Episcopus sive Capitulum ei iniunxit.... Quo debite possit seipsum praeparare, conceditur ipsi praesentia in choro die quo sermonem habeat, cum iure ad •omnes distributiones lucrandas, sicuti etiam in septem praecedentibus diebus -. Quod idipsum decernitur in Parte 4, mox citanda.

» *Gratia ergo sermonis* (sic enim vulgo dicitur praesentia in choro ad concionem parandam concessa) qua hucusque Canonicus Magistralis Ecclesiae Ovetensis gavisus est, habet in sui favorem : 1. Concilium Provinciale legitimum, quod adeo venerabile apud nostrates habetur ut in Decreto indictionis subsequentis Synodi Compostellanae anno 1887 celebratae, de ipso potuerit praedicari quod - non solum huius provinciae dioeceses , tunc temporis numerosiores , influxu saluberrimo effecit, verum etiam alias Hispaniae ditionis non paucas -. 2. Statuta Capitularia antiqua huius Ecclesiae, quae per tria saecula integra hanc venerabilem Ecclesiam, Sedi Apostolicae usque ad annum 1851 immediate subiectam, moderavere gubernaruntque. 3. Statuta Capitularia nova confirmantia illud ipsum, quod anteriora sanxerant : 4. Quod inde abundantissime patet, praxis vetustissima, consuetudo nempe , quae saltem ad trecentos triginta quinque assurgit annos in quorum longo decursu quam pacifice, absque ulla contradictione aut reclamatione, -consentientibus omnibus , *Canonicus Magistralis* usus est iure provinciali et dioecesano efformante illam consuetudinem, utique secundum ius quae optimo quidem iure legitime debet praescripta dici, cum nullo alio ex parte materiae impedimento laboret, quod ipsam potius corruptelis accenseret.

» 2. Ex iure novissimo introducto per Regium Decretum cum Sede Apostolica concordatum et die 6 Decembris 1888 promulgatum, vi cuius nonnulli canonicatus Ecclesiarum et Cathedralium et Collegialium debent praevio concursu pro-

videri, his imponantur specialia onera, inter quae adest quod eiusmodi canonici teneantur nonnullas conciones, quatuor ex. gr., habere quoque anno, pro quibus, uti patet, remunerationem non accipiunt. His ergo per extensionem quandam applicatum est quod de Canonico Magistrali fuerat statutum, sicuti de facto cautum habetur in Statutis Capitularibus, novis, Parte 4 cap. 7 n. 9, his verbis: - Gaudent praesentia in choro et lucrantur distributionem ordinarias.... Canonicus Magistralis et ceteri canonici die, qua sermonem habeant in Ecclesia Cathedrali et septem diebus praecedentibus. Si vera concio in urbe episcopali fuerit , conceduntur ipsis tres dies de praesentia in choro Uti patet nec antiquius ius nec longior consuetudo pro his canonicis, reduplicative ut ad concionandum obligatis, adinveniri possunt, cum officium praedicandi, ipsis impositum, recentissimum sit.

» 3. Demum sunt et reliqui canonici, qui nonnumquam in Ecclesia Cathedrali concionem sponte et sine retributione habent, quam voluntarie suscipiunt pro his diebus, in quibus ex antiquo more praedicatio haberi consuevit in hac Basilica. De his, praeter dispositionem statutariam in numero praecedenti relatam , extat consuetudo vetus , iuxta quam ipsis aptatur quod de Canonico Magistrali dictum atque expositum est.

» Praetermissis igitur rationibus congruentibus, quae in favorem praxis huius Ecclesiae militant, quo nempe non deficiat copiosa et selecta praedicatio, quae magno cum fructu fidelium de more antiquo habetur , quia non possunt non innotescere S. C C . attentis quam maxime fundamenti* iuridicis expositis, quaeritur:

» I. *An possit tuto retineri praxis Ecclesiae Ovetensis, iuxta quam Canonicus Praedicator seu Magistralis censetur praesens in choro ad effectum distributionum lucrandarum* per octo dies integros, quoties concionem est habiturus in Ecclesia Cathedrali?*

» II. *An idipsum aptari queat Canonicis concionantibus ratione beneficii et sine retributione?*

» III. *An idem sit dicendum de ceteris canonicis, qui concionem non ratione beneficii, sed sponte et gratis habent?* »

Disceptatio synoptica

In Vallisolitana quam recolit Episcopus Ovetensis hisce propositis dubiis I. *An probanda sit consuetudo, qua Canonicus Magistralis et alii tum Canonici tum beneficiati, ratione muneris concionandi in Ecclesia Cathedrali, habentur praesentes in choro ad effectum lucrandi distributiones quotidianas per totam hebdomadam ante diem concionis, una tantum excepta hora canonica in casu.* Et quatenus negative, II. *An indultum absentiae iuxta Ordinarii petita] concedere expediat in casu;* rescriptum prodiit: Ad I^{um} *Negative;* ad II^{um} *Affirmative, per duos dies ad quinquennium.* Equidem in Vallisolitana non habebatur tam evidenter probata antiqua consuetudo quae in aprico est in themate, et Capitulares Vallisoletani referebant: « Iuxta statuta huius S. Ecclesiae canonicus magistralis , suae tantum concionis die , praesentia gaudet in choro, et nihilominus canonicus magistralis et alii tum canonici tum beneficiati lege residentiae obstricti, tota hebdomada , una tantum hora canonica excepta, ante concionem , sive concio ex officio sive amore Dei facienda sit, choro haud intersunt absque distributionum iactura ». Verumtamen huiusmodi consuetudinem passim vigere in Hispania eamdemque esse antiquam, praeter alia documenta docet haec sententia Salmanticentium DD. *Curs. de Theol. Mor. tom. IV, tract. XIV, de Statu Relig. cap. IV, n. 33,* ubi legitur: « Inquires tertio: An Canonicus Magistralis, dum in propria Ecclesia concionatur ut praesens sit ad lucrandas distributiones ? Respondetur affirmative, quia exequitur ministerium suae Praebendae, quod cedit in' Ecclesiae utilitatem. Insuper ex concessione Gregor. XIII et declaratione Cardinalium, non solum in hora in qua concionatur, sed omnibus Horis illius diei etiamsi

absens sit, reputatur ut Choro praesens, eo quod exercet actionem valde laboriosam, et quae specialiter praeparationem requirit. Quia tamen in aliquibus Ecclesiis viget consuetudo, ut Canonicus Magistralis non solum die quo concionatur reputetur praesens, sed per octo dies antecedentes concioni, quia valde necessarii iudicantur ut debite praeparentur, et absque nimia defatigatione huic muneri, prout decet, satisfaciat; videndum erit quid illa consuetudo in usu habeat? Si enim extenditur, ut non solum pro lucrandis fructibus, sed pro distributionibus illis diebus praesens habeatur, hos et illos licite non assistens lucrari poterit, si solum pro fructibus praesens iudicetur, illos dumtaxat, non distributiones lucrabitur: in hoc standum est consuetudini.... ».

Longus vero catalogus facile confici posset DD. qui facile approbant huiusmodi consuetudines, sed in propositum Bened. XIV, dum *in Inst. 107 n. 5*, aggreditur exponere legitimam praxim servandam Canonicis in servitio chori, haec protestatur: « Porro fatemur non multum laboris in libris evolvendis insumpsisse; nam satis experientia compertum habemus in rebus eiusmodi doceri a Scriptoribus ea quae magis ipsis placuerint. Perpaucis sane omissis, plerique pro Suis sententiis confirmandis decreta Sacrarum Congregationum afferunt, quae nunquam condita fuerunt, aut quae -contrarium probant aut quae peculiaribus rationibus et causis innituntur ita ut generalem legem minime possint constituere etc. ». Quare modo recolere praestat, in propositum quae iure communi constituta sunt quaeque authentica Sacrae C C. interpretatione explanata fuerunt.

Sane ius commune quod attinet Cap. unicum *de der. non resid. in 6°*, quod incipit *Consuetudinem*, omnino reprobat et districte prohibet cousuetudinem tribuendi canonicis et aliis beneficiatis, officiis, in ipsis Ecclesiis non interessentibus distributiones; imo declarat eos, qui aliter distributiones receperint, earum dominium non acquirere, nec eas facere suas, sed teneri ad restitutionem.

Haec habet in cit. cap. Bonifacius VIII « consuetudinem quae inolevit qua Canonici...... seu Clerici cathedralium..... distributiones quotidianas (quae alias manualia beneficia seu victualia nuncupantur et tantum residentibus tribuuntur) qualitercumque in civitatibus seu aliis locis..... sint praesentes licet divinis officiis non intersint, ex integro percipiunt, ac si continuo ipsis Ecclesiis in iisdem officiis deservirent, penitus improbantes : statuimus ut distributiones ipsae quotidianae in quibuscumque rebus consistant, Canonicis... Ecclesiarum, ipsarum qui eisdem officiis in ipsis Ecclesiis adfuerint tribuantur.... Qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam receperit (exceptis illis quos infirmitais seu iusta et rationabilis corporalis necessitas aut evidens Ecclesiae utilitas excusaret) rerum sic receptarum dominium non acquirat, nec faciat eas suas, imo ad omnium restitutionem quae contra huiusmodi nostram receperit, teneatur ». Item Conc. Trid. *(Sess. 24, cap. XII)* improbat quamcumque huius generis consuetudinem, eamdem prohibitionem renovans et quamvis collusionem et remissionem excludens.

Proinde causa *fictae* praesentiae, pro lucrandis distributionibus, praeter *infirmitatem* seu corporalem *necessitatem* habetur Ecclesiae *utilitas.* Et ob hanc *utilitatem* explicatur quomodo ex Pontificio iure tamquam choro praesentes habeantur Canonicus Theologus tota die, qua legit *(Bened. XIV Inst. Eccl. 107 § IX - in causa Mediolanen, anno 1589, et in causa Lwiensi die IS Iunii 1622),* et Canonicus Poenitentiarius dum audit Confessiones *(Conc. Trid. sess. 24, de Reform., cap. 8),* necnon Canonicus Parochus Ecclesiae Cathedralis dum Parochialia munia actu exercet *(Conc. Trid. sess. 22, cap. 3, de Reform., et Inst. Eccl. Benedicti XIV l. c. in causa Mediolanen. 13 Februarii 1639).*

Praeterea ex certa iurisprudentia eruitur esse iuridicam causam, utilitatem Ecclesiae, quando haec resolvitur in utilitatem Capituli sive haec spectet ad eius personas, sive ad

bona, seu ad iura. Hinc lucratur distributiones Canonicus absens pro negotiis Capituli *(Benedict. XIV Inst. Eccl. I.* c. *in causa Panormitana anno 1558, et in causa Segub. anno 1589).* — B contra constat non haberi ut causam iuridicam utilitatem Ecclesiae , in qua residet Beneficium, quando huiusmodi utilitas vergit in favorem Episcopi, Dioecesis , cultus et animarum absque ulla relatione ad praebendam seu massam capitularem, ad universitatem Canonicorum et ad negotia Capituli. Hinc est quod distributiones lucrari nequeunt Canonici assistentes Episcopo celebranti Missam *privatam* seu non Pontificalem vel alias functiones peragenti non Pontificales vel eumdem comitantes in Visitatione Dioecesis *(Bened. XIV Inst. Eccl. I. c. in causa Sor. 22 Aprilis 1679 et in causa Sulmonen. die 5 Décerna. 1626 ; in Amerina 3 Februarii 1629 ; in Foro Cornelii die 25 Ian. 1625 lib. 12 Decret, pag. 253 a tergo),* item Vicarius Generalis Episcopi *(ibidem § X, in causa Bitteti 17 Dec. 1627, et in causa Tanat. die 9 Maii 1671),* item Canonici examinatores Synodales , item Canonici voluntarie Missam celebrantes vel Confessiones audientes, dum Horae Canonicae recitantur, ut videre est in causis ibidem relatis, et ad rem potissimum facit rescriptum *diei 14 Martii a. 1620 lib. 12 Decret, pag. 35* nempe : « Sacra *etc* respondit, canonicos dum horae canonicae recitantur non posse a choro abscedere ad confessiones audiendas aut Missas celebrandas devotionis causa , ac qui discesserit, illius horae distributiones amittere ».

Praeterea haec ad vertantur. — Sacra Cong. respondit, Theologum legentem posse ex gratia pro integra die qua legit distributiones lucrari - in Hispalen. - *die 15 Iulii 1645 lib. 17 Decretorum pag. 496;* non autem die praecedenti in Avenionen. *Octobris 1686 ad XV Dub. lib. 4 Decret, pag. 187;* item in Anagnina *die 16 Decemb. 1645, lib. 17 Decret, p. 533.* Neque Can. Theologus censetur praesens ad effectum lucrandi distributiones quotidianas matutino, quod recitatur sero praecedenti pro die subsequenti ex consuetu-

dine Ecclesiae; *in Dubio ad Cap. 1, Sess. 5 De ref. Posa. 89.* Revera proposito dubio : An Theologus qui pro praesente habetur diebus quibus legit, censendus etiam sit praesens matutinis, quae ex antiqua Ecclesiae consuetudine dicuntur sero praecedente pro die insequenti: S. Cong. respondit: *Non censeri;* in Hispaniarum *mense Decembris 1587, lib. 5 Decret, p. 71.* Gaudet vere distributionibus quae dantur pro Anniversariis si incidant diebus quibus legit, in Avenionen. *Octobris 1586, ad XVII Dub., lib. 4 Decretorum pag. 188.* — Et Pignatelli *Tom. 3, Cons. 62, n. 38* a S. Cong. EE. et RR. decisum refert, quod si Theologus legat de mane, habetur pro interessente in choro quoad officium quod dicitur ante meridiem, si de sero, pro officio vespertino ; sed in continenti subiungit : « vel ad summum pro tota die qua ex officio legit, sicut et pro tota die qua ex obligatione concionem habet » in Perusina, *Theologalis die 30 Iulii 1859, § Contra.*

Edictum fuit, quod si plures Lectores ab Episcopo eligantur, unus tantum gaudere potest huiusmodi privilegio, in Sedunen., *Praebendae Theologalis die 24 Ian. 1801.* — Etenim Episcopus Sedunensis erexit Sacrae Theologiae cathedram et sufficienter per alios tres Canonicos, parvo contentos stipendio , supplebatur Canonici Theologi defectus. Qua de re postulavit Episcopus ut ex Can. Lectoribus saltem uni secundum discretionem Episcopi concedi possit privilegium circa praesentiam in choro quod alias de iure convenit Can., Theologo quando docet; vel potius iuxta votum Capituli - ut singulis tribus Lectoribus vel Professoribus Sacrae Theologiae privilegium unius saltem mensis in anno propter lectionem circa praesentiam in choro concedatur ; - proposito autem dubio I : *An et quomodo Lectori vel lectoribus Theologiae sit concedendum privilegium abessendi a choro et percipiendi fructus Praebendae in casu* S. Cong. respondit : *Ad primum affirmative pro uno lector e ab Episcopo eligendo, qui vacet a choro iis diebus quibus legit, perceptis etiam distributionibus quotidianis;* in

Sedunen. *Praebendae Theologalis die 24 Ian. 1801.* **r—** Haec refert Pallottini V. *Canonicus Theologus, Tom. 4, n. 445 seq.*

Denique S. C C . nuper negativo responso dimisit in Tranen, *die 20 Dec. 1862* quaestionem nostrae omnino similem qua petebatur legitimam declarari huiusmodi consuetudinem abessendi a choro ratione praedicationis ; sin minus implorabatur *indultum absentiae.*

Namque in hac causa Canonici referebant ex antiqua consuetudine Capitulares absentes a choro, causa praedicationis, lucrari distributiones, et quatenus talis consuetudo reprobaretur, petebant ut distributiones lucrari possent illi saltem Capitulares , qui intra paroeciae fines ministerium praedicationis exercerent. Archiepiscopus vero , dempta limitatione, petebat ut Capitulares, in quacumque Dioecesis Ecclesia praedicantes, possent distributiones lucrari, et inter cetera, sub n. VI proposito dubio quaerebatur: *An et quomodo tuerentur distributiones Canonici absentes a choro ministerio praedicationis vacantes in casu,* rescriptum fuit: *Negative in omnibus.* Et adverti debet, haec tunc relata fuisse ab Episcopo de hac quaestione : « Per coloro che predicano la divina parola, sia nella Cattedrale, sia nelle altre chiese della città si sono considerati presenti nei giorni che hanno predicato... perchè abitualmente risiede la cura parrocchiale presso il capitolo.... e sono ammessi alle distribuzioni purché predichino dentro i confini della parrocchia ; perchè se vanno altrove, sempre son ritenuti come assenti e soggetti alla puntatura ». Denique audiendus est Fagnanus qui in tit. *De praeb.* cap. *Licet* n. 71, ait : « ea enim consuetudo non valet sive introducta fuerit ante Constitutionem Bonifacii VIII sive post, et saepius respondit Sacra Congregatio etiam immemorabilem consuetudinem fuisse sublatam ». Nisi potius Eminentiis Vestris visum fuerit mitiorem amplecti sententiam ex peculiaribus temporum et personarum adiunctis. Verumtamen, notatu dignum est, postremo loco, consuetudinem pene immemorabilem fa-

vere Canonico Theologo seu Magistrali, sed non ita aliis ad quos tantummodo prorogata est ex quadam interpretatione privilegii extensiva.

Quibus animadversis, quaesitum fuit quid esset precibus respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re discussa sub die 27 Aprilis 1901 censuit respondere : *Consuetudinem de qua quaeritur non sustineri.*

BAREN.

PRAECEDENTIAE

Die 25 Maii 1901.

Sess. 25, De reg., cap. 13.

COMPENDIUM FACTI. In Urbe Mola dioecesis Baren, plures iampridem constitutae sunt sodalitates, quarum duae nempe Archiconfraternitas sub titulo B. M. Virginis a Rosario et altera Archiconfraternitas a B. M. Virgine Perdolenti iam à pluribus annis dimicant inter se de praecedentiae iure et expetunt definitivam sententiam. Haec controversia, prouti potissimum accidere solet in meridianis oris, non tantum magno animorum aestu et contentione agitatur, sed potissimum originem ducit a diverso fonte iuris, unde sodales sibi vindicant praecedentiae ius, siquidem sodales a Rosario dicti repetunt suam iuridicam institutionem iam ab a. 1400 ; quam antiquitatem directe non inficiantur adversi sodales, qui tamen si non *tempore, iure* quidem certe potiores esse arbitrantur, quippe qui *regium assensum* et hinc certam institutionem obtinuerunt aliquo tempore ante adversam Archiconfraternitatem.

Disceptatio Synoptica

IURA SODALITII A SSMO. ROSARIO. Advocatus qui Archiconfraternitatis B. M. V. a Rosario patrocinium assumpsit, ante omnia memorat, in huiusmodi controversiis, spectan-

dam esse constitutionem Gregorii f. r. Papae XIII quae incipit : *Exposcit,* unde statuitur, ut eae praecedant confraternitates quae sint in quasi possessione praecedentiae. Quod si non constet aut non probetur, eae praecedant, quae sint antiquiores. At in casu ad Archiconfraternitatem SSmi Rosarii, iuxta advocatum, debetur praecedentia, sive quasi possessio, sive antiquitas spectetur.

Quoad quasi possessionem illud est in confesso quod sodalitas SSmi Rosarii, usque ad annum 1859, praecedentiam super alias omnes sodalitates servavit. De hac re exhibet advocatus quamdam testium attestationem, qui iurati apud Episcopum deposuerunt, *(atto notorio)* - « esser pubblico e notorio che TArciconfr. del SSmo Rosario ha serbato nelle processioni il posto di precedenza sulla Arciconfr. della Addolorata »; mox recolit concordiam initam, coram iudice, anno 1826, in qua ius sodalitatis SSmi Rosarii, saltem in facto, seu quoad possessionem, recognitum est - « si è rilevato che F Arciconfraternita dei Rosario debba essere preferita a quella del Purgatorio: e questa all'altra dellAddolorata»... « I Sigi Priori e Direttori Spirituali si sono obbligati in questo atto di osservarla (hanc concordiam) e farla provvisoriamente osservare dalle rispettive Congregazioni ». Et denique refert adversariae sodalitatis confessionem, qua apud civilem auctoritatem se ab anno 1859 praecedere coepisse non obscure agnovit.

Quod si sodalitas SSmi Rosarii usque ad annum 1859 praecedentiam servavit et anno 1859 ab incompetente auctoritate praecedentia privata est: iam sequitur, iuxta advocatum, quod illa, quamvis violentiae cessisset, quasi possessionem, coram Ecclesiastica auctoritate, nullo pacto amisisset, et in possessione, in foro Ecclesiae, manuteneri deberet. Verum nec violentiae cessit, urget patronus. Nam iuratae testium attestationes *(atti notorii)* et Parochi testimonium aperte docent, eam ex anno 1859, ne sua iura praeiudicium aliquod sentiant, non amplius pompis interfuisse, quoties sciebat, adversariam sodalitatem esse inter-

futuram. « Dal 1859 essendosi sollevate delle contestazioni sul diritto di precedenza l'Arciconfr. del Rosario si è sempre astenuta dall'intervenire in qualsiasi funzione in cui interveniva l'Arciconf. dell' Addolorata : ciò che è stato pure praticato da quest' ultima » (atto notar. 17 nov. 1899). = «Dal 1874 ho veduto che le due Confraternite non intervennero nè a processioni nè a funeri per tale questione » (Test. Archipresbyteri).

Quo posito facile explicantur - iuxta advocatum - attestationes ex adverso exhibitae, quae referunt iam multis ab annis in pompis Sodalitatem a B. V. M. Perdolente honoris locum obtinuisse. Obtinuit forte ab anno 1859 super alias sodalitates: non vero super sodalitatem SSmi Rosarii, quae se a pompis abstinuit.

Sed quamvis quasi possessio esset ambigua et ad antiquitatem recurrendum esset, et hic titulus, opinatus advocatus, Archiconfraternitati SSmi Rosarii apertissime favet. Advocatus, ut probet hanc sodalitatem esse adversaria antiquiorem, sequentia praecipue documenta exhibet. 1. Confessio explicita ipsius sodalitatis adversariae, . quae in concordia a. 1826 dilucide agnovit, se ortam esse anno 1764, Archiconfraternitatem vero SSmi Rosarii anno 1577 initium habuisse - « osservando i rispettivi documenti si è rilevato che l'Arciconfraternita del Rosario, perchè istallata nel 1577 debba preferirsi a quella del Purgatorio che marca l'epoca del 1652, e questa all'altra dell'Addolorata perchè segna l'epoca del 1764 ». Quin obstet, hanc concordiam provisorio modo initam fuisse : ea lege ut locus sodalitatibus assignatus cuiuscumque iuribus non officeret, si apud iudicem ea persequi voluisset. Id enim ad ius pertinet, quod sodalitates aliquae non ex sola antiquitate metiri volebant. Sed factum non destruit, quod non dubie, sed certe, nec sane provisorio modo, immo etiam, inspectis documentis - osservando i rispettivi documenti - omnium consensu firmatum fuit -, sodalitatem nempe SS. Rosarii a. 1577; sodalitatem a B. M. V. Perdolente longe postea institutam fuisse.

- 2. Relatio cuiusdam operis historicae cui titulus. *Ricordi storici di Mola di Bari per VAvv. Giuseppe De Santis;* quod quamvis sodalitatem a B. M. V. Perdolente aliquanto prius ortam putet (a. 1724): multo tamen posteriorem existimat Sodalitate SSmi Rosarii, quam a. circiter 1400 ortam dicit. « Nel 1577 la Chiesa di S. Domenico fu per disposizione di Gregorio XIII concessa alia Congreg, dei Rosario, che rimontando ai principii del XV secolo, epoca dalla quale avea sempre funzionato nella chiesa matrice, in una cappelletta dal medesimo titolo di Vergine del Rosario, ceduta poi a' 9 giugno 1578 dal Clero al Barone Giov. Francesco Carafa, e senza dubbio *il più antico sodalizio religioso che vanta Mola...* Nel 1744 il Clero con atto per notar Francesco Maria Capasso fè cessione della chiesa di S. Maria Maddalena al Sodalizio di S. Maria dei Dolori, istituito 20 anni innanzi con le regole di Frate Francesco Spinola, roborato di regio assenso a'30 agosto 1768 ». - 3. Instrumentum a. 1578 confectum, ut aedicula SSmi Rosarii Baroni Ioanni Francisco Carafa traderetur. In quo sodalitas SSmi Rosarii memoratur - « volendo li confrati del Santissimo Rosario edificare una sepoltura per essi che ivi lo possano fare a loro arbitrio e volontà ». 4. Testium iuratae attestationes (atto notorio) de publica fama.

Sed quum sodalitas a B. M. V. Perdolente erectionem non a die, qua Ecclesiastica institutio locum habuit, sed a die, qua intercessit regis approbatio, vulgo regius assensus computandam esse contendat: advocatus demonstrare nititur hoc fundamentum non subsistere et, si subsisteret, hoc, Ecclesiastico in foro, attendi non posse.

Non subsistere, - nam regius assensus pro Sodalitate a SSmo Rosario a. 1768 die 29 feb. intercessit, longe antea quam pro Sodalitate a B. M. V. Perdolente, quae illum anno 1808 impetravit: vel ad summum eodem anno, sed die 30 augusti, si historico operi paulo ante memorato credendum sit: « *le regole furono robórate da regio assenso a' 30 agosto 1768* ». Quin opponi possit has regias appro-

bationes, octavodecimo saeculo concessas, nullius roboris postea declaratas fuisse : et sanatione, ut aiunt, indiguisse qui illas reportaverant. Quam sanationem anno tantum 1856 sodalitas SSmi Rosarii impetravit. Nam sanatione obtenta aequitati consonum esset, ut eius effectus retrotraheretur et approbatio reviviseeret, quae ante sanationem, ut irrita, existimabatur.

Sed fundamentum ex regia approbatione desumptum, quamvis subsisteret, hoc in foro attendendum non esset, iuxta advocatum. Et re vera evidentissimum est has regis approbationes Ecclesiam, suae vindicem auctoritatis, numquam ascivisse : sed semper a se approbatas sodalitates, ut legitimas habuit, licet regia approbatione carerent. De quo sane post S. O. sententiam in causa Sypontina pronunciatane 10 sept. 1898 et 18 mart. 1899, dubitari non potest. In qua causa Sodalitas a Puritate B. V. M. ea praecise de ratione sibi ius praecedendi vindicabat, quia prius fuerat a rege approbata. At S. C. O. Sodalitati SSmi Sacramenti quae antiquior apparebat, praecedentiam adiudicavit. Porro antiquitas non regis approbatio, quum agitur de praecedentia, attendenda est : « l'anteriorità della fondazione canonica è ragione di precedenza non già il regio assenso, che in rispetto alle leggi della Chiesa non ha valore alcuno ». *Monitore ecclesiastico IX, p. 11, a. XXI, fase. 8 octobris 1896.*

Quin ambigi possit an haec Ecclesiastica approbatio intercesserit. Id enim (quamvis lateat post quinque saecula chirographum) omnino praesumendum est. Eoque magis, quod ex constitutionibus anno 1768 a rege approbatis apparet, sodales sacco semper fuisse usos, proprium habere sacellum et pompis interesse. Maxime vero, quia titulo Archiconfraternitatis, iam inde antiquitus, sodalitas poti tur: privilegiis gaudet spiritualibus : et constat a Gregorio XIII in Ecclesiam, ubi nunc degit, translatam fuisse. Quod postremum adeo luculentum est indicium, ut dubitationem omnem amoveat. Nam Gregorius XIII, iam ante non approbatam, per

decretum in aliam Ecclesiam non transtulisset: aut transferendo approbavit, concludit orator.

IURA SODALITII A BEATA VIRGINE PERDOLENTE. EX adverso contradicentis Archiconfraternitatis procurator notat, Archiconfraternitatem a SSmo Rosario sibi asserere, sed non probare institutionem ecclesiasticam prae ceteris vetustiorem. Nam inter ea quae in iudicio et extra allata sunt et afferuntur documenta, nullum reperitur, quod tutum atque indubium de die, de mense, deque anno institutionis pro alterutra ex controvertentibus partibus praebere argumentum videatur. Siquidem haec ipsa Sodalitas quae ausit ad politicum Provinciae magistratum suas exhibere quaerimonias, aiebat: « L'Arciconfraternita del Rosario, come si rileva dalle sue regole (quae et quando editae?) è tanto antica, che l'epoca della sua fondazione è sconosciuta ».

Sed aeque antiqua, quia incognita dici posset, instat orator, origo et institutio Sodalitatis a B. M. V. Perdolente. Primo quippe Molensis traditio huius Archiconfraternitatis originem adeo vetustam dicit, ut a longissima aetate nulla inter cives de eiusdem primordiis memoria permanserit. Huic vero communi omnium traditioni,, quae publicum B. M. Virginis Perdolentis cultum ad ipsam Urbis fundationem refert, alterum secundo loco adiiciendum est praesumptionis argumentum, per quod recte intelligitur non privatim tantummodo et singulariter, sed publice et collegialiter dolentissimam Dei Matrem eos coluisse, quam civitatis suae patronam constituerunt et veneran tur.

Ast quia non *de facto* per coniecturas, sed *de iure* dimicandum est, advocatus memorat suprema iuris principia. Porro duplex est personarum genus, naturale alterum, quod omnes humanae familiae individuos continet ; alterum iuridicum, quod naturalium personarum collegia collective sumpta complectitur. Hasce personas quod spectat : « celles mêmes, qui n'ont pour fin que de justes causes, ne peuvent se former sans une expresse approbation du souverain ». Domat, *Droit public, liv. L tit. IL sect. II.* Ex necessitate

quidem, aut ex certa utilitate civili vel religiosa constituuntur: « des corps et comunautés ecclésiastiques ou laïques régulières, séculières, ou de toute autre sorte: chapitres, universités, collèges, monastères, hôpitaux, corps de métier, confréries, maison de ville ou d'autres lieux »: sed «il n'y a que le souverain, qui puisse donner ces permissions et approuver les corps et communautés à qui le droit de s'assembler puisse être accordé, *ibid. loc. cit.* Le principe que le législateur seul a le droit de créer des personnes dites civiles a pour lui la plus importante des traditions. Il est proclamé par les juris consultes Romains comme un axiome ». Laurent, *tom. I, num. 289.*

Inde concludit orator, ex documentis hinc inde allatis admissum, atque indubium esse Archiconfraternitatem Beatae Mariae Virginis Perdolentis iuridicam perfecte consequutam fuisse personam anno 1804; Archiconfraternitatem vero Deiparae Virginis a Sanctissimo Rosario eamdem vitam legitimam ac perfectam anno tantum 1856 vivere incoepisse.

Ex his igitur apertissime liquet, iuxta advocatum, antiquiorem illam habendam esse Archiconfraternitatem, quae primitus et prae ceteris personam iuridicam plene suscepisse probatur.

Hanc eamdem interpretationem, pergit orator, in ipsa causa qua de agitur, et civilis et Ecclesiastica auctoritas pari sententia sequutae sunt. Civilem potestatem quod spectat, perpendit primo loco quod Barensis Provinciae Praefectus sub die 22 aprilis anno 1863 servari mandabat : « Per istanza fatta a quest'ufficio, si richiama a mente con risoluzione del cessato Consiglio degli Ospizi, una lettera del 25 maggio 1857 n. 77, onde si parla delle disposizioni governative che statuiscono la precedenza fra le congreghe nelle pubbliche processioni, acciò si osservino nella evenienza dei casi. - La lettera è del seguente tenore : - La •soluzione del quesito proposto da questa Commissione sulla precedenza, col rapporto del 20 aprile ultimo è ben facile.

Dappoiché la data dei regio assenso alla fondazione, e non mai di quello impartito alle regole, lo stabilisce. Quindi se la.congrega dell'Addolorata ebbe la sanatoria su la fondazione col decreto del 4 luglio 1804, e le altre lo ebbero con decreto del 27 settembre 1856, è chiaro che la precedenza nelle processioni è a detta Congrega dovuta ».

Nec satis : de eadem controversia mentem suam idem magistratus rursum aperuit die 8 aprilis 1876, scribens Sindaco Molensi :

« Ad evitare discordie prego la S. V. a compiacersi avvertire si I' una che l'altra Confraternita, di doversi attenere strettamente a quanto fu stabilito col R. Dispaccio del 28 giugno 1876 e 17 giugno 1880, riportati alle pagine 49 e 58 della Collezione delle istruzioni Ministeriali del Cav. De Rossi del 1880.

« E pero se la Confraternita dell' Addolorata ebbe la sanatoria nella fondazione col decreto 4 luglio 1804 e le altre la ebbero con decreto del 27 settembre 1856, è chiaro che la precedenza nelle processioni spetta alla detta Confraternita ».

Hisce cohaeret Ordinarii dioecesani iudicium, qui in litteris ad S. C. C. datis affirmat: « Mi astengo da qualunque osservazione di diritto sull'assertiva che la data dell'atto di fondazione sia l'unico criterio per giudicare la precedenza, mentre per le nostre provincie, mercè i concordati, la S. Sede in cause consimili ha pur tenuto conto del regio *placet,* che completava formalmente l'erezione dell'ente ».

Praeterea, animadvertit orator, praecedentiae ius ex dignitate personae, seu ex digniori causa etiam tribuitur. Quod late docuerunt S. Romanae Rotae Auditores decernentes : « praecedentia de iure debetur ei, qui est in ordine maior, etiamsi, alias negans illam esset antiquior ». *Recent, pars IV, tom. II, decis. 214.* Etsi utrinque res sit de Archiconfraternitate, quae a B. Maria Virgine nomen ducit, nullum tamen habere pondus non videntur ipsi so-

dalitiorum tituli, quia Molensis civitas Deiparam Virginem Perdolentem patronam suam veneratur. Si quae igitur de dignitate moveri quaestio liceret, potiorem profecto illam dices institutionem, ait orator, quae sub titulo constituta est, sub quo civium pietas ac religio colere magis atque honorare patronam suam decrevit.

Sed argumento ducto a consuetudine se potissimum confidere testatur advocatus. Etenim « in hac praeeminentiarum materia totum ius facit consuetudo ». *Recent. S. Rotae decis, pars XVIII, tom. II, dec. 781, n. 5.* « In praesentiarum materia ius defert consuetudini ». *Ib. pars IV, tom. I, dec. 85, n. 5.* « Semper in materia praeeminentiarum maximi facienda est consuetudo, cum in materia praecedentiae attenditur possessio et consuetudo ». *Ib.pars X, decis. 102, n. 17.* « Consuetudo in materia praeeminentiarum est attendenda, quamvis sit contra ius - Controversiae praeeminentiarum in functionibus ecclesiasticis terminari debent secundum consuetudinem et observantiam urbis ». *Ib. pars XIX, tom. Il, decis. 469.* « In materia processionum et praecedentiarum principem locum habet consuetudo eique ius defert ». *Ib. ib. dec. 560, n. 5.*

Iamvero, refert orator, Molensis Municipii praeses ex procerum auctoritate testatur :

« Questa Arciconfraternita sotto il titolo di Maria Santissima Addolorata, Patrona della Città, ha primeggiato sempre, e da tempo immemorabile ha goduto il ius honoris nelle pubbliche processioni religiose su tutte le Arciconfraternite e Confraternite di questa città ».

Et idem cum iuramento coram Barensi Archiepiscopo praestito alii testantur Molenses cives, affirmantes iure honoris et praecedentiae potitam semper fuisse et frui etiam nunc B. Mariae Virginis Perdolentis Archiconfraternitatem ab anno saltem 1859.

Nihil profecto ad rem relevare opinatur patronus, concordiae actum, qui anno 1826 coram urbis Molensis magistratu editus est, et qui ab Archiconfraterni tate B. Mariae

Virginis a SSmo Rosario tamquam praecipuum sui iuris argumentum invocatur. Ex eo praecipue quia omnes protestati sunt velle ius unumquemque suum salvum fieri. En verba: « volendo concorrere con tutti quei mezzi che sono in nostro potere per sopprimere le inimicizie e prevenire gli inconvenienti ed ogni sorta di reato, che potrebbe insorgere nelle processioni a causa delle forti distrette nelle quali sono le dette Congregazioni per la precedenza, mentre per la brevità in cui debbonsi eseguire tali atti religiosi, non si potrebbe fare determinare superiormente la precedenza suddetta, e volendo altresì conciliare, per quanto è possibile, le ragioni delle une colle pretensioni delle altre; il tutto però provvisoriamente per la sola misura economica e preventiva sino a che non sarà altrimenti stabilito... abbiamo richiesto etc.». Et concordiae actus concluditur cum declaratione partium protestantium « che la loro adesione a siffatto combinamento non deve inferire il menomo pregiudizio tanto al privilegio che hanno le Arciconfraternite del Purgatorio e dell'Addolorata di non intervenire ad alcuna processione, quanto ai diritti di precedenza che possono vantare sopra alla Congregazione del Rosario per qualunque riguardo, con dichiarazione espressa che questa protesta non deve venir lesa nè da limitazione di tempo, nè di possesso e consuetudine, restando libere esse Congregazioni di sperimentare le loro ragioni quando lor piaccia ».

At concordiae actus, ait orator, nunquam executioni mandatus fuit, prout ostendunt universa testimonia, ex quibus, nemine contradicente, colligitur : « che quest'Arciconfraternita sotto il titolo di Maria Santissima Addolorata, Patrona della Città, ha primeggiato sempre e che da tempo immemorabile ha goduto il ius honoris nelle pubbliche processioni religiose ».

Ad hanc firmandam consuetudinem, notat orator, ipsa, quam in memorato concordiae actu partes invocaverant, intercessit auctoritas. Quid de hisce controversiis anno 1859 statutum fuerit, ipsum a SSmo Rosario Sodalitium refert

in supplici libello sub die 14 septembris 1899 ad Barensis Provinciae Praefectum misso, aiens : « L'opera pia Rosario ebbe il posto di precedenza all'Opera pia Addolorata e lo mantenne fino al 1859, epoca nella quale, persona influente e prepotente che tro va vasi a capo dell'Opera pia Addolorata riuscì di nuovo a mettere in contestazione tale diritto. E siccome allora per la rivoluzione i poteri politici erano disorganizzati, riuscì facile all'Opera pia Addolorata farsi ragione colla prepotenza ».

At successit annus 1860, urget patronus, et novus politicus ordo in Neapolitanis regionibus instauratus est nihilominus, quamvis ad ecclesiasticam quoque auctoritatem tutus pateret recursus, adversa Archiconfraternitas opposuit dumtaxat honestum silentium.

Verum ob hoc silentium ab anno 1859 usque ad septembris mensem anni 1899 sponte servatum, recolit advocatus principium quod : « longaeva observantia triginta annorum, censetur contractus tamquam validus approbatus ». *Rota Rom. decis, recent, pars XIX, tom. II, decis. 436, n. 28 ;* unde sequitur observantiam quadraginta et amplius annorum quae longissimi temporis praescriptionem facit, non posse non attendi ut eadem servetur praecedentia, quae Ven. Archiconfraternitati B. Mariae Virginis Perdolentis tributa est. - Praeterea, in materia praecedentiarum decisum semper iudicatumque est : « consuetudinem induci spatio etiam decem annorum ». *Ib. pars XIX, tom. I, decis. 99, n. 12.* « Observantia decem annorum sufficit in iis rebus, quae sunt praeter ius. Consuetudo quae non habet legem contrariam dicitur praeter ius ». *Ibid. pars X, decis. 102, nn. 10, 11.*

Nec valet, iuxta patronum, quod Archiconfraternitas a SSmo Rosario ab anno 1859 a publicis processionibus, aliisque ecclesiasticis functionibus se abstinuerit. Etsi possessio civilis solo animo retineatur; et ipsa tamen amittitur, si decem annorum spatio ex aliqua impediente causa, nullus possessionis actus intercesserit. Commune hoc iuris principium

multiplicibus sententiis suis confirmarunt S. Romanae Rotae Auditores docentes : « possessio semel acquisita in incorporalibus non amittitur per non exercitium huiusmodi, nisi simul concurrat lapsus decennii, quando ex aliqua causa possessor exercere omisit ». *Rec. pars X, ei,, decis. 102, n. 20.*

His addit quod Ven. Archiconfraternitas a SSmo Rosario non modo sponte et scienter praetensam iuris possessionem dimisit : « d' allora in poi si astenne perfettamente di intervenire a qualsiasi funzione»; sed ab exercitio possessionis ideo cessisse confitetur, quia publica civilis auctoritas in sui locum Ven. Archiconfraternitatem B. Mariae Virginis Perdolentis suffecit.

Quibus adductis utrinque, propositum fuit diluendum

Dubium

Cuinam ex Archiconfraternitatibus controvertentibus praecedentiae ius competat in casu.

RESOLUTIO. Sacra O. C. re disceptata sub die 25 Maii 1901 censuit respondere : *Praecedentiam spectare ad Archiconfraternitatem a SSmo Rosario.*

EX S. CONGREG. EPISC. ET REG.

ORITANA

IURIS PROPRIETATIS

Die 20 Iulii 1900.

COMPENDIUM PACTI. In oppido Oritanae dioecesis an. 1894 aedificatio conventus et Ecclesiae religiosorum Alcantarini Ordinis incoepta est pecunia collatitia plurium fidelium et praesertim cuiusdam Carrieri, qui nedum aream .pro....conventu et ecclesia emit, sed etiam maximam pecuniae par-

tem pro opere construendo impendit. Verum conventus et Ecclesia inscripta fuit coram lege civili tribus religiosis Alcantarinis.

Opere ad exitum deducto et secuta unione vel potius fusione fratrum Alcantarinorum et Minorum Observandum sub uno Ordine Fratrum Minorum, hi/cum nullam ex erecto novo Conventu utilitatem perciperent, eo quia non longe -aderat alius conventus sub nomine S. Crucis a primo circiter 300 metris distans, hunc statuerunt cedere alteri Communi tati, quae tamen non pertineret ad Ordinem Mendicantium.

De hoc certior factus Carrieri, cuius pecunia praecipue novus Conventus fuerat a fundamentis excitatus, et qui concursum praestiterat sub conditione ut in oppido alia maneret religiosa comuni tas sive Alcantarinorum, vel Minorum ob spirituale bonum fidelium, coram Magistratu laico vadavit tres religiosos titulares civiles ad ecclesiae et conventus restitutionem, qui ad vitandas tribunalis molestias in forma iuris cessionem conventus et ecclesiae fecerunt favore Carrieri, qui enunciata aedificia donavit religiosis Cappuccinis. Hi perpendentes quod in illa ampla provincia olim 30 conventus continente, et in praesentiarum unum tantum et satis angustum in oppido *Serrano,* donationem accepto habuerunt. Recursu oblato a Fratribus Minoribus ad S. Congr. Episcoporum et Regularium, Patres Cappuccini quamvis conventus possessionem coepissent per eorum Commissarium, tamen a S. Congregatione invitati ad eam •dimittendam, illico conventum reliquerunt et se passi vos manere vel] e declararunt in hoc iudicio inter dominum Carrieri et Fratres Minores.

Causa proposita fuit die 30 Martii 1900, et S. Congregatio dubio - *Cui spectet conventus et ecclesia oppidi vulgo Francavilla in casu* - respondit spectare - *Ad, Ordinem Fratrum Minorum s. Francisci.* Carrieri obtento beneficio novae audientiae certamen instaura vit, at eodem exitu.

Disceptatio Synopticá.

IURA APPELLANTIS CARRIERI. Hic per adlectum Procuratorem suam defensionem in duas partes dividit. In harum prima evincere nititur quod vera et irrevocabilis donatio favore Fratrum Alcantarinorum admitti nequit. Sane quamvis patronus admittat in casu agi de donatione ad pias causas quae maximo iuris canonici favore fruuntur, ita ut in ea neque insinuatio ad acta publica aut aliae formalitates requirantur, imo etiam consistat absque acceptatione causae piae; tamen indubium esse ait quod de intentione donantis constare debeat ex indiciis certis et univocis, cum in dubio donatio non praesumatur *Leg. 124 Cod. de rev. donat. Rota in dec. 25 n. 15. coram Falcon. de solut.* Iamvero haec intentio donandi favore Patrum Alcantarinorum in themate omnino desideratur. Actor Carrieri aperte declarat conventum aedificasse ut in oppido conveniens sacerdotum religiosorum numerus haberetur. Tres Patres Alcantarini Conventus seu fabricae titulares coram tribunali laico aperte fassi sunt verum Conventus dominum esse Carrieri ; et insuper fidem faciunt, ipsum numquam animum habuisse donandi Patribus Alcantarinis. Hos vero testes esse attendendos Advocatus deducit ex Episcopi Oritani 'testimonio de eorum probitate. Non probata itaque donatione, sponte veluti sua sequitur dominum Carrieri fuisse liberum, conventum cedendi favore Patrum Cappuccinorum.

At etiam admissa donatione, nihil ex adverso conficeretur, quia in casu ea uti revocabilis censenda foret. Primo quia agitur de Ordine Fratrum Mendicantium, qui sunt dominii incapaces iuxta eorum regulam, et proinde nonnisi usus datus fuisset : his vero religiosis in conventu amplius non existentibus Carrieri liber evasit aedificium alteri religiosae familiae destinare et donare. Secundo haec donatio in hypothesi facta fuisset religiosis Alcantarinis : cum vero hi propter unionem seu fusionem cum Minoribus disparue-

rit, conventus rediit ad proprietarium Carrieri, qui suo iure usus fuit illum donando PP. Cappuccinis.

Ad secundam suae orationis partem devenions patronus ostendere satagit, in casu donationem fuisse conditioni alligatam ; et vulgatum est donatorem suae liberalitati apponere posse conditiones, quas voluerit, quae si deficiant donatio in tenues resolvitur aures. Re quidem vera in facto est intentionem aedificandi conventum in domino Carrieri subiectum fuisse conditioni *sine qua non*, habendi in patria religiosam comunitatem, ut defectus cleri saecularis et regularis suppleretur. Id liquet nedum ea declaratione ipsius Carrieri sed etiam ex testimonio trium religiosorum Alcantarinorum qui intestatarii aedificii a Carrieri effecti sunt ut ipse suae familiae molestias devitaret ; constet ex fide Episcopi Oritani, et in oppido Francavillafontana seu res notoria traducitur. Quoad usque itaque appositae conditioni satisfactum non fuerit, donatio numquam suas vires explicare valebit.

Sed in comperto est, subdit patronus, Fratres Minores appositam conditionem neque velle, neque legitime posse adimplere. Nolunt adimplere quia Minores praefatum conventum retinent ceu inutilem Ordini: quod pluribus advocatus evinci dicit.

In primis notat quod Commissarius Alcantarinorum praevidens unionem cum Fratribus Minoribus prosecutionem aedificationis interdixit tribus religiosis fabricae assumptoribus, quia uti refert Episcopus Oritanus, haec nova domus inutilis foret, alia extante propinqua domo Minorum nempe coenobio S. Crucis. Nec aliter "sensit post factam unionem Definitur provinciae Lyciensis, qui professus est eumdem conventum utpote Ordini inutilem aliae familiae religiosae cedere dummodo haec mendicans non esset, ne minores in stipe colligenda damnum haberent. Quod confirmatur ex alio facto, nempe quod Minores tractatus inierunt cum sororibus Maiorano pro cessione fabricae earum favore ad novam fundationem: qui tamen tractatus postea rupti evase-

runt. Hinc deducit patronus ambigi non posse de negativa voluntate Minorum adimplendi appositam conditionem.

Sed, iuxta eumdem patronum, neque valeat adimplere. Sane pro habendis in aedificato conventu religiosis, hi accersiri deberent vel ex vicino conventu S. Crucis, vel ex aliis conventibus. In primo casu frustraretur finis donatoris, qui in oppido numerosum clerum regularem habere voluit. In secundo casu aliis conventibus damnum afferretur, et ipsi Ordini qui in praesentium angustiis temporum subiectis indiget pro novis domorum erectionibus. Si itaque Minores neque valent neque possunt adimplere conditionem a donante Carrieri appositam, hic profecto suo iure usus est arcessendo in aedificato conventu Patres Cappuccinos, quo praestitutum finem consequi valeret.

FAVORE MINORUM. - Ex adverso Procurator Generalis praemittit quod conventus in themate extructus fuit nedum stipe benefactoris Carrieri, sed etiam concursu aliorum oblatorum : unde intentio istius sola regula esse non potest, sed etiam aliorum ratio habenda est. Hoc praenotato advertit I°. quod in praefato conventu canonice erecta fuit religiosa communitas Alcantarinorum accedente beneplacito Sedis Apostolicae, consensu Ordinarii Oritani, et visitatione Superiorum Ordinis; 2°. quod tres religiosi iUcantarini constructions fabricae assumptores in omnibus renunciati et recogniti ceu titulares proprietarii coram lege civili fuerunt : hi enim per se contractum constructionis fabricae cum fratribus Incalza, artis murariae magistris stipulati sunt, per se exolverunt expensas aedificationis fabricae, et soli aedificii elevationi invigilarunt.

Ex quibus Procurator colligit reapse novum conventum pertinuisse ad Ordinem Alcantarinorum cum tres enunciati religiosi non fuerint nisi mandatarii Ordinis. Atqui propter secutam unionem Minores successerunt Alcantarinorum Ordini. Hinc Minores ceu proprietarii et domini conventus retinendi sunt.

Quin ex adverso oggeratur dominum Carrieri tantum

usum conventus, reservata sibi proprietate, donasse, quia Ordo Mendicantium incapax est dominii. Reponit enim Procurator I°. hanc assertionem esse gratuitam cum ea nullo queat documento probari. Quoad obiectam vero incapacitatem dominii, observat Procurator in praesentibus temporum circumstantiis ex venia Apostolica Ordines Mendicantes permitti bona immobilia possidere : sed etiam hac venia seclusa dominium conventus acquisitum fuisset a S. Sede, numquam vero retentum mansissét a donatore Carrieri.

Hisce fusiori calamo in partium allegationibus relatis propositum fuit solutioni

Dubium

An et quomodo confirmanda vel revocanda sit resolutio diei 30 Martii 1900.

RESOLUTIO. S. Congr. Episc, et Regul. die 20 Iulii 1900 iterum controversia ad trutinam revocata rescripsit: — *Confirmandam esse sententiam.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

UTINEN. Dubium quoad nonam lectionem recitandam in festis trium Sanctorum s. Pantaleonis, s. Mennae et s. Spiridionis, quorum festa redacta sunt ad ritum simplicem.

Hodiernus Kalendarista Archidioeceseos Utinen., de consensu sui Rmi Ordinarii, a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem humillime expetivit, nimirum:

Quum in Kalendario perpetuo ad usum Archidioecesis Utinensis per decretum diei 15 Maii anni elapsi 1900 approbato, ad ritum semplicetti tria festa redacta sint : nempe S. Pantaleonis Mart., S. Mennae Mart. et S. Spiridionis Episc. Conf., quaeritur :

I. An in festis S. Pantaleonis et S. Mennae, recolendis sub ritu simplici, nona lectio, de singulis recitanda, debeat esse com-

posita ex tribus lectionibus respectivis, quae legebantur in festis duplicibus eorumdem Sanctorum, vel sufficiat recitare nonam lectionem, quae de hisce Sanctis extat in Breviario Romano ad respectivos dies 27 Iulii et 11 Novembris?

II. An in festo S. Spiridionis commemorando die 14 Decembris sub ritu simplici, legenda sit nona lectio, ex tribus lectionibus secundi Nocturni, quae antea in Officio ritus duplicis recitabantur, vel haec nona lectio omitti possit?

Et S. eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit:

Ad I et II. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam.

Atque ita rescripsit. Die 11 Ianuarii 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. © S.

t D. PANICI, Archiep. Laodicen. *Secret.*

DUBIORUM. Dubia proposita a quibusdam calendariorum redactoribus **(1).**

A quibusdam kalendariorum redactoribus Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia pro opportuna declaratione reverenter proposita fuerunt ; nimirum :

I. Utrum circa Orationes pro Ecclesia et pro Papa id retinendum sit, ut, si altera vi Rubricae, altera ex praecepto Ordinarii, praescribatur, utraque, prouti de more, in Missa dici debeat?

II. Num *Pater, Ave* et *Credo,* post chorale Officium, stantes vel genuflexi recitare debeant chorales, uti stantes vel genuflexi recitare tenentur finalem Antiphonam?

III. Quando alicubi celebratur Anniversarium Dedicationis omnium Ecclesiarum, huiusmodi festum estne secundarium pro illis Ecclesiis, quae consecratae non sunt?

IV. An dies octava alicuius festi habentis Octavam, incidens infra Octavam Corporis Christi, ubi haec Octava non est privilegiata ad instar Octavae Epiphaniae, sed ita ut quaevis duplicia classica, sive occurrentia, sive translata admittat, celebranda sit per integrum Officium, vel per solam commemorationem?

(1) Iterum damus hoc decretum, iam relatum Vol. XXXIII, 681, duas ob meadas quae illic irrepserunt.

V. In festo Expectationis partus B. M. V. quod incidit in feriam IV quatuor temporum, cantandaene sunt duae Missae in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis, videlicet una de festo et altera de feria, etsi quamdam identitatem habeant, vel tantum canenda est Missa de festo?

VI. Iuxta Rubricas speciales Breviarii et Missalis Romani festum Annuntiationis B. M. V. transferendum quoad chorum tantum in feriam II post Dominicam in Albis, tanquam in sedem propriam, non cedit nisi festo primario eiusdem ritus occurrente quo in casu in sequentem diem similiter non impeditum transferri debet quaeritur: in hoc postremo casu, concurrente festo primario duplici primae classis, celebrato dicta feria II, cum festo Annuntiationis B. M. V. recolendo feria III immediate sequenti, de quo festo erunt dicendae Vesperae? Et regula, quae traditur pro enunciato casu, applicandane erit aliis casibus similibus, ex. gr. in concurrentia festi primarii dupl. primae classis cum festo S. Ioseph Sponsi B. M. V., translato iuxta Rubricas in sequentem diem 20 Martii vel in feriam IV post Dominicam in Albis?

VII. Concurrente die octava, dedicationis propriae Ecclesiae dupl. min. cum festo dedicationis Basilicarum Ss. Apost. Petri et Pauli dupl. mai. quomodo ordinandae erunt Vesperae?

VIII. Quando commemoratio omnium Ss. S. R. E. Summorum Pontificum occurrit Dominica infra Octavam Omnium Sanctorum, eadem *Postcommunio* habetur pro Missa de festo et pro dicta Octava: in casu, unde sumenda erit *Postcommunio* pro Octava?

IX. In primis Vesperis festi dupl. primae classis, Commemoratio diei octavae dedicationis propriae Ecclesiae, cuius Officium mane persolutum fuit, faciendane est vel omittenda?

X. Privilegium translationis quo iuxta Rubricas gaudent festa primaria Ss. Ecclesiae Doctorum ritus dupl. min. si impedita fuerint, extendine debet ad eorum festa secundaria eiusdem ritus?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque mature perpensis, rescribendum censuit:

Ad I, II et III. *Affirmative.*

Ad IV. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam.

Ad V. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad alteram.

Ad VI. Quoad utramque quaestionem, Vesperae fiant de festo digniori, cum commemoratione festi dignitate inferioris.

Ad VII. Vesperae erunt de die octava cum comm. de sequenti.

Ad VIII. In casu, *Postcommunio* desumatur ex Missa Vigiliae Omnium Sanctorum.

Ad IX. *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam.

Ad X. *Negative.*

Atque ita rescripsit. Die 24 Maii 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praef.*

L. S.

f D. PANICI, Archiep. Laodicen. *Secret*

ORDINIS S. BENEDICTI — ***Congregationis Americanae Cassinensis.***

DUBIA proposita resolvenda a moderatore Calendarii dictae Congregationis.

R. P. Franciscus Mershman O. S. Benedicti, hodiernus moderator calendarii pro Congregatione Americana Cassinensi Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humiliter proposuit; nimirum:

I. In Vesperis festi Expectationis partus B. M. V. (18 Dec.), iuxta Breviarium Monasticum, Responsorium breve notatur « Rorate coeli ». Quum autem fieri debeat Comm. feriae, quaeritur: Utrum pro hac commemoratione mutandus sit versus, an idem « Rorate » sit repetendus.

II. Si festum S. Ioseph transferri contigerit ob occursum Dominicae Passionis in fer. II seq., quomodo ordinandae sunt. secundae Vesp. in concursu cum primis Vesperis S. Benedicti Abb. dupl. I classis; et quid agendum in simili concurrentia, si utrumque festum transfertur post Dominicam in Albis?

III. Quodnam Responsorium dicendum est post Lectionem XII in festo Ss. Septem Fundatorum vel alterius festi plurium Conf. non Pont.?

IV. Generalis regula statuit, quod in Officio, si conclusio hymnorum est : « Gloria tibi, Domine, qui natus » *Benedieamus Domino* cantatur in tono de Beata; quaeritur, an hisce diebus in Missa idem tonus s|t a d t a b ^ est », etiamsi Praefatio non esset de Beata vel de Nativitate, e. g. in festo

Ss. App. Petri et Pauli, infra Oct. Corporis Christi vel die octava S. Ioannis Ap. et Ev.?

V. Quinam tonus adhibendus pro « Ite Missa est » in Missa votiva solemni de SS. Corde Iesu cantata infra aliquam Oct. B. Mariae V.?

VI. In festo S. Elisabeth Reg. Vid. (8 Iulii) notatur versus proprius « Ora pro nobis »; quaeritur, quinam versus adhibendus sit pro comm. B. Mariae V. in suffragiis?

VII. Si alicubi dies octava Patroni aut Dedicationis Ecclesiae in perpetuum impediatur per festum I vel II classis, quaeritur: utrum talis dies octava semper reducenda sit ad instar simplicis, an transferendum sit festum I vel II classis?

VIII. Si transferendum sit tale festum I vel II classis, an idem tenendum de festis maioribus e. g. Omnium Sanctorum?

IX. Si Missa de *Requiem* legatur pro *uno* et *una* defunctis, an liceat mutare orationem hoc modo: « animabus famuli tui et famulae tuae »?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate perpensis respondendum censuit:

Ad I. In alia Commemoratione dicatur *f. Vox clamantis in deserto.*

Ad II. Vesperae erunt de S. Ioseph cum commemoratione S. Benedicti in utroque casu.

Ad III. Sumatur de relativo Communi.

Ad IV. Affirmative in omnibus iuxta Decretum n. 3421, *Ratisbonen.* 25 Maii 1877, ad dubia quoad cantum I, II et III, in fine.

Ad V. Si hymni habeant doxologiam: « Gloria tibi, Domine, qui natus, etc. », tonus adhibendus est ut in festis B. M. V.

Ad Vi. Retineatur versus prouti in Breviario, tum pro Festo enunciato, tum pro suffragiis B, M. V.

Ad VII. Serventur Rubricae et Decreta.

Ad VIII. Provisum in VII.

Ad IX. Negative.

Atque ita rescripsit. Die 14 Iunii 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praef.*

L. S.

f DIOMEDES PANICI Archiep. Laodicen., *Secret.*

EX S. DATARIA APOSTOLICA

Causae Canonicae Ordinariae Matrimonialium dispensationum sufficientes sive coniunctae plures, sive solae et aliarum normae **(1).**

Causae *honestae* et *famosae:*

1. Propter angustiami loci.
2. Propter angustiam locorum.
3. Propter angustiam, cum clausula, *et si extra,* dos non esset competens.
4. Propter incompetentiam dotis Oratricis.
5. Propter dotem cum augmento.
6. Pro indotata.
7. Quando alius auget dotem.
8. Propter inimicitias.
9. Pro confirmatione pacis; et propter foedera inter Principes et Regna.
10. Propter lites super successione bonorum.
11. Propter dotem litibus involutam.
12. Propter lites super rebus magni momenti.
13. Pro Oratrice filiis gravata; vel parentibus orbata.
44. Pro Oratrice excedente 24 annum aetatis.
15. Propter difficultatem virorum accedendi ad locum, ad contrahendum cum loci habitatoribus, e. g., quia expositi pyratarum invasionibus. Propter virorum paucum numerum, e. g., ratione belli.
16. Propter catholicam religionem contrahentis in tuto ponendam; et periculum matrimonii mixti.
17. Propter spem conversionis compartis ad catholicam religionem.
18. Ut Bona conserventur in familia.

(i) Expressio et verificatio causarum pertinet *ad substantiam* dispensationis. Gregor. XVI. 22. Nov. 1856.

Pro impedimento primi langentis secundum consanguinitatis gradum, Episcopi « litteris manu propria exaratis rationes in quolibet casu explicent ». Leo XIII, 19 Iun. 1895.

Clausulae, quae item pertinent *ad substantiam* dispensationis particula conditionali *si,* aliave simili, exprimuntur in Formulis.

19. Pro illustris familiae conservatione. Pro conservatione regiae stirpis.
20. Ob excellentiam meritorum.
21. Ob familiarum honestatem conservandam. — ***Quod ipsi, qui ex honestis familiis sunt, ad eandem conservandam familiarum honestatem . . . .***
22. Ob Infamiam ; et Scandalum.
•23. Ob Copulam. Ob raptum.
24. Ob matrimonium civile.
25. Ob matrimonium coram ministro protestante.
•26. Ob matrimonium nulliter contractum.
27. ***Ex certis rationabilibus causis.*** — Scilicet, ***ob copiosiorem Compositionem*** in gradibus aliquantulum remotis; vel in gradibus remotioribus ob causam boni publici Pontificis animum moventem*
28. ***Ex certis* specialibus *rationabilibus causis, Oratorum animos moventibus et Sanctitati Vestrae expositis.*** — Scilicet ob copulam, vel actus inhonestos, quos ob honorem Oratorum, attenta eorum qualitate, non expedit explicare.

Series Prima — Formula Prima

Iustitiae publicae honestatis - Ex viro - In primo gradu - Eoo sponsalibus - Ob angustiam loci - Pro oratrice filiis gravata - Per Bullam.

BENEVENTÀN. (1).

Beatissime Pater. — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Alphridi Santangelo*** viri et ***Mariae Loiacono*** mulieris ***Beneventan. dioecesis,*** quod cum dicta mulier in loco, ex quo ipsa et Orator praefatus orti sunt, in dicta dioecesi existente, propter illius angustiam virum paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, ac cum dicta Oratrix quinque filiis ex alio viro procreata gravata existat, et dictus Orator illam in uxorem ducere, dictosque eius filios alere et gubernare intendat; capiunt propterea Oratores prae-

(1) Pars *italicis litteris* impressa partem Formulae variabilem designat.

Series procedunt secundum varia impedimenta. Formularum *numeratio* secundum varios gradus, causas aliasque circumstantias procedit.

Cardinalis Pro-Datarii subscriptio substitui eliam potest Officialis subscriptione, secundum Statuta eiusdem Datariae Apostolicae. Confer *Regolamenta della Dataria Apostolica* N. 99 et 100.

fati invicem matrimonialiler copulari. Sed quia alias dictus Orator sponsalia per verba de futuro cum praefatae Oratricis sorore germana contraxit, ***et deinde eiusdem Oratricis soror germana praefata,*** ab eo omnino intacta et in nullo penitus attentata, ***sicut Domino placuit ab humanis decessit,*** desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V.. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Primi gradus publicae honestatis iustitiae ex praemissis provenientis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM*.

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Officium Minoris Gratiae expediendis. Et committatur ***Ordinario Beneventan.,*** qui, vetito omnino, ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informel, et si vera sint exposita, et si praefata Oratrix propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Oratoribus dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

Card. Pro-Datarii subscriptio C. P.-D.

Series Prima — Formula Secunda

. Iustitiae publicae honestatis - Ex viro - In primo gradu - Ex sponsalibus - Ob copulam - Per Bullam.

SYPONTIN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. Y. pro parte devotorum illius Oratorum ***Nicolai Lanfranco*** viri et ***Theresiae Fini*** mulieris ***Sypontin. dioecesis,*** quod ***ipsi alias scientes impedimentum Primi gradus publicae honestatis iustitiae, et ex eo provenientis,*** quia alias dictus Orator sponsalia per verba de futuro cum praefatae Oratricis sorore germana contraxerat^ ***quae deinde de mutuo Oratoris ac eiusdem Oratricis sororis germanae praefatae consensu,*** eadem Oratricis praefatae sorore germana ab eo omnino intacta et in nullo penitus atten-

tata remanente, ***dissoluta fuerunt, inter eos existere,*** humana fragilitate devicti, se carnaliter cognoverunt. Cum autem P. S., nisi matrimonium inter ipsos contrahatur dicta Oratrix graviter diffamata et innupta remaneret, graviaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri; cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, stante impedimento huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Primi gradus publicae honestatis iustitiae ex praemissis provenientis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam si qua sit legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Officium Minoris Gratiae expediendis. Et committar ***Ordinario Sypontin.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis diligenter se informet; et, si vera sint exposita, imposita praefatis Oratoribus propter praefatum delictum poenitentia salutari, ac remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, et si cíicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Oratoribus ut supra dispenset, prolemque legitimam decernat.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Prima — Formula Tertia

Iustitiae Publicae Honestatis - Ex viro - In primo gradu - Ex sponsalibus - Et Consanguinitatis - In primo et secundo gradu - Vel alio - Ob excellentiam meritorum - Pro heterodoxorum loco - Per Bullam vel Breve.

YJLNEN.

Reatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Antonii Posianski*** viri et ***Elisabeth Ruskiewicz***

mulieris ***Vilnen. dioecesis,*** quod ipsi, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, et qui erga Ecclesiam magna usi sunt liberalitate, cupiunt invicem matrimonialiter copulari. Sed quia ***dicta Oratrix praefati Oratoris ex fratre germano, seu sorore germana, neptis existit;*** ac dictus Orator sponsalia per verba de futuro cum praefatae Oratricis Sorore germana, habitis prius a Sede Apostolica Litteris dispensationis seu mandato de dispensando super impedimento ***Primi et Secundi*** ex praemissis provenientium Consanguinitatis graduum, quibus erant coniuncti, contraxit; ***quae deinde de communi Oratoris ac eiusdem Oratricis sororis germanae praefatae consensu, eadem Oratricis sorore germana ab eo omnino intacta et in nullo penitus attentata remanente, dissoluta fuerunt;*** desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. Y. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, impedimentis ***Primi et Secundi*** Consanguinitatis ***graduum,*** ac Primi gradus publicae honestatis iustitiae ex praemissis respective provenientium huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad. effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris ***per Breve S. S. expediendis.*** Et committatur ***Ordinario Vilnen.,*** qui, vetito omnino, ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, ac si praedicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, cum eisdem Oratoribus dispenset,, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die. mense anno

C. P.-D.

Series Prima — Formula Quarta

Iustitiae publicae honestatis - Ex muliere - In primo gradu - Ex sponsalibus - Et consanguinitatis - In secundo gradu - Vel alio - Ob aetatem foeminae superadultam - Per Bullam vel Breve.

MEDIOLANEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Petri Frigerio*** viri et ***Adelis Mazzoleni*** mulieris ***Mediolanen, dioecesis,*** quod dicta mulier vigesimum quartum annum et ultra agens hactenus virum paris conditionis, cui nubere posset, non invenit, cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed quia ***Secundo in linea aequali*** Consanguinitatis ***gradu*** invicem sunt coniuncti, ac dicta Oratrix sponsalia per verba de futuro cum praefati Oratoris fratre germano, habitis prius a Sede Apostolica Litteris dispensationis, seu Mandato de dispensando super impedimento ***Secundi in linea aequali*** Consanguinitatis ***gradus,*** quo invicem erant coniuncti, contraxit, ***quae deinde de communi Oratricis ac eiusdem Oratoris fratris germani praefati consensu, eadem Oratrice ab eo omnino intacta et in nullo penitus attentata remanente, dissoluta fuerunt,*** desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, impedimentis ***Secundi in linea aequali*** Consanguinitatis ***gradus,*** ac Primi gradus publicae honestatis iustitiae ex praemissis provenientis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris ***per Breve S. S. expediendis.*** Et committatur ***Ordinario Mediolanen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet, et, si vera sint exposita, et si praedicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Oratoribus dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Prima — Formula Quinta

Iustitiae Publicae Honestatis - Ex muliere - In primo gradu - Ex sponsalibus - Et Consanguinitatis - In tertio gradu - Vel alio - Ob infamiam - Et lites - Super rebus magni momenti - Per Bullam vel Breve.

GUADIXEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. Y. pro parte devotorum illius Oratorum ***Ioannis Lafuente*** viri et ***Annae Menendez*** mulieris ***Guadixen. dioecesis,*** quod ipsi ***alias scientes se Tertio Consanguinitatis gradu invicem esse coniunctos, ac impedimentum Primi gradus publicae honestatis iustitiae, et ex eo provenientis*** quia alias dicta Oratrix sponsalia per verba de futuro cum praefati Oratoris fratre germano, habilis prius a Sede Apostolica Litteris dispensationis, seu Mandato de dispensando super impedimento ***Tertii Consanguinitatis gradus,*** quo invicem erant coniuncti, contraxerat, ***quae deinde de mutuo Oratricis ac eiusdem Oratoris fratre germano praefato consensu, eadem Oratrice ab eo omnino intacta et in nullo penitus attentata t emanente, dissoluta fuerunt,*** inter eos existere, insimul conversati sunt, carnali tamen copula inter eos minime subsequuta, et nihilominus orta est suspicio, licet falsa, quod se carnali ter cognoverint. Cum autem P. S., nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Oratrix graviter diffamata et innupta remaneret, graviaque exinde scandala possent verosimiliter exoriri, ac cum inter dictorum Oratorum parentes graves lites super rebus magni momenti ortae iam sint, et ad praesens vigeant, aliunde tamen, quam ex causa matrimonii inter dictos Oratores contrahendi, provenientes, et ante illius tractatum exortae, certumque sit, quod si Oratores ipsi invicem matrimonialiter copularentur, lites huiusmodi omnino componerentur : cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, stantibus impedimentis huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, impedimentis ***Tertii*** Consanguinitatis ***gradus,*** ac Primi gradus publicae honestatis iustitiae ex praemissis provenientis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE EACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris.... Et committatur ***Ordinario Guadixen.,*** qui vetito omnino, ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informel; et, si vera sint exposita, Oratoribus praefatis propter praemissa poenitentia salutari, et, remoto quatenus adsit scandalo, praesertim per separationem tempore sibi bene viso, si fieri poterit, et si dicta oratrix propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Oratoribus dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

C. P.-D.

Series Secunda — Formula Sexta

Cognationis Spiritualis - Ex Baptismo - Ob antiquam nobilitatem - Pro heterodoxorum loco - Per Breve.

CHIELCEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Ladislai Petrowski*** viri et ***Antoniae Petrowska*** mulieris ***Chielcen. dioecesis*** quod ipsi catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, et ex conspicuis antiqua nobilitale familiis sunt, cupiunt invicem matrimonialiter copulari. Sed quia ***alias dictus Orator eamdem Oratricem de Sacro Fonte levavit*** desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Cognationis Spiritualis ex praemissis provenientis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM*.

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et exprès-

sio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Chielcen.,*** qui, vetito omnino, ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet, et, si vera sint exposita, et si praedicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, ac si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

G. P.-D.

Series Secunda — Formula Septima

Cognationis Spiritualis - Ex Baptismo - Ob copulam - Per Breve.

MATRITEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Didaci Ballesteros y Garcia*** viri et ***Mariae Garcia y Rodríguez*** mulieris ***Matriten, dioecesis,*** quod ***ipsi alias scientes impedimentum Cognationis Spiritualis, et ex eo proveniens*** quia alias dictus Orator eamdem Oratricem de Sacro Fonte levaverat, ***inter eos existere,*** humana fragilitate devicti se carnaliter cognoverunt. Cum autem P. S. nisi matrimonium inter ipsos contrahatur dicta Oratrix graviter diffamata et innupta remaneret, graviaque exinde scandala orirentur; cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, stante impedimento huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Cognationis Spiritualis ex praemissis provenientis huiusmodi ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam, si qua sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S.S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Matriten.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut

praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, imposita Oratoribus praefatis propter praedictum excessum poenitentia salutari, aeremoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Oratoribus dispenset, prolemque legitimam decernat, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Secunda — Formula Octava

Cognationis spiritualis - Eoo Confirmatione - Ob infamiam - Et dotem litibus involutam - Per Bullam.

GERUNDEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Caroli Lafuente*** viri el ***Albinae Arroyo*** mulieris ***Gerunden, dioecesis,*** quod ipsi alias scientes ***impedimentum Cognationis Spiritualis, et ex eo proveniens quia alias dictus Orator praefatae Oratricis prolem, ex alio viro procreatam, in Sacramento Confirmationis tenuerat, inter eos existere*** insimul conversati sunt, carnali tamen copula inter eos minime subsequuta, et nihilominus orta est suspicio, licet falsa, quod se carnaliter cognoverint. Cum autem P. S. nisi matrimonium inter ipsos contrahatur dicta Oratrix graviter diffamata et innupta remaneret, graviaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri ; ac cum dicta Oratrix dotem habeat litibus involutam, et dictus Orator, qui ad eam prosequendam habilis existit, illam in uxorem ducere, litesque huiusmodi in se suscipere, defendere ac propriis expensis prosequi intendat ; cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, stante impedimento huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, impedimento Cognationis Spiritualis ex praemissis provenientis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali., cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM *.

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris.... Et committatur ***Ordinario Gerunden.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet ; et, si vera sint exposita, Oratoribus praefatis imposita propter praemissa poenitentia salutari, ac remoto quatenus adsit scandalo, praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Oratoribus dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Tertia — Formula Nona

Affinitatis - Ex actu fornicario viri - In primo gradu - Ob copulam - Per Breve.

MEDIOLANEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. Y. pro parte devotorum illius Oratorum ***Matthaei Frigerio*** viri et ***Antoniae Buonvicini*** mulieris ***Mediolanen, dioecesis,*** quod alias, postquam dictus Orator praefatae Oratricis ***sororem germanam*** carnaliter cognoverat, Oratores praefati, ***scientes se Primo Affinitatis gradu ex actu tamen fornicario ex praemissis provenientis invicem attinere,*** humana fragilitate devicti se carnaliter cognoverunt. Cum autem P. S. nisi matrimonium inter ipsos •contrahatur dicta Oratrix graviter diffamala et innupta remaneret, graviaque exinde scandala orirentur, cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter cupulari. Sed, stante impedimento huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Primi Affinitatis gradus ex actu tamen fornicano ex praemissis provenientis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam, si qua sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM Ut PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum. absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Mediolanen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, et si praedicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, imposita propter praemissa Oratoribus praefatis poenitentia salutari, et remoto, quatenus adsit, scandalo praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, et remota, meliori etiam quo fieri potest modo, eius iudicio, occasione recidivàe conversationis praedicti Oratoris cum praefatae Oratricis ***sorore germana,*** cum eisdem Oratoribus dispenset, prolemque legitimam decernat, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

G. P .-D.

Series Tertia — Formula Decima

Affinitatis - Ex actu fornicario mulieris - In primo gradu - Ob superadultam aetatem foeminae - Per Breve.

BARGH1N0NEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Pauli Lopez*** viri et ***Maria ab Angelis Perez*** mulieris ***Barchinonen. dioecesis,*** quod dicta mulier vigesimum quartum annum et ultra agens hactenus virum paris conditionis, cui nubere posset, non invenit, cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed quia alias dicta Oratrix a praefati Oratoris ***Fratre germano*** carnaliter cognosci passa fuit, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Primi Affinitatis gradus ex actu tamen fornicano ex praemissis provenientis huiusmodi ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consesequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Barchinonen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; ac, si vera sint exposita, et si praedicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, et, remola meliori, quo fieri potest modo, eius iudicio, occasione recidivae conversationis dictae Oratricis cum praefati Oratoris' ***fratre germano,*** cum eisdem Oratoribus dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Tertia — Formula Undecima

Affinitatis - Ex matrimonio - In primo gradu - Ob religionem et honestatem - Per simplicem Signaturam.

COROSOPITEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter Sanctitati Vestrae pro parte devotorum illius Oratorum ***Adalberti Aloisii Le Duc*** viri et ***Philumenae Mariae Etienne*** mulieris ***Corosopiten. dioecesis,*** quod ipsi qui ex catholicis et honestis familiis existunt, ad conservandam avitam religionem et familiarum honestatem cupiunt invicem matrimonialiter copulari. Sed quia alias ***dicta Oratrix praefati Oratoris fratris germani, ad praesens defuncti, uxor extitit,*** desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, impedimento Primi ex praemissis provenientis Affinitatis gradus huiusmodi ac aliis, bona fide, forsam reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Et quod Oratores praefati a quibusvis Ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quibus quomodolibet innodati sint, ad effectum hu-

ius dispensationis dumtaxat consequendae, praesentis supplicationis tenore absolvantur, et absoluti fore censeantur. Et committatur Oratorum ***Ordinario,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet, et, si vera sint exposita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, Auctoritate Apostolica dispenset ut supra. Et cum decreto quod sola praesentis Supplicationis Signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in iudicio et extra illud, regula quacumque contraria non obstante.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

C. P.-D.

Series Tertia — Formula Duodecima

Affinitatis - Ex actu fornicario - In primo et secundo gradu - Ob paupertatem viduae - Pro heterodoxorum loco - Per Breve.

OLOMUGEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Adalberti Gurski*** viri et ***Annae Mariae Ostermann*** mulieris ***Olomucen. dioecesis,*** quod ipsi, qui, catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, cum praefata mulier sit vidua numerosa onerata prole, quam praefatus vir alere pollicetur, propterea cupiunt invicem matrimonialiter copulari. Sed quia ***alias dictus Orator praefatae Oratricis amitam*** carnaliter cognovit, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Primi et Secundi Affinitatis graduum, ex actu tamen fornicario, ex praemissis provenientium huiusmodi ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur

Ordinario Olomucen., qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, et si praefata Oratrix propter hoc rapta non fuerit, ac remola occasione, eius iudicio, recidivae conversationis dicti Oratoris cum ***praefata Oratricis amita,*** dispenset ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

G. P.-D.

Series Tertia — Formula Decima Tertia

Affinitatis - In primo et secundo gradu - Ex actu fornicario - Ob infamiam - Per Breve.

BRUGEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. Y. pro parte devotorum illius Oratorum ***Adalberti Van den Bratten*** viri et ***Rosaliae Mendel*** mulieris ***Brugen. dioecesis,*** quod ***alias postquam dictus Orator praefatae Oratricis amitam, seu materteram,, aut neptem, ad praesens defunctam, carnaliter cognoverat, Oratores praefati scientes se Primo et Secundo Affinitatis gradibus, ex actu tamen fornicario ex praemissis provenientibus, invicem attinere,*** insimul conversati sunt, carnali tamen copula inter eos minime subsequuta, et nihilominus orta est suspicio, licet falsa, quod se carnaliter cognoverint. Cum autem P. S., nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Oratrix graviter diffamala et innupta remaneret, graviaque exinde scandala orirentur, cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, stante impedimento huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, impedimento Primi et Secundi Affinitatis graduum, ex actu tamen fornicario ex praemissis provenientium huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Ei committatur ***Ordinario Brugen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, et si praedicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, ac remoto, quatenus adsit, scandalo praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, et imposita propter praemissa praedictis Oratoribus poenitentia salutari, cum eisdem Oratoribus dispenset ut supra.

Datum Romae in Dataria Apostolica die mense anno

G. P.-D.

Series Tertia — Formula Decima Quarta

Affinitatis - In primo et secundo gradu - Ob contractum matrimonium - Ex iuris ignorantia - Per Breve.

CONVERSAN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S.V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Angeli Cantano*** viri et ***Dominicae Fante*** mulieris ***Conversan, dioecesis,*** quod alias postquam ***dicta Oratrix praefati Oratoris patrui, seu avunculi, aut nepotis, ad praesens defuncti, uxor extiterat,*** Oratores praefati, scientes se Primo et Secundo ex praemissis provenientibus affinitatis gradibus invicem esse coniunctos, iuris autem ignari, nullum propterea existimantes hoc eis ad matrimonium contra^-hendum impedimentum officere, matrimonium inter se per verba de praesenti publice, servatis omnibus ad id a Concilio Tridentino praescriptis, nulloque detecto neque denuncialo impedimento, contraxerunt ac carnali copula consummarunt. Postmodum vero de supradicto impedimento edocti sunt, propter quod a carnali copula huiusmodi abstinuerunt. Cum autem P. S. Oratores praefati in huiusmodi matrimonio remanere non possint absque Sedis Apostolicae dispensatione, et si divortium inter eos fieret gravia exinde scandala orirentur, supplicant humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, impedimento Primi et Secundi ex praemissis provenientium Af-

unitatis graduum huiusmodi ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se de novo, renovato consensu, conlrahere libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam, si qua sit, et quatenus opus sit, legitimam declarando, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, declaratione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve Sanctitatis Suae expediendis. Et committatur ***Ordinario Conversan.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere aut oblatum recipere possit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, et si ignorantia huiusmodi probabilis fuerit, ut praefertur, dispenset et declaret ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

C. P.-D.

Series Tertia — Formula Decima Quinta

Affinitatis - In primo et secundo gradu - Ex matrimonio - Ob infamiam - Pro heterodoxorum loco - Per Breve.

HERB1POLEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Pauli Friderik*** viri et ***Adelaidis Lehmann*** mulieris ***Herbipolen. Dioecesis, quod alias postquam dictus Orator praefatae Oratricis amitam, seu materteram, aut neptem ad praesens defunctam, in uxorem duxerat, Oratores praefati, scientes se Primo et Secundo ex praemissis provenientibus Affinitatis gradibus invicem attinere,*** insimul conversati sunt, carnali tamen copula inter eos minime subsequuta, et nihilominus orta est suspicio, licet falsa, quod se carnaliter cognoverint. Cum autem P. S. nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Oratrix graviter diffamata et innupla remaneret, graviaque exinde scandala orirentur, cupiunt propterea Oratores praefati, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, invicem matrimonialiter copulari. Sed, stante impedimento huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dis-

pensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod matrimonium inter se publice, ser-Tata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, impedimento Primi et Secundi ex praemissis provenientium Affinitatis graduum huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, cum clausulis opporlunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione aliisque praemissis ut supra latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio, fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Herbipolen.*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se -diligenter informet; et, si vera sint exposita, et si Oratores praefati •catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, et si praedicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, imposita Oratoribus praedictis propter praemissa poenitentia salutari, et remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, cum eisdem Oratoribus dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

C. P.-D.

Series Terlia — Formula Decima Sexta

Affinitatis - Ex matrimonio - In primo et secundo gradu - Ex actu fornicario - In secundo gradu - Ob infamiam - Et illustrem familiam conservandam - Per Breve.

BRÍGANTÍEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Francisci Coelho*** viri et ***Mariae de Fonseca*** mulieris ***Brigantien. dioecesis, quod alias postquam dicta Oratrix praefati Oratoris patrui, seu avunculi, aut nepotis, ad praesens defuncti, uxor extiteral, ac a viro praefato Oratori Secundo in linea aequali Consanguinitatis gradu coniuncto carnaliter cognosci passa fuerat, Oratores praefati scientes se Primo et Secundo Affinitatis gradibus ac Secundo etiam Affinitatis gradu ex actu tamen fornicano ex praemissis***

respective provenientibus invicem attinere, insimul conversali sunt, carnali tamen copula inter eos minime subsequuta et nihilominus orta est suspicio, licet falsa, quod se carnaliter cognoverint. Cum autem P. S., nisi matrimonium inter ipsos contrahatur dicta Oratrix graviter diffamata et innupta remaneret, graviaque exinde scandala orirentur, et Oratores praefati de illustri familia existant, valdeque expediat pro illius conservatione, ut Oratrix Oratori et non alteri nubat, cupiunt propterea invicem matrimonialiter copulari. Sed, stantibus impedimentis huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati quatenus, quod matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, cum eisdem Oratoribus dispensare dignemini de gratia speciali, impedimentis Primi et Secundi Affinitatis graduum ac Secundi etiam Affinitatis gradus ex actu tamen fornicano ex praemissis respective provenientium ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM '.

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione aliisque praemissis ut supra latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Brigantien.*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; ac, imposita,Oratoribus praefatis propter praemissa poenitentia salutari, et remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem, tempore sibi beneviso, si fieri poterit, ac remota occasione recidivae conversationis dictae Oratricis cum praefati Oratoris consobrino, quantum fieri poterit, et si praedicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, eosdem Oratores dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

C. P.-D.

Series Tertia — Formula Decima Septima

Affinitatis - In secundo gradu - Ex actu fornicario viri - Ob angustiam loci - Et ob Religionem conservandam - Pro heterodoxorum loco - Per Breve.

BRUNEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Friderici Hoffmann*** viri et ***Margaritae etiam Hoffmann*** mulieris ***Brunen, dioecesis,*** quod cum dicta mulier in loco ex quo ipsa et Orator praefatus orti sunt in dicta dioecesi existente propter illius angustiam virum paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, nec tutum quoad religionem sit cum quibusvis personis •matrimonium contrahere; cupiunt propterea Oratores praefati, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mort intendunt, invicem matrimonialiter copulari. Sed, qui alias dictus Orator mulierem praefatae Oratricis Secundo in linea aequali Consanguinitatis gradu coniunctam carnaliter cognovit, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S.V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, impedimento Secundi Affinitatis gradus ex actu tamen fornicano ex praemissis provenientis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Brunen,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis, se diligenter informet; et, si vera sint exposita, si mulier propter hoc rapta non fuerit, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, remola, quantum fieri poterit, occasione recidivae conversationis ***dicti Oratoris*** cum praefatae ***Oratricis consobrina ;*** eosdem Oratores dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

C. P.-D.

Series Tertia — Formula Decima Octava

Affinitatis - In secundo gradu - Ex actu fornicario viri - Ob, copulam - Et propter angustiam loci - Cum clausula,* et si extra - *Pro heterodOxorum loco - Per Breve.

SEYNEN.

Beatissime -Pater— Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Henrici Mieckzinski*** viri et ***Camillae Cherchoff*** mulieris ***Seynen. dioecesis,*** quod alias postquam dictus Orator mulierem praefatae Oratrici Secundo in linea aequali Consanguinitatis gradu coniunctam carnaliter cognoverat, Oratores praefati, scientes se ***Secundo Affinitatis gradu ex actu tamen fornicario ex praemissis proveniente invicem attinere,*** humana fragilitate devicti se carnaliter cognoverunt. Cum autem P. S., nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Oratrix graviter diffamata el innupta remaneret, graviaque exinde scandala orirentur, ac cum dicta mulier in dicto loco, propter illius angustiam, virum paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, et si extra dictum locum nubere cogeretur, dos quam ipsa habet, non esset competens, neque sufficiens, ut cum ea virum, cui iuxta status sui conditionem nubere possit, invenire valeret, cupiunt propterea Oratores praefati, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, invicem matrimonialiter copulari.. Sed, stante impedimento huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Secundi Affinitatis gradus ex actu tamen fornicano ex praemissis provenientis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, caeterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam, si qua sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Seynen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se

diligenter informet; et, si vera sint exposita, si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, imposita eis propter incestum hunc poenitentia salutari, et, remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, et remota occasione recidivae conversationis dicti Oratoris cum praefatae Oratricis consobrina, eosdem Oratores dispenset, ut supra, prolemque legitimam decernat.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

C. P.-D.

Series Tertia — Formula Decima Nona

Affinitatis - In secundo gradu - Ob matrimonium - Mala fide contractum - Per Breve.

FLORENTIN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Alexandri Righini*** viri et ***Mariae Capponi*** mulieris ***Florentin, dioecesis,*** quod ipsi alias scientes se Secundo in linea aequali Affinitatis gradu invicem attinere, matrimonium inter se per verba de praesenti publice, servatis omnibus ad id a Concilio Tridentino praescriptis, nulloque detecto neque denunciato impedimento, mala fide contraxerunt, illudque ita in facie Ecclesiae solemnizarunt, ac carnali copula deinde consummarunt. Cum autem P. S. Oratores praefati in huiusmodi matrimonio remanere non possint absque Sedis Apostolicae dispensatione, et si divortium inter eos fieret gravia exinde scandala orirentur, supplicant humiliter S. V., quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, ***impedimento Secundi in linea aequali Affinitatis gradus*** huiusmodi ac aliis, bona fide, forsan reticitis , ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se, renovato consensu, contrahere, libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam, si qua sit, legitimam decernendo, dignemini, de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et

expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Florentin,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis diligenter se informet; et, si vera sint exposita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, imposita eis propter excessum et incestum hunc, poenitentia salutari, dispenset, prolemque legitimam decernat, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

G. P.-D.

Series Tertia — Formula Vicesima

Affinitatis - In secundo gradu aequali - Ex matrimonio - Ob copulam - In Supplicatione non explicatam - Per simplicem signaturam.

PAPIEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter Sanctitati Vestrae pro parte devotorum illius Oratorum ***Pauli Ronconi*** viri et ***Aemiliae Lanfranchi*** mulieris ***Papien. dioecesis,*** quod ipsi, qui ex admodum conspicuis honestate et insignibus antiqua ac primaria nobilitate familiis existunt, ex certis specialibus rationabilibus causis, animos eorum moventibus, et Sanctitati Vestrae expositis, cupiunt invicem matrimonialiter copulari. Sed, quia Secundo in linea aequali Affinitatis gradu invicem se attinent, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, impedimento Secundi in linea aequali Affinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Et quod Oratores praefati a quibusvis Ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quibus quomodolibet innodati sint, ad effectum huius dispensationis dumtaxat consequendae, praesentis Supplicationis tenore absolvantur, et absoluti fore censeantur. Et committatur Oratorum ***Ordinario,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis diligenter se informel; et, si vera sint exposita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non

fuerit, Auctoritate Apostolica dispenset ut supra. Et cum decreto quod sola praesentis Supplicationis signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in iudicio et extra illud, Regula quacumque contraria non obstante.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

G. P.-D.

Series Tertia — Formula Vicesima Prima

Affinitatis - In secundo et tertio gradu - Ob contractum matrimonium - Ex ignorantia iuris - Et persistentiam in ipso - Per Bullam.

CARTHAGINEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Henrici Yzquierdo*** viri et ***Mariae Collado*** mulieris ***Carthaginen. dioecesis, quod ipsi alias scientes se Secundo et Tertio a communi stipite provenientibus Affinitatis gradibus invicem attinere,*** iuris autem ignari, nullum propterea existimantes hoc eis ad matrimonium contrahendum impedimento officere, matrimonium inter se per verba de praesenti publice, servatis omnibus ad id a Concilio Tridentino praescriptis, nulloque detecto neque denunciato impedimento, contraxerunt, illudque ita in facie Ecclesiae solemnizarunl, ac carnali copula consummarunt ; postmodum vero de supradicto impedimento edocti sunt, et nihilominus in carnali copula huiusmodi perstiterunt. Cum autem P. S. Oratores praefati in huiusmodi matrimonio remanere non possint absque Sedis Apostolicae dispensatione, et si divortium inter eos fieret gravia exinde scandala orirentur, supplicant humiliter S. V., quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Tertii Affinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se, renovato consensu, contrahere libere et licite valeant, dispensare, distantiam vero Secundi gradus praefati eis non obstare declarare, prolem susceptam, si qua sit, et quatenus opus sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE PACUTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, declaratione, decreto, aliisque praemissis ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris.... Et committatur ***Ordinario Carthaginen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii

exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, si mulier propter hoc rapta non fuerit, et si ignorantia huiusmodi probabilis fuerit, ut praefertur, imposita Oratoribus propter incestum hunc poenitentia salutari, eosdem Oratores, declarando, dispenset, et prolem legitimam decernendo, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

G. P.-D.

Series Tertia — Formula Vicesima Secunda

Affinitatis - In tertio gradu - Ob aetatem mulieris superadultam - Et ob> incompetentiam dotis mulieris - Per Bullam.

GERUNDEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Anacleti Ruiz*** viri et ***losephae Gonzalez*** mulieris ***Gerunden, dioecesis,*** quod dicta mulier vigesimum quartum annum agens hactenus virum paris conditionis, cui nubere posset, non invenit, et cum eadem dicta mulier dotem habeat minus competentem, iuxta status sui conditionem, cum qua virum sibi non affinem paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, et dictus vir illam cum dicta minus competente dote uxorem ducere intendat, cupiunt propterea praefati Oratores invicem matrimonialiter copulari. Sed, quia Tertio Affinitatis gradu invicem se attinent, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Tertii Affinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio jet expressio fieri possit in Litteris.... Et committatur ***Ordinario Gerunden.,*** qui, vetito omnino, ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere possit, de praemissis se diligenter informet ; et, si vera sint ex-

posita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, dispenset ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

G. P.-D.

Series Quarta — Formula Vicesima Tertia

Consanguinitatis - In primo et secundo gradu - Ob infamiam - Et ob dotem cum augmento -Pro heterodoxorum loco - Ex Audientia Ssmi - Per Breve.

REGINAE GRADIGEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Angeli Pfeiffer*** viri et ***Gunegundae Schleger*** mulieris ***Reginae Grßdicen. dioecesis,*** quod ipsi alias scientes se Primo et Secundo, ei ex eo provenientibus, quia dictus Orator praefatae Oratricis ex fratre germano, seu sorore germana nepos existit, Consanguinitatis gradibus invicem esse coniunctos insimul conversati sunt, carnali tamen copula inter eos minime subsequuta, et nihilominus orta est suspicio, licet falsa, quod se carnaliter cognoverint. Cum autem P. S. nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Oratrix graviter diffamata et innupta remaneret, graviaque exinde scandala orirentur; ac cum dicta Oratrix dotem habeat minus competentem iuxta status sui conditionem, cum qua virum paris conditionis invenire nequeat, et dictus Orator illam cum dicta minus competenti dote in uxorem ducere illiusque dotem, usque ad quantitatem, secundum dictae Oratricis qualitatem, competenter augere intendat; cupiunt propterea Oratores praefati, qui catholicae fidei cultores vere existunt et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, invicem matrimonialiter copulari. Sed, stante impedimento huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. Y. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Primi et Secundi ex praemissis provenientium Consanguinitatis graduum huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

EX AUDIENTIA, DIE MENSE ANNO SANCTISSIMUS ANNUIT :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Reginae Gradicen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, si dicta oratrix propter hoc rapta non fuerit, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romane Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, imposita eis propter praemissa poenitentia salutari, et, remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, eosdem Oratores, dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Vicesima Quarta

Consanguinitatis - In primo et secundo gradu - Ob incestum - Et ob dotem ab alio auctam - Ex signatura SSmi - Per Breve.

GRANATEN. ET MINDONIEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Alberti Nuñez*** viri ***Granaten, dioecesis et Adelaidis Peñalvez*** mulieris ***Mindonien. dioecesis, et in dicta Granaten, dioecesi commorantis,*** quod ipsi alias scientes se Primo et Secundo, et ex eo provenientibus, quia dicta Oratrix praefati Oratoris ex fratre germano, seu sorore germana, neptis existit, Consanguinitatis gradibus invicem esse coniunctos, humana fragilitate devicti, se carnaliter cognoverunt. Cum autem P. S. nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Oratrix graviter diffamata et innupta remaneret, graviaque exinde scandala orirentur ; ac cum dicta Oratrix, dotem habeat minus competentem, iuxta sui status conditionem cum qua virum paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat ; et quidam Oratorum consaguineus, ad id alias non obligatus, Oratricis dotem, ita tamen ut Oratori nubat, et non alias, usque ad quantitatem, secundum eiusdem Oratricis qualitatem, competenter augere, diclusque Orator, illam cum dicta minus competenti dote, et illius augmento in uxorem ducere intendat;

cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, stante impedimento huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Primi et Secundi ex praemissis provenientium Consanguinitatis graduum huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis , ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare prolem susceptam, si qua sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

FIAT UT PETITUR :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius exlendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Nostris Litteris per Breve. Et committatur ***Ordinario Granaten.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis diligenter se informet; et, si vera sint exposita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, Oratores praefatos, imposita eis propter incestum hunc poenitentia salutari; et remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, ut supra, dispenset, prolemque legitimam decernat.

Datum Romae apud S. Petrum, die mense anno Pontificatus Nostri anno

LEO XIII.

Series Quarta — Formula Vicesima Quinta

Consanguinitatis - In secundo gradu - Propter inimicitias - Pro heterodoxorum loco - Per Breve.

SEYNEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. Y. pro parte devotorum illius Oratorum ***Petri Paulowski*** viri et ***Rosae Komanski*** mulieris ***Seynen. dioecesis,*** quod, cum inter dictorum Oratorum parentes et consanguineos graves inimicitiae ortae iam sint, et de praesenti iam vigeant, aliunde tamen quam ex causa matrimonii inter eos contrahendi provenientes, et ante illius tractatum exortae; certumque sit, quod si

•Oratores ipsi invicem matrimonialiter copularentur, inimiciliae huiusmodi omnino componerentur; pro illis componendis, ac pro bono pacis, cupiunt Oratores praedicti, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia S. Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, invicem matrimonialiter copulari. Sed , quia Secundo in linea aequali Consanguinitatis gradu invicem sunt coniuncti, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. Y. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Secundi in linea aequali Consanguinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Seynen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia S. Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Oratoribus dispenset ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Vicesima Sexta

Consanguinitatis - In secundo gradu - Ob angustiam locorum - Pro heterodoxorum loco - Per Breve.

PLOCEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Ladislai Piedzki*** viri et ***Franciscae Swanscki*** mulieris ***Plocen. dioecesis,*** quod cum dicta mulier in locis ex quibus ipsa et orator praefatus orti sunt in dicta dioecesi existentibus, etiam de uno ad alium se transferendo, propter illorum angustiam virum paris

conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, cupiunt propterea Oratores praefati, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, invicem matrimonialiter copulari. Sed, quia Secundo in linea aequali Consanguinitatis gradu invicem sunt coniuncti, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae- dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Secundi in linea aequali Consanguinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM Î

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Plocen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis diligenter se informet; et, si vera sint exposita, si praedicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, dispenset ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Vicesima Septima

Consanguinitatis - In secundo gradu - Ob matrimonium - Cum dubio contractum - Per Breve.

FOROJULIEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Ludovici Crétien*** viri et ***Susannae Lémonnier*** mulieris ***Forojulien. dioecesis,*** quod ipsi alias dubitantes aliquod impedimentum inter eos existere, quoto lamen ignorantes, quominus possent invicem matrimonialiter copulari, matrimonium inter se per verba de praesenti publice, servatis omnibus ad id a Concilio Tridentino prae-

scriptis, nulloque detecto neque denuncialo impedimento, contraxerunt, illudque ita in facie Ecclesiae solemnizarunt, ac deinde carnali copula consummarunt. Postmodum vero ad eorum pervenit notitiam se Secundo in linea aequali Consanguinitatis gradu invicem esse coniunctos ; et nihilominus in carnali copula huiusmodi perstiterunt. Cum autem P. S. Oratores praefati in huiusmodi matrimonio remanere non possint absque Sedis Apostolicae dispensatione, et si divortium inter eos fieret, gravia exinde scandala orirentur, supplicant humiliter S. Y. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Secundi in linea aequali Consanguinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se, renovato consensu, de novo contrahere libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam, si qua sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Forojulien.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et si vera sint exposita, et si dicta mulier propter hoc rapta non fuerit, imposita Oratoribus praefatis propter incestum hunc poenitentia salutari, eos dispenset, et prolem legitimam decernat, ut supra.

Datum Romae in Dataria Apostolica, die mense anno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Vicesima Octava

Consanguinitatis - In secundo gradu - Ob contracium matrimonium - In mala fide - Pro heterodoxorum loco - Per Breve.

SALISBURGEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. **V.** pro parte devotorum illius Oratorum ***Friderici Lippen*** viri et ***Angelicae Busdorf*** mulieris ***Salisburgen. dioecesis, quod ipsi alias scientes se Secundo in linea aequali Consanguinitatis gradu invicem esse coniunctos,*** matrimonium

inter se per verba de praesenti publice, servatis omnibus ad id a Concilio Tridentino praescriptis, nulloque detecto neque denunciato impedimento, mala fide contraxerunt, illudque ita in facie Ecclesiae solemnizarunt, ac deinde carnali copula consummarunt. Cum autem P. S. Oratores praefati in huiusmodi matrimonio remanere non possint absque Sedis Apostolicae dispensatione, et si divortium inter eos fieret, gravia exinde scandala orirentur, supplicant humiliter S. Y. Oratores,, praefati, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Secundi in linea aequali Consanguinitatis gradus, huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, caeterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se, de novo, renovato consensu, contrahere libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam, si qua sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris, per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Salisburgen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, si praedicta mulier propter hoc rapta non fuerit, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, imposita eis propter enunciata delicta salutari poenitentia, cum eisdem Oratoribus, dispenset et prolem legitimam decernat, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Vicesima Nona

Consanguinitatis - In secundo gradu - Ob tres minus graves causas - Pro Pauperibus - Per simplicem signaturam.

PACEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter Sanctitati Vestrae pro parte devotorum illius Oratorum ***Iulii Barbosa y Perez*** viri et ***Rosae Vázquez y Bubio*** mulieris ***Pacen, dioecesis,*** quod cum dicta Oratrix, pa-

tre orbata, vicesimum tertium annum agens, in dicto loco propter illius angustiam virum paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, cupiunt propterea, Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, quia Secundo in linea aequali Consanguinitatis gradu invicem sunt coniuncti, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter Sanctitatem Vestram Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, impedimento Secundi in linea aequali Consanguinitatis gradus, huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, caeterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini, de gratia speciali.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Et quod Oratores praefati a quibusvis Ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quibus quomodolibet innodati sint, ad effectum huius dispensationis dumtaxat consequendae praesentis Supplicationis tenore absolvantur, et absoluti fore censeantur. Et committatur Oratorum ***Ordinario,*** quatenus de praemissis se diligenter informet, et si vera sint exposita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, vel oblatum recipere praesumpserit, cum eisdem Oratoribus Auctoritate Apostolica, praefata ex gratia speciali, dispenset ut supra. Et cum decreto quod sola praesentis Supplicationis signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in iudicio et extra illud, Regula quacumque contraria non obstante.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Trigesima

Consanguinitatis - In secundo et tertio gradu - Propter angustiam locorum - Et propter lites super successione bonorum - Pro heterodoxorum loco - Per Bullam.

BAMBERGEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Friderici Áimerich*** viri et ***Gertrudis Wolf*** mulieris ***Bambergen, dioecesis,*** quod cum dicta mulier, in locis ex quibus ipsa et orator praefatus orti sunt in dicta dioecesi existentibus, etiam de uno ad alium se transferendo , propter illorum angustiam, virum paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat; et cum dicta

Oratrix gravem litem super successione bonorum magni momenti sustineat; et ne ob defectum viri, qui litem huiusmodi prosequatur et defendat, ipsam liti huiusmodi succumbere contingat; dictusque Orator illam in uxorem ducere, litemque huiusmodi in se suscipere, defendere, ac propriis expensis prosequi intendat; cupiunt propterea Oratores praefati, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, invicem matrimonialiter copulari. Sed, quia Secundo et Tertio a communi stipite provenientibus Consanguinitatis gradibus invicem sunt coniuncti, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod, impedimento Tertii Consanguinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare, distantiam vero Secundi gradus praefati eis non obstare declarare dignemini, de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, declaratione aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris... Et committatur ***Ordinario Bambergen.,*** qui vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et si vera sint exposita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, ac si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant vivereque et mori intendant, dispenset, et declaret, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Trigesima Prima

Consanguinitatis - In primo et tertio gradu - Pro indotata - Ob confirmationem pacis - Per Breve.

SALTEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. Y. pro parte devotorum illius Oratorum ***Felicis Perez*** viri et ***Mariae de los Angeles*** mulieris

Salten, dioecesis, quod cum dicta Oratrix indotata existat, et dictus-Orator, illam sic indotatam in uxorem ducere, ac usque ad quantitatem, secundum dictae Oratricis qualitatem, competenter dotare ex integro intendat; ac cum inter dictorum Oratorum parentes graves inimicitiae viguerint ; aliunde tamen quam ex causa matrimonii inter eos contrahendi provenientes, et ante illius tractatum exortae ; et licet pax inter eos de recenti inita fuerit; eo tamen confirmaretur inito Oratorum matrimonio; cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, quia dicta Oratrix praefati Oratoris ***ex fratre germano seu sorore germana*** proneptis existit, desiderium eorum hac ***in***> parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Tertii Consanguinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Conciliii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Salten.,*** qui, vetito omnino, ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet ; et, si vera sint exposita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, et postquam eadem Oratrix ex integro dotata fuerit, cum eisdem Oratoribus, dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Trigesima Secunda

Consanguinitatis - In secundo et tertio gradu - Ob matrimonium ignoranter contractum - Pro heterodoxorum loco - Per Bullam.

POSNANIEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Michaelis Kelmann*** viri et ***Helenae Manning*** mulieris ***Posnanien. dioecesis,*** quod ipsi, alias ignorantes aliquod impedi-

Meritum inter eos existere, quominus possent invicem matrimonialiter copulari, matrimonium inter se per verba de praesenti, publice servatis omnibus ad id a Concilio Tridentino praescriptis, nulloque detecto neque denunciato impedimento, contraxerunt, illudque ita in facie Ecclesiae solemnizarunt, ac deinde carnali copula consummarunt. Postmodum vero ad eorumdem pervenit notitiam, se Secundo et Tertio a communi stipite provenientibus Consanguinitatis gradibus invicem esse coniunctos; sed tamen a carnali copula abstinuerunt. Cum autem P. S. Oratores praefati in huiusmodi matrimonio remanere non possint absque Sedis Apostolicae dispensatione, et si divortium inter eos fieret, gravia exinde scandala orirentur, supplicant humiliter S. V. Oratores praefati, qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Tertii Consanguinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se, renovato consensu, de novo contrahere libere et licite valeant, dispensare, distantiam vero Secundi gradus praefati eis non obstare declarare, prolem susceptam, si qua sit, et quatenus opus sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris.... Et committatur ***Ordinario Posnanien.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et si vera sint exposita, si ignorantia huiusmodi probabilis fuerit, ut praefertur, si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori intendant, eos, declarando, dispenset et prolem legitimam decernat, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria die mense anno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Trigesima Tertia

Consanguinitatis - In tertio grgdu - Ob matrimonium ignoranter contractum?. - Pro Oratrice parentibus orbata - Per Bullam.

BURGEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Francisci Pascual*** viri et ***Birgittae Teruel*** mulieris ***Burgen, dioecesis,*** quod ipsi alias ignorantes aliquod impedimentum inter eos existere, quominus possent invicem matrimonialiter copulari, matrimonium inter se per verba de praesenti publice, servatis omnibus ad id a Concilio Tridentino praescriptis, nulloque detecto neque denunciato impedimento, contraxerunt, illudque in facie Ecclesiae ita solemnizarunt, ac carnali copula consummarunt. Postmodum vero ad eorum pervenit notitiam se Tertio Consanguinitatis gradu invicem esse coniunctos, propter quod a carnali copula huiusmodi abstinuerunt. Cum autem P. S. Oratores praefati in huiusmodi matrimonio remanere non possint absque Sedis Apostolicae dispensatione, et si divortium inter eos fieret, gravia exinde scandala orirentur, ac praedicta Oratrix parentibus orbata existat, supplicant humiliter S. Y. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Tertii Consanguinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se, renovato consensu, de novo contrahere libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam si qua sit, et quatenus opus sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM*.

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris.... Et committatur ***Ordinario Burgen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet; et, si vera sint exposita, si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, et si: ignorantia huiusmodi probabilis fuerit, ut praefertur, cum eisdem Oratoribus dispenset, prolem legitimam decernendo, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Trigesima Quarta

Consanguinitatis duplicis - In tertio gradu et in quarto gradu - Ob spem. conversionis compartis - Pro heterodoxorum loco - Per Bullam.

M06UNTIN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devoti illius Oratoris ***Constantini de Constantibus Dioecesis Moguntin.***, quod ipse, qui fidei catholicae cultor existit, alias cupiens ***Antoninam de Antoninis,*** mulierem dictae dioecesis, eiusque liberos, haeretica pravitate infectos, ad fidem catholicam revocare, de matrimonio cum illa contrahendo tractavit, habita prius dispensatione ob mixtae religionis impedimentum. Sed, quia, in proclamationibus iuxta formam Conc. Trid. fieri solitis, delectum fuit ***Constantinum*** et ***Antoninam*** praedictos Tertio ex uno ac Quarto ex altero stipitibus provenientibus Consanguinitatis gradibus invicem esse coniunctos, ulterius in contractum matrimonii processum non fuit. Cum autem, Pater Sancte, si dictus Orator matrimonium cum praefata ***Antonina*** contrahat, non solum ipsa, relictis haereticae pravitatis erroribus, haeresim publice abiurabit, sed sperandum etiam sit, ut et dictae ***Antoninae*** liberi praefati, ac etiam alii simili pravitate infecti, fidem catholicam amplexuri sint; cupit propterea dictus Orator praefatae ***Antoninae*** matrimonialiter copulari. Sed,, quia, stante praedicto impedimento, desiderium suum in hac parte adimplere nequit absque Sedis Apostolicae dispensatione, supplicat humiliter S. V. Orator praedictus , quatenus, sibi specialem gratiam faciendo, secum, ut impedimentis Tertii ex uno et Quarti ex altero stipitibus provenientium Consanguinitatis graduum huiusmodi, ac aliis bona fide forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium, servata forma Concilii Tridentini, libere et licite contrahere valeat cum dicta ***Antonina,*** dispensare dignemini, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM '.

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris.... Et committatur ***Ordinario Moguntin.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis diligenter se informet; et, si vera sint exposita, si praedicta mulier propter hoc rapta non fuerit, et post-

quam eadem mulier haeresim publice abiuraverit, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivere et mori velle professa fuerit, eumdem Oratorem dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense rnno

C. P.-D.

Series Quarta — Formula Trigesima Quinta

Consanguinitatis - In quarto gradu - Ex certis rationabilibus causis - Per Bullam.

ASCULAN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Pauli Loffredi*** viri et ***Caeciliae Vignali*** mulieris ***Asculan. dioecesis,*** quod valde ipsi se mutuo diligentes firmum iam efformaverint matrimonii inter se ineundi propositum. Sed, quia Quarto Consanguinitatis gradu invicem sunt coniuncti, desiderium suum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Quarti Consanguinitatis gradus huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se, publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare, dignemini, de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Ex certis rationabilibus causis. Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius exlendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio iieri possit in Litteris per Officium Minoris Gratiae expediendis. Et committatur ***Ordinario Asculan.,*** qui, vetito omnino, ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet ; et, si vera sint exposita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, cum eisdem Oratoribus dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Quinta — Formula Trigesima Sexta

Criminis - Neutj^o machinante - Et Affinitatis - In primo et secundo gradu - Ex matrimonio - Ob copulam - Dotem litibus involutam - Paucitatem virorum - Per Breve.

HISPALEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Francisci Lo Blanco*** viri et ***Judith Consejos*** mulieris ***Hispalen. archidioecesis,*** quod alias, constante matrimonio inter dictum Oratorem et praefatae ***Oratricis amitam, seu materteram aut neptem, eius uxorem*** praedefunctam, Oratores praefati, scientes se Primo et Secundo, ex praemissis provenientibus, Affinitatis gradibus invicem attinere, carnis fragilitate devicti, data sibi invicem fide de matrimonio inter se post dicti ***Oratoris uxoris*** ac respective eiusdem ***Oratricis amitae, seu materterae aut neplis*** obitum contrahendo, se carnaliter cognoverunt, ***et deinde dicti Oratoris uxor, ac respective Oratricis amila, seu matertera, aut neptis praefata,*** neutro tamen dictorum Oratorum in eius mortem machinante, sicut Domino placuit, ab humanis decessit. Cum autem P. S. dicta Oratrix dotem habeat litibus involutam, et dictus Orator, qui ad eam prosequendam habilis existit, illam in uxorem ducere, litesque huiusmodi in se suscipere intendat ; cum ratione militiae et belli adhuc perdurantis pauciores reperiantur viri ad contrahendum matrimonium; cum nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Oratrix graviter diffamata et innupta remaneret, graviaque exinde scandala orirentur, cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed , stantibus impedimentis huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. Y. Oratores praefati, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Criminis ac Primi et Secundi Affinitatis graduum ex praemissis respective provenientium huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare, prolem susceptam, post dicti ***Oratoris uxoris,*** ac respective eiusdem ***Oratricis amitae, seu materterae aut neptis*** obitum, si qua sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM:

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Hispalen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis diligenter se informet; et, si vera sint exposita, et si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, Oratores praefatos, imposita eis propter adulterium et incestum hunc poenitentia salutari, et remoto, quatenus adsit, scandalo praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, ut supra, dispenset, prolemque legitimam decernat.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Quinta — Formula Trigesima Septima

Criminis - Neutro machinante - Et Affinitatis - In secundo et tertio gradu - Pro Oratrice filiis gravata - Ob matrimonium civile - Per Bullam.

ELNEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Ludovici Jumet*** viri et ***Henricae Bourdonne*** mulieris ***Einen, dioecesis,*** quod alias, constante matrimonio inter dictam Oratricem et eius virum praedefunctum, Oratores praefati, scientes se Secundo et Tertio, a communi stipite provenientibus, Affinitatis gradibus invicem attinere, carnis fragilitate devicti, data sibi invicem fide de matrimonio inter se post dictae Oratricis viri praefati obitum contrahendo, se carnaliter cognoverunt, et deinde dictae Oratricis vir praefatus, neutro tamen dictorum Oratorum in eius mortem machinante, sicut Domino placuit ab humanis decessit. Cum autem P. S. dicta Oratrix vidua, et quinque filiis ex alio viro procreatis gravata existat, et dictus Orator illam in uxorem ducere, dictosque eius filios alere e^ gubernare intendat, et matrimonium civile iam contraxerit cum dicta Oratrice, cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, stantibus impedimentis huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. V. Oratores praedicti, quatenus cum eisdem Oratoribus, quod impedimentis Tertii Affinitatis gradus ac Crimi-

nis ex praemissis provenientis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, caeterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, libere et licite valeant, dispensare, distantiam vero Secundi gradus praefati eis non obstare declarare, prolem susceptam post dictae Oratricis viri praefati obitum, si qua sit, legitimam decernendo, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, declaratione, decreto, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris S. S.... expediendis. Et committatur ***Ordinario Einen.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis diligenter se informet; et, si vera sint exposita, si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, Oratores praefatos, imposita eis propter hunc incestum et adulterium et propter matrimonium civile huiusmodi poenitentia salutari, et, remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem tempore sibi beneviso, si fieri poterit, ut supra dispenset, prolemque legitimam decernat.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Sexta — Formula Trigesima Octava

Raptus - Consanguinitatis - In primo et secundo gradu - Ob iura et bona in familia conservanda - Pro heterodoxorum loco - Per Breve.

MÛKILOVJEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Stanislai Charcof*** viri et ***Vladimirae Russendorf*** mulieris ***Mokilovien. dioecesis,*** quod, ipsis alias scientibus se Primo et Secundo, et ex eo provenientibus, quia dicta Oratrix praefati Oratoris ex fratre consanguineo neptis existit, Consanguinitatis gradibus invicem esse coniunctos, dictus Orator eamdem Oratricem de domo eius parentum rapuit, illamque tamen carnaliter minime cognovit. Verum dicta Oratrix a praefato Oratore deinde separata, ac in loco tuto et libero constituta est, et eumdem Oratorem in virum habere consensit et

consentit ad praesens. Cum enim tam dictus Orator quam dicta Oratrix iura praetendant in Principatum... certe legitime possessum ab Oratricis patre, ne huiusmodi Principatus.... eiusque bona ad alienam transeant familiam, cupiunt propterea Oratores praedicti, qui de vere nobili genere procreati existunt, et qui catholicae fidei cultores vere existunt, et sub obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivunt, vivereque et mori intendunt, invicem matrimonialiter copulari. Sed, stante impedimento huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. Y. Oratores praefati, quatenus Oratorem raptorem in utroque foro Apostolica Auctoritate absolvere, ac cum eisdem Oratoribus, quod impedimento Primi et Secundi ex praemissis provenientium Consanguinitatis graduum huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare, dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris, per Breve S. S. expediendis. Et committatur ***Ordinario Mokilovien.,*** qui vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, de praemissis se diligenter informet ; et, si vera sint exposita, et si Oratores praefati catholicae fidei cultores vere existant, et sub obedientia -Sanctae Romanae Ecclesiae vivant vivereque et mori intendant, et si dicta Oratrix, a praefato Oratore separata, ac in loco tuto et libero constituta eundem Oratorem in virum habere consentiat ad praesens, ut praefertur, imposita praedicto Oratori propter raptum hunc poenitentia salutari, eum a praefato delicto absolvat, et cum eisdem Oratoribus dispenset, ut supra.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

C. P.-D.

Series Sexta — Formula Trigesima Nona

Raptus - Cognationis spiritualis - Et Consanguinitatis - In quarto gradu — Pro indotata - Ob matrimonium mixtum - Per Bullam.

MATRITEN.

Beatissime Pater — Exponitur humiliter S. V. pro parte devotorum illius Oratorum ***Emmanuelis Dieguez*** viri et ***Emmanuelae Garcia-*** mulieris ***Urgellen, dioecesis, et in dioecesi Matriten, aliquot abhinc annis commorantium,*** quod, ipsis alias scientibus impedimentum Cognationis Spiritualis, et ex eo provenientis quia alias dicta Oratrix duos praefati Oratoris liberos ex alia muliere susceptos a Sacro Fonte levaverat, inter eos existere, ac Quarto in linea aequali Consanguinitatis gradu invicem esse coniunctos, dictus Orator eamdem Oratricem de domo eius parentum rapuit, illamque tamen carnaliter minime cognovit. Cum autem P. S. dicta Oratrix a praefato Oratore separata, ac in loco tuto et libero constituta, eumdem Oratorem in virum habere consenserit et consentiat ad praesens, et nisi matrimonium inter ipsos contrahatur, dicta Oratrix, quae indotata existit, a parentibus suis cogeretur viro nubere protestanti et coram ministro protestante, cupiunt propterea Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, stantibus impedimentis huiusmodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter S. Y. Oratores praefati quatenus Oratorem a raptus realu et excessu huiusmodi in utroque loro Apostolica Auctoritate absolvens,, cum eisdem Oratoribus, quod Cognationis Spiritualis ex praemissis provenientis, ac Quarti Consanguinitatis gradus impedimentis huiusmodi, ac aliis, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali, cum clausulis opportunis.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Cum absolutione a censuris ad effectum praesentis gratiae consequendae. Et, de absolutione, dispensatione, aliisque praemissis, ut supra, latius extendendis, quod necessariorum maior ac verior specificatio et expressio fieri possit in Litteris...... Et committatur ***Ordinario* Matriten.,*** qui, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, aut oblatum recipere praesumpserit, Oratorem praefatum a raptus reatu et excessu huiusmodi, imposita ei propter praemissa poenitentia salu-

tari, in utroque foro Apostolica Auctoritate hac vice tantum sive per se sive per alium, absolvat; et, si illi expediens videbitur quod dispensatio huiusmodi sit praefatis Oratoribus concedenda, neque scandalum sit ex ea oriturum, et si dicta Oratrix a praefato Oratore separata, ac in loco tuto et libero constituta eumdem Oratorem in virum habere consentiat ad praesens, ut praefertur, et constito sibi prius legitime de statu libero dictorum Oratorum, cum eisdem Oratoribus ut supra dispenset.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die mense anno

G. P.-D.

Formula Quadragesima

PRO PAUPERIBUS HISPANIAE ET LUSITANIAE

Beatissime Pater — Exponitur humiliter Sanctitati Vestrae pro parte devotorum illius Oratorum ....

Cum autem Pater Sancte..............................

cupiunt Oratores praefati invicem matrimonialiter copulari. Sed, stant impediment huiusmodi, desiderium eorum hac in jparte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicae dispensatione. Supplicant igitur humiliter Sanctitatem Vestram Oratores praedicti quatenus, cum eisdem Oratoribus, quod impediment..............................

aliisque, bona fide, forsan reticitis, ceterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, matrimonium interse publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere libere et licite valeant, dispensare dignemini de gratia speciali.

CONCESSUM UT PETITUR VIGORE FACULTATUM :

Et quod Oratores praefati a quibusvis Ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quibus quomodolibet innodati sint, ad effectum huius dispensationis dumtaxat consequendae, praesentis Supplicationis tenore, absolvantur, et absoluti fore censeantur. Et committatur Oratorum Ordinario quatenus de praemissis se diligenter informet, et si vera

sint exposita, el si dicta Oratrix propter hoc rapta non fuerit, vetito omnino ne quid muneris aut praemii exigere, vel oblatum recipere praesumpserit, Oratores praedictos, qui pauperes et miserabiles existunt, ac ex suis labore et industria tantum vivunt,...

Auctoritate \Apostolica, praefata ex gratia speciali, dispenset ut supra

Et cum Decreto quod sola praesentis Supplicationis Signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in iudicio et extra illud, Regula quacumque contraria non obstante.

Datum Romae in Apostolica Dataria, die Vicesima quarta, mense Maio, anno millesimo nongentesimo primo.

G. P.-D.

ANNOTATIONES.

EX ANTIQUO ET REGENTE STYLO APOSTOLICAE DATARIAE

Exponitur S. V. Narrativa in Formulis praecedit. Non prohibetur alia exponere quoad causas et quoad Oratorum qualitates, quia Dispensationem faciliorem reddere possunt, et quae ad Oratorum etiam honorem latius deinde exprimantur in Litteris Apostolicis.

Pro parte devotorum illius Oratorum. Nomina et cognomina Oratorum ad validitatem Dispensationis sunt exprimenda.

Beneventan. Dioecesis. Oratorum Dioecesis est exprimenda. Quod si Oratores ad duas pertineant Dioeceses, utraque est exprimenda,

Sponsalia per verba de futuro contraxit. Ab eo omnino et in nullo penitus attentata. In Publica honestate, provenientia est explicanda, et quod copula non interfuerit, eaque illicita explicanda. Si sit ex sponsalibus, eorum dissolutio omnino declaranda ; si sit ex matrimonio, declarandi quidem gradus, sed non oportet proximioris gradus distantiam declarare.

De Sacro Fonte levavit; In Sacramento Confirmationis tenuit; Oratricem; Oratricis prolem. In Cognatione spirituali, provenientia, et

eius pluralitas seu multiplicitas exprimenda est. ***Prolem*** plures comprehendit etiam filios.

Consanguinitatis.... Affinitatis,.... gradu se attinent. In secundo, et infra, Consanguinitatis sive Affinitatis gradu, sufficit exprimere, quod Oratores sint in linea aequali aut inaequali, et non alias. In primo aut in primo et secundo, aut in primo et tertio, impedimenti provenientia est exprimenda. Exprimenda pariter est multiplex Consanguinitas, sive Affinitas, et multiplicitas graduum ***ex uno communi stipite,*** vel ***pluribus stipitibus.***

Distantiam vero Secundi gradus praefati eis non obstare declarare. Haec verba continent ***Litteras Declaratorias,*** quae simul cum ***Dispensatione*** una eademque Concessione impetrantur, super gradu proximiore Remotior enim et proximior gradus in consanguinitate et affinitate exprimendi sunt; et si sit multiplex consanguinitas vel affinitas,, proximior gradus in omnibus ***respective*** est exprimendus. Omissio in supplicatione gradus proximioris, primi, reddit Dispensationem nullam. Omissio aliorum graduum suppletur obtinendo postea ***Litteras Declaratorias*** super proximiori gradu. Et tunc expediri debet nova gratia in forma ***Perinde valere,*** qua revalidantur priores ***Litterae Dispensationis,*** perinde ac si in illis fuisset facta mentio dicti propinquioris gradus.

Cum dicta mulier in loco, ex quo ipsa et Orator praefatus orti sunt. Specialis loci expressio ***originis*** Oratorum est facienda , quando Dispensatio propter angustiam loci petitur. Et si alio Domicilium transtulerint, mentio tunc loci ***domicilii*** facienda est, si item Dispensatio propter angustiam petitur loci.

Dicta Oratrix graviter diffamata et innupta remaneret. Gravior causa est, si non utcumque, sed vere ***graviter*** Oratrix diffamata remaneret, ita ut nemo alius sic diffamatam in uxorem duceret, et non desit consequenter gravioris etiam mali periculum. Unde antea addebatur : ***quod ipsis Oratoribus vitae periculum immineret,*** quod tamen est deinde ablatum; et si adsit, cum revera extraordinarium sit, est explicite explicandum ad faciliorem reddendam Dispensationem.

Graviaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri. Ut praecedens Oratricis diffamatio ad iustitiam, ob Oratricis damnum ; ita haec scandala removenda ad caritatem pertinent: et sic ipsa etiam gravem exhibent causam Dispensationis. ***Possent verisimiliter exoriri;*** non ergo requiritur, ut iam sint exorta, neque quod certa atque evidenter sint futura; sed quod probabilis et prudens eorum timor habeatur. ***Scandala;*** utpote inimicitiae, iurgia; fornicationis periculum, etc.

Iuris autem ignari, nempe ambo Oratores. Si vero unus tantum

sciat impedimentum ; nihilominus ob praesumptam scientiam etiam alterius Supplicatio pro utroque ***sciente*** porrigenda est.

Quod ipsi alias scientes. Exprimenda cognitio impedimenti prius habita ab Oratoribus ac ita mala fide et invalide matrimonium contrahentibus. Exprimenda praeterea esset fraus, si nempe ***data opera*** id fecerint, ad dispensationem deinde obtinendam, contracto matrimonio, tanquam causa, adducto.

Humana fragilitate devicti, nempe ex rea passione ; sed non data opera, ex spe facilius dispensationem obtinendi.

Se carnaliter cognoverunt. Copula et incestus explicandi quidem sunt, quando uti ***causa motiva*** afferuntur Dispensationis obtinendae. Ut ***causa motiva ;*** secus enim nulla est amplius obligatio copulam et incestum explicandi in consanguinitate, in affinitate, in cognatione spirituali et legali, in publica honestate.

Matrimonium inter se contraxerunt. Matrimonio, cum impedimento contracto, ac ut causa dispensationis adducto, explicandum est, utrum ***scienter,*** an ***ignoranter*** contractum; utrum ignorantia facti an iuris; utrum ***clandestine,*** an ***servata forma Concilii Tridentini;*** utrum factis, an omissis de Ordinarii licentia proclamationibus; an fraudulenter omissis proclamationibus; utrum carnalis copula adfuerit; utrum, carnali copula consummato iam matrimonio, et detecto deinde impedimento ab ea abstinuerint, an vero in ea perstiterint ; utrum haec omnia facta fuerint data opera, sub spe facilius dispensationem obtinendi.

Ac aliis, bona fide, forsan reticitis; aliis similibus scilicet ***impedimentis.*** Quare hac clausula nullo modo comprehenduntur impedimenta, a quibus S. Sedes nunquam hactenus dispensavit ; neque comprehenduntur impedimenta, a quibus S. Sedes non nisi rarissime dispensat ; neque comprehenduntur impedimenta, a quibus Dataria Apostolica regulariter non dispensat ; neque comprehenduntur impedimenta quae ***speciali*** indigent mentione. Reliqua item impedimenta non comprehenduntur, si ***difficilioris*** per se essent Dispensationis, quam impedimentum in Supplicatione expositum et dispensatum.

Matrimonium inter se publice, servata forma Concilii Tridentini, scilicet quoad parochi et testium praesentiam, nec non quoad proclamationes, ***contrahere libere et licite valeant; libere*** omni coactione et metu remoto; ***licite,*** per obstantis impedimenti dispensationem ab Apostolica Sede concessam.

Matrimonium inter se de novo, renovato consensu, contrahere. Renovatio consensus omnino necessaria est, an vero etiam coram parocho

et testibus, an etiam publice matrimonium iterum contrahendum, ***servata forma Concilii Tridentini,*** quando iam semel, factis proclamationibus coram parocho et testibus publice, eadem servata forma, matrimonium Oratores contraxerint, pro variis Casuum circumstantiis Ordinarii arbitrio definiendum relinquitur.

Prolem susceptam legitimam decernendo. Unde, si forte mandatum quoad dispensationem super impedimento dirimente non possit amplius sortiri suum effectum propter supervenientem mortem alterius Oratorum, valebit nihilominus potestas legitimandi prolem. Quare ***Dispensatio*** et ***legitimatio*** exprimendae sunt in Decreto Ordinarii. ***Dispenset, prolem legitimam decernat:*** licet haec duo sint connexa et dependentia ad invicem ; sunt tamen aeque principaliter narrata et aeque principaliter concessa. Si ergo in Decreto ***Dispensationis*** omissa fuerit prolis legitimatio, poterit alio Decreto fieri huiusmodi legitimatio. ***Prolem, legitimam decernat,*** simpliciter, adeoque quoad omnes legitimationis effectus.

Prolem susceptam, si qua sit, et quatenus opus sit, legitimam decernendo, stante matrimonio quidem invalido, sed ignoranter, publice, legitima forma contracto, legitimatio non esset necessaria ; adeoque est tantum ad cautelam, ***quatenus opus sit,*** ad .submovendam murmurationem ignorantium iura.

Causae Dispensationum concedendarum olim nonnisi omnino graviores admittebantur, neque indiscriminatim pro omnibus, pro primo et secundo ac pro secundo gradu consanguinitatis ei affinitatis; itemque omnino graviores erant constitutae poenitentiae pro incestu aliisque delictis. Deinde vero ob temporum immutatas conditiones sat temperatum est de antiquo rigore propter commune animarum bonum. Nihilominus graviores adhuc desiderantur causae pro gradibus proximioribus quam pro aliis remotioribus. Haec autem graviorum et minus gravium causarum distinctio non impedit, quominus, uti antea, ita etiam hodie, Summus Pontifex possit in Casu particulari , attentis omnibus Sanctitati Suae sive scripto sive oretenus tantum expositis, quamcumque causam rationalem et sibi probatam admittere.

Dispensatio sine causa expressa in Supplicatione, ***ex certis*** **specialibus** ***rationabilibus causis,*** non nisi raro conceditur, et tantum pro Principibus et Magnatibus aliisque Personis qualificatis, vel pro Personis insignis nobilitatis ad instantiam alicuius Cardinalis, Episcopi, Regis, Principis Civilis. Et tunc verificanda non est causa in Supplicatione non expressa, sed alia tantum in ea narrata verificanda sunt, nempe impedimentum in Supplicatione allegatum et allegata Personarum qualitas, quae per modum conditionis tunc in Supplicatione apponitur.

Per Breve; Per Bullam; Per Litteras Officii minoris gratiae. Dispensationes dantur per ***Breve,*** in primo gradu, in primo et secundo, ?in primo et tertio, in primo et quarto, in secundo, honestatis publicae ex matrimonio, affinitatis, consanguinitatis; itemque in cognatione spirituali inter levantem et levatum. — Dantur per ***Bullam*** et per officium maioris gratiae Dispensationes, in secundo et tertio gradu, in tertio, honestatis publicae ex matrimonio, affinitatis, consanguinitatis ; et in cognatione spirituali inter levantem levatique parentes. — Dantur per ***Bullam*** et per officium minoris gratiae Dispensationes, in primo gradu honestatis publicae ex sponsalibus, in tertio et quarto, in quarto, honestatis publicae ex matrimonio; in tertio et quarto, in quarto, affinitatis, consanguinitatis; in impedimento criminis, neutro machinante. — Occurrente simul impedimento per ***Breve*** dispensando et impedimento dispensando per ***Bullam,*** Dispensatio datur per Breve.— Signatur primum Supplicatio Concessione gratiae, et super ea deinde coniiciuntur Litterae Apostolicae.

Et committatur Ordinario, qui dispenset, ut supra ; adeoque ***Auctoritate Apostolica*** Dispensatio est exequenda. ***Dispenset,*** mandatum continet. Propterea mandatum de dispensando a Sede Apostolica obtinentes nullo modo censeri possunt dispensati, nisi per iudicem delegatum interposito Decreto. Dispensatio regulariter nonnisi in hac forma commissaria conceditur. In forma gratiosa aut nunquam aut nonnisi rarissime concedi consuevit.

De praemissis se diligenter informet per se vel per delegatum, summaria et extraiudiciali informatione. ***Diligenter,*** eius arbitrio. ***De praemissis,*** adeoque informationem extendere debet ad impedimentum, ad causas, ad circumstantias in Supplicatione affirmatas, e. g., ad probabilem ignorantiam, etc.

Si ***vera sint exposita*** refertur, quoad validitatem, ad personas dispensandas, ad impedimentum dispensandum, ad causam motivam dispensationis, ad varias clausulas, ad alia quae matrimonio possent forsan obstare.

Qui pauperes existunt, idest ambo. ***Qui pauperes,*** quorum nempe possessio, nunc temporis, non superat 1500 libellas; ***quasi-pauperes,*** quorum possessio non superat 2000 libellas. Ex speciali gratia, Ordinariis Siciliae concessa, pauperes pro Sicilia censentur, qui annuum redditum possident non maiorem 306 libellarum, quae capitali respondent •6120 libellarum. ***Miserabiles,*** qui, aequo executoris arbitrio, commiserationem merentur. Quare utrumque ab executore est verificandum ***paupertas*** et ***miserabililas. Ex labore et industria vivunt,*** scilicet ex la-

bore et industria manuum. ***Tantum vivunt;*** excluditur alius vivendi' modus. — Pauperes Hispaniae et Lusitaniae ab Apostolica Dataria, etiam ***in forma pauperum,*** dispensantur ; aliorum locorum pauperes, provisoria Dispositione, ab Apostolica Dataria, in forma tantum communi, dispensantur, si Dispensationem petunt nulla facta attestatione paupertatis ab Ordinario, et oblationem sponte faciant, quae taxas superet quas exigere consuevit S. Poenitentiaria.

Remoto, quatenus adsit, scandalo, praesertim per separationem, si fieri poterit. Quare invalida non erit dispensatio, si vel ante dictam separationem, vel, ea durante, Oratores de novo se carnaliter cognoverint.

Si praedicta mulier propter hoc rapta non fuerit. Propter hoc, nempe ad effectum matrimonii. ***Rapta non fuerit,*** licet iam raptum Orator purgaverit.

Et si ignorantia huiusmodi probabilis fuerit ; nempe invincibilis.

Dispenset, in foro externo, et consequenter etiam in interno.

Clausulae explicite appositae in Formulis alias implicite subauditas ex stylo Datariae Apostolicae non excludunt, quae nempe ex ipso iure subintelligiuntur, e. g., quod non fuerint antea iam contractum matrimonium, vel contractum matrimonium spretis proclamationibus, etc

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

RUBEN.

PII LEGATI

Die 27 Apriiù 190i.

Sess. 25 cap. 6 De Reform.

C**OMPENDITM FACTI**. Michael Di Puppo, ultimo quo decessit suae voluntatis elogio, haeredem instituit in omnibus-, suis bonis Capitulum Cathedrale civitatis Ruben, idemque vocavit cuiusdam pii legati executorem. — Legati tenor hic est :

« Appena che i detti miei beni mobili ed immobili passeranno nel dominio e godimento di rendite del lodato Re-

verendissimo Collegio Canonicale, questo avrà l'obbligo di scegliere due giovani dal suo seno, che indossano l'abito clericale, a preferenza però voglio, che sia eletto il detto don Michele Santoro, e dovranno essere mantenuti per causa di studi in un Seminario dal detto Collegio Canonicale, somministrando loro il necessario, e quindi appena che i detti due giovani saranno Sacerdoti dovrà il mio Erede proprietario mandarli in Napoli a studiare a sue spese per lo corso di anni tre, dando loro ducati sei per ciascuno al mese, ed nidi i detti giovani dovranno laurearsi a proprie spese, e dopo che si saranno rimpatriati i primi, anderanno i secondi al Seminario ed in Napoli, e così successivamente durante il mondo ». . . . .

« Il dippiti della rendita annuale il detto Reverendissimo Collegio Canonicale dovrà in ogni anno durante il mondo celebrare tante messe piane alla ragione di grana cinquanta l'una, metà in suffragio della mia anima, e metà in suffragio dell'anima della detta mia moglie, Maria Adesi.

« In ogni anno avrà l'obbligo il prelodato mio erede proprietario di dare di tutto esatto conto all'Illustrissimo Monsignor Vescovo di questa diocesi ».

Legantis voluntas statim nacta est suam executionem; quamobrem duo clerici, e gremio capituli electi, fruebantur isto subsidio ad studia sacra explenda; at mutatio quaedam induci coepit quando, ad instantiam Episcopi, capitulares ^cunctis suffragiis constituerunt die 25 Oct. 1891, subsidium mille libellarum hactenus distributum in duos alumnos, posthac quinque iuvenibus elargiendum esse. — Referunt hodie nonnulli Capitulares hanc mutationem deliberare non dubitasse capitulum, quia Episcopus spopondit, se, in proxima visitatione ad S. Limina, verba facturum esse cum Beatissimo Patre pro rei confirmatione ; quod rite factum fuisse ab Episcopo ipsi arbitrantur, quamvis nullum extet scriptum documentum.

Res ita se habuerunt usque dum hodiernus Episcopus se -contulit in civitatem Ruben, ubi, ipse narrat, plures-, in-

ter alias, se excepisse querelas de non recta executione Legati Di Puppo ; quocirca ille statuit rem instaurandam esse in primis, ad mentem testatoris, nonnullis tamen inductio mutationibus in ratione exequendi pii legati, prouti, expostulat temporum mutata conditio.

Vi novarum regularum mense Octobris 1899 indictus est concursus et duo electi sunt qui subsidio fruerentur, et subrogati sunt aliis quinque, qui hactenus ad normam deliberationis die 25 Octobris 1891 subsidium obtinuerant. - At executioni novarum regularum et inde habiti concursus obstiterunt nonnulli Capitulares, qui hodie formiter apud S. C. C. ceteris capitularibus, numero maioribus, contradicunt et per adlectum procuratorem proposuerunt rogandi formulas in calce relatas.

Episcopus percontatus de sua sententia multa retulit, quaestionis statum respicientia.

Disceptatio Synoptica.

Advocatus a Capitularibus contradictoribus constitutus, duo statuit iuris principia, antequam de singulis dubiis disputationem instituat. Primo, nempe, defunctorum voluntati, non posse, sine venia Pontificis ulla in parte, derogari. Quae venia non conceditur, nisi urgente necessitate et salvo iure tertii. Secundo, Capituli iura in perpetuum solo consensu Capituli seu maioris partis capitularium mutari non posse. Primum principium est universaliter probatum ab omnibus scriptoribus : et confirmatum in sexcentis responsis, tum S. Rotae Romanae, tum S. C. Congregationis. Quoad potestatem immutandi pias voluntates Episcopo negatam et reservatam Pontifici, citat inter alias auctoritates, textum in *Cap. IX Tua nobis, de test.* — « in omnibus piis voluntatibus est per locorum Episcopos providendum, ut secundum defuncti voluntatem universa procedant ».. Quoad usum vero huius potestatis, a qua abstinet Pontifex, quoties non urgeat necessitas, et ius tertii veniat in discrimen, allegat advocatus Pignatellum : « res ista difficillima

est... commutationes enim voluntatis defunctorum male audiuntur quia sunt contrariae non solum iuri positivo sed etiam aequitati naturali: ideoque horrori et abominationi habentur». *Cons. can. vol. IV, cons. 148, § 15.* Moneta : « in iis quae ad privatam hominum utilitatem emanarunt (id quod ut plurimum accidit) requiritur (ad commut. volunt.) causa omnino obstan s illorum executioni, quae nullo modo possint adimpleri ». *De comm. ult. voi. cap. 6, § 61.* Et denique Concilium Tridentinum : « commutationes ultimarum voluntatum non nisi ex iusta et necessaria causa fieri debent ». *Sess. 25, c. 6, de ref.*

Nec minus universaliter, iuxta advocatum, receptum est alterum principium ; nam renunciatio perpetua iurium Capitularium, idem est ac perpetua alienatio, quae fieri nequit sine iusta causa necessitatis vel evidentis utilitatis et Pontificia approbatione: « in remissione iurium Ecclesiae debent intervenire eaedem solemnitates, quae in alienatione desiderantur : cum idem sit ius certum remittere, quod alienari ». Rota *coram Cerro Cracovien, decimarum 21 Maii 1640, p. 8, dec. 229, n. 5 rec.* « Iurisdictiones quoque ac praeminentiae, aliaque iura honorifica et praeeminentialia: multo vero magis realem utilitatem adnexam habentia sub eadem alienationis prohibitione veniunt ». De Luca *theat. ver. et inst. p. III, lib. VII. de alien, summ., § 20.* Et quamvis perpetua renunciatio valida esset sine sollemnitatibus, aeque est universaliter receptum, iuxta advocatum, minorem Capitularium partem dissidentium sufficere ad eam impediendam et vitandum damnum Ecclesiae : « unus potest contradicere toti universitati si habet rationabilem causam ». Gloss, *ad can. Nicaena 12, dist. 31, verb. sententiam.* « Tametsi gesta a maiore parte Capituli ad utilitatem Ecclesiae valeant non obstante aliorum contradictione : tamen si maior pars irrationabiliter aut in damnum Ecclesiae, quidpiam decrevisset, potest etiam unus contradicere ». Reiffenstuel, *ius. can. univ. De his quae fiunt, § 2, n. 251.* — « Licet aliquando in actibus etiam voluntariis maior

pars Capituli possit praevalere minori in iis, quae sunt communia singulis iure Ecclesiae, non autem singulari: id autem solum procedit, supposita utilitate Ecclesiae... cum adsit notorium gravamen Capituli, sufficit unius dissensus ad praeservanda Capituli iura ». Rota *Beneventan. coram Bourlemont 4 iun. 1670, p. XVI, dec. 244, § 26-28 rec.* Hisce positis principiis, transit advocatus ad dubia enucleanda et contendit, diversis dispositionibus, vel unum vel alterum ex duobus principiis labefactari.

Quoad primum dubium de *forma concursus,* memorat advocatus quod fundator pii legati suo testamento constituit : « Appena tutti i miei beni mobili e immobili passeranno nel dominio e godimento del lodato Collegio Canonicale, questo avrà l'obbligo di scegliere due giovani dal suo seno ». Ergo ius eligendi alumnos certe spectat ad Capitulum. Mox animadvertit, ad normam novarum dispositionum, hoc ius non amplius Capitulo competere. Concludit proinde hic agi de perpetua renunciatione iurium Capitularium: quare quum absque sollemnitatibus, aut certe in damnum Capituli, aliquibus ex canonicis dissentientibus, patrata sU, opinatur eiusmodi renunciationem non sustineri. Eoque magis quia maior pars quae iuris alienatione consensit non legitime consensisse videtur. Nam coetus, in quo novae dispositiones sunt approbatae, non erat coetus capitularis sed coetus totius cleri Paibensis. Defuit convocatio Capituli ad formam a constitutionibus et consuetudine praefinitam : nec scriptis edita et multo minus a Capitularibus subscripta deliberatio est. Quod efficit ut consensus maioris partis non legitime praestitus, pro non praestito habealur: « ut Capitulum censeatur aliquid fecisse, oportet quod Capitulares fuerint congregati capitularifer et cum ipsis tractatus praehabitis ». ReifFensfuel *Op. et loc. cit. n. 13.*

Quod si obiiciatur oportuisse ut ius eligendi Capitulo adimeretur, quia Capitulum partium studio, non inspectis eligendorum qualitatibus, eligere solebat : respondet advocatus, hoc inconveniens sollemnitatum defectum in aliena-

tione requisitarum non supplere. Sed hoc misso contendit, inconvenientia, non demonstrari nec ea esse, etsi demonstrarentur, ut novam formam concursus in dispositionibus inductam, legitimam faciant. Porro, asserit advocatus, huiusmodi inconvenientia non extitisse, facili argumentations firmari. Nam tot annis, nec semel, plus quam duo candidati, quoties loca vocarunt, adfuerunt. Itaque Capitulum iam fere semper omnes elegit, qui eligi postulabant : et vix quatuor, **ex** duodecim alumnis ad nostra tempora, a Capitulo electis, aliquo consanguineitatis vinculo alicui ex canonicis iungebatur. Quod si etiam, notat advocatus, inconvenientia extabant, quibus mederi oportebat, id sane suadere poterat ut induceretur forma concursus. Sed nulla erat ratio cur Capitulo ius eligendi non relinqueretur.

Denique advertit orator, Episcopum non modo concursum decrevisse, sed quamdam taxam (25 lib.) singulis concurrentibus imposuisse. Quod quidem menti testatoris et verbis testamenti aperto repugnat. Nam testator eo certe spectavit ut pauperioribus subveniret.

Quoad alterum dubium, contendit advocatus, solis clericis competere ius passivae electionis, quia in testamento hoc ius adiudicatur: *a* ai giovani scelti dal Capitolo dal suo seno, che indossano l'abito Ecclesiastico ». Quum vero ius electionis passivae etiam laicis « di bella vocazione al sacerdozio » datum sit : defuncti voluntas cum laesione iuris tertii, nempe omnium Rubensium Clericorum, pessumdata est.

At opponunt testatorem eis verbis « giovani dal seno del Capitolo » indicasse clerum receptitium Ecclesiae Cathedrali addictum, qui, quum hodie cessaverit, liberum est etiam laicos designare. Sed reponit advocatus, hoc ad summum probare testatorem non solum clericos in genere ad passivam electionem vocasse : sed etiam in specie clericos Cathedrali adscriptos. Ex quo sequitur voluntatem testatoris qui Clericalem qualitatem omnino voluit, in genere saltem servandam esse, si in specie amplius servari non potest. Ceterum addit, cleri receptitii locum hodie quodammodo

occupasse Seminarii alumnos, qui Ecclesiae Cathedrali inserviunt. Quod denique viginti annorum observantia, ex quo cessavit clerum receptitium, iuxta advocatum perspicue confirmat. Nam Capitulum, licet cessasset clerus receptitius, alios clericos, numquam laicos, nominavit. Nec umquam laici nominari postularunt, iis etiam vicibus, quibus unus Clericus tantummodo nominationem imploraverat « *observantia est magni facienda pro interpretanda voluntate testatoris* ». Rota *Ariminen. Secundo geniturae coram Bichio 18 Maii 1654, p. XI, dec. 337, § 44 rec.*

Nec subiiciendum - prosequitur advocatus - ideo laicos fuisse admissos, quia hodie clerus numero diminutus est. Nam id ad summum suaderet, ut laici, deficientibus clericis, in *subsidium,* admittantur : non autem in *concursu* cum clericis.

Gradum faciens advocatus ad tertium dubium, animadvertit, testatorem nullam aetatem pro iure electionis passivae praefiniisse : et merito, quia aetas indicium certum non suppeditat.

Et saepe, praefinita aetate, fieri potest, ut qui eligi mereatur, eligi nequeat : is contra eligi contingat qui eligi non meretur : - testator aetatem non praefiniit : novae dispositiones pràefinierunt. En ergo, clamat advocatus, voluntatis testatoris alia violatio, nec non iuris eorum, qui, ad normam tabularum, eligi possent, et vi novarum dispositionum non amplius eiigi queunt. Quod evenit in nuperrimo concursu, ad tramitem novarum dispositionum indicto, cui, plerique Rubensium clericorum ratione praefinitae aetatis, se adscribere non potuerunt.

Verum obiicitur, hanc aetatis praefinitionem, esse legem constitutam omnibus clericis, qui in Dioecesanum Seminarium recipiendi sint : respondit advocatus - 1. huiusmodi constitutionem Seminarii non esse praeceptivam, sed hortari ut alumni, infra certam aetatem admittantur ; - 2. has constitutiones ab hodierno Episcopo inductas esse, et hinc pio legato nocere non posse, quod iamdiu existebat, - 3. hisce

constitutionibus, etiam quoad aetatem iam aliquando derogatum fuisse; - 4. et denique nominationem cadere posse in ipsos alumnos iam admissos in Seminario : quibus proinde constitutiones impedimento non sunt. Sed praeterea - urget advocatus - testatorem non iussisse ut alumni in Seminarium dioecesanum recipiantur: « *in un Seminario* », et revera non raro, qui ante acto tempore nominationem reportarunt, non raro in extera Seminaria recepti sunt. Quamobrem si electus in Seminarium dioecesanum propter aetatem recipi nequeat, satis est ut in exterum recipiatur.

Notat denique, quoad tertium dubium, advocatus, quamvis fas esset aliquam aetatem pro iure electionis passivae praefinire, novas dispositiones eam praefiniisse, quae, sine gravi incommodo, probari nequit. Nam puer qui decem annos vix attigit, certa signa ecclesiasticae vocationis dare vix potest. Et fieri potest ut postea habitum dimittat, ubi primum, completa institutione, pio legato fruitus est.

Veniens advocatus ad quartum et quintum dubium memorat, in tabulis districte praescribi, ut alumni ad complenda studia, in universitatem mittantur. Nec satis : determinat stipendium menstruum, alumnis, dum universitatem studiorum frequentant, solvendum - *nempe sex ducatorum* - et indicat in quam studiorum Universitatem : - scilicet Neapolitanam alumni mittendi sunt. Haec omnia novae dispositiones subvertunt: nam liberum reddunt, quod est in tabulis adamussim determinatum « se il Vescovo credesse conveniente curare il compimento dell'educazione »; variabile stipendium inducunt, quod certum et constans testator voluit « riunisce il capitolo per determinare la somma occorrente » ; et reddit incertum et varium locum, ubi studia sunt complenda, dum contra ipse testator designavit ; « università dallo stesso Vescovo proposta, nazionale od estera ».

Quae omnia, ait patronus, vergunt in tertii praeiudicium. Nam alumnus iure, quo pollet, ut in universitatem mittatur, arbitrio Episcopi privari potest. Stipendium, in

eius damnum, potest imminui: vel sumptus augeri, si forte in exteram Universitatem mittatur. Sed opponitur: fieri potest aliquando, ut valetudo impediat, quominus alumnus universitatem adeat. Aliquando vero alumnos inveniri, qui ad studia altiora complenda idonei non sunt. Sed haec - iuxta advocatum - ad tabularum violationem defendendam frustra allegantur. Nam in condendis legibus et ultimis voluntatibus ordinandis attenduntur quae ordinario contingunt, non ea quae raro et per accidens usuveniunt.

De sexto dubio disserens, contendit advocatus concursum ad normam harum non legitimarum dispositionum peractum, necessario non sustineri. Id vero, tum quia eligendi ius spectabat ad capitulum, quod eo iure privari non potuit : tum quia laici per intrusionem ad concursum admissi sunt, et plures clerici propter aetatem a concursu sunt per iniuriam exclusi. Sed ulterius procedens advocatus putat concursum nullum habendum esse, quamvis novae dispositiones sustineantur; et nullum sive quia loca non vacabant, sive quia nec ipsae novae dispositiones in concursu servatae sunt. Sane loca non vacabant; nam, ut concursus indicentur, quinque alumni, qui loca occupabant, expulsi sunt. At hi quinque legitime loca occupabant, quia legitime a capitulo electi fuerant, et quamvis diceretur Capitulum haud quinque sed duos alumnos eligere debuisse, sequeretur duos saltem ex quinque alumnis iure loca occupasse, quibus iniuria expulsi sunt. Tum quia nec novae dispositiones in concursu sunt servatae: nam hae praecipiunt ut nemo admittatur ad concursum, nisi suffragium duarum ex tribus partium canonicorum, indicto ad eum effectum capitulari coetu, reportaverit, « che i giovanetti di liuvo di bella vocazione al sacerdozio per godere del benefìcio avessero le seguenti prerogative... atto di compiacimento rilasciato dall' Arcidiacono e firmato almeno da due terzi dei Rmi Canonici, ai quali sarà rivolta dal giovinetto dimanda del beneficio ». At in coetu indicto ante concursum, cuius validitas impugnatur, quatuor canonici ex novem qui ad-

erant petitiones laicorum reiecerunt : et laici nihilominus ad concursum admissi sunt. Praeterea nec coetus, de quo agitur, legitime, iuxta advocatum, convocatus fuit, nec legitime in eo deliberatum. Quippe convocatus est ut quisque canonicus exponeret quid sentiret de dispositionibus « ogni canonico e dignità darà il suo voto ragionato sul legato Di Puppo ». Contra vero non de hoc actum, sed de petitionibus eorum qui ad concursum admitti volebant : imperante Episcopo, ut nisi de hoc deliberatum esset, omnes petitiones, etiam invito Capitulo, pro admissis habendae forent. Quin immo, ante petitionum admissionem, nulla instituta est discussio, quae ad suffragium ex certa scientia ferendum requirebatur; et plures petitiones, post coetum conclusum, a canonicis dispositionum fautoribus, ex propria eorum auctoritate, admissae sunt.

Ex adverso nonnulla advertam quae facere videntur in favorem praescriptionum episcopalium. Equidem res hodie in eum casum incidit ut quaestio esse non possit de fideli executione legati sed de legitima interpretatione voluntatis testatoris, cuius legatum, cum hodie nequeat ad executionem demandari prouti verba sonant, attendenda est eius intentio et alius substituendus est modus qui, quanto magis fieri potest, cohaereat voluntati legantis. Haec est enim rerum humanarum conditio ut facile personarum et temporum mutentur adiuncta; qui rerum eventus necessario effugiunt testantis voluntatem ; quapropter necesse fuit constituere piarum voluntatum executores aliquantisper arbitros in aestimatione modi quo observari debeant et possint testatorum iussa. In propositum Reinffenstuel *h. t. n. 804 sq.* ita disserit de hac potestate qua pollet Episcopus in exequendis piis legatis. Postquam enim enuncia veri t regulam: « *Regulariter* loquendo nullus, praeter S. Pontificem, executor nec Episcopus quidem relicta ad certas causas pias, in alios usus, vel causas, etsi evidenter meliores essent, commutare potest, si voluntas determinata defuncti commode ac iuste adimpleri potest » prosequitur; « Dicitur *regulariter** quia Ii-

mitatur conclusio primo in casu quo causa aliqua vel de novo incidat vel testatorem latuit quam si scivisset et praevidisset aliter disposuisset et nunc quoque si videret, contentus foret si ad alium pium usum converteretur. Lay man *loc. cit. n. 11; Covarruvias in c. 17 de Test., n. 12,* ubi •cum aliis concedit quod si pecunia in usum minus necessarium vel utilem sit legata, possit auctoritate Episcopi in alium Christianae Reipublicae magis necessarium usum cui aliunde sine magna difficultate subveniri non potest, convertere. Pariter si testator certas pecunias legavit pro ornamento Sacristiae quia tunc indigebat; interea autem ornamentis abundanter aliunde providetur ; et contra Ecclesia ruinae proxima •est, poterit Episcopus cum consensu heredis vel executoris deputati dictas pecunias pro reparatione Ecclesiae ruinosae applicare; et id quidem non ex alia potestate proprie dispensandi voluntatem defuncti, sed ob rationabiliter praesumptam voluntatem testatoris secundum epikeiam, uti bene observant Doctores citati ».

Ceterum quando testatoris dispositio nequeat effectum sortiri eo quem ipse praefinivit modo tane verius adiuvari quam abrogari censetur voluntas testatoris si alter adhibeatur modus qui sit aptior ad assequendum pii operis finem et effectum, ut probat Rota *decis. 14-, tit. 22 De legat, et fideic. particul. cor. Card. Falconerio.* - Et ci. Santi, *h. t. n.* 7, docet « circa modum executionis animadverti debet, officium executurum esse ut fideliter observetur dispositio testatoris. Hinc executores neque cum consensu heredum regulariter immutare possunt etiam ultimas pias voluntates... Diximus *regulariter,* nam conveniunt Doctores posse executores cum heredis consensu et Episcopi certum pium usum in alium pium usum immutare, quoties prior obtineri amplius non possit. At semper quo magis fieri possit servanda est voluntas testatoris ».

Iamvero Episcopus Ruben, hisce principiis pressius inhaerere sibi solemne habet, uti patet ex eius ratione agendi, siquidem statim ac percepit violari voluntatem testatoris in

ea parte quae hactenus plenam sortiri potest executionem, nimirum subsidium ad studia duobus alumnis tantum distribuendum esse, pro viribus restitit, satagens ut res ad normam iuris exigeretur. - Praeterea Episcopus sedulo inquirens de ratione qua seligi solebant qui hoc subsidio fruerentur, comperiit, si non litteram legati, certe offendi intentionem pii legantis, quandoquidem, cum nulla indicta esset lex in designandis alumnis, fiebat ut capitulares suo arbitrio rem perficientes, plus quam aequum esset, indulgeant legi sanguinis praeferendo suos consanguineos nempe nepotes : at eiusmodi electionum certe non optimus erat exitus ; infinitae autem inde exortae concertationes inter diversas civitatis familias.

Hae rationes persuaserunt Episcopo, unam tantum viam patere pro auferendis arbitrariis electionibus, videlicet indicere concursum in quo scientiae et morum honestatis, necessariae statui clericali, candidati facerent periculum. Prudentiam huiusmodi propositi magnopere probavit Capitulum quod non dubitavit partem suae facultatis delegare Antecessoribus Seminarii, at sibi quoque reservare partem in hoc scrutinio, prouti determinat caput I. novarum praescriptionum.

Verumtamen non omnes capitulares ratam habuerunt hanc concursus rationem ; siquidem minor pars capitularium aperte contradixit et hi hodie conqueruntur de sibi usurpato iure ab aliis canonicis, quibus integrum non est, quamvis numero maioribus, afferre praeiudicium universitati canonicorum seu iura omnium abdicare. - Ast in urgenda sua intentione contradictores principia iuris obiiciunt quae certe probari non possunt. Sane deliberatio capituli in casu, quamdam secumfert iuris delegationem, sed absonum est a quacumque iuris regula asserere eiusmodi delegationes vel etiam abdicationes fieri non posse a capitulo "iuxta sententiam maioris partis, nisi accedat beneplacitum S. Sedis. Haec enim lex dumtaxat dicta est quoad res Ecclesiae alienandas, at nemini fas est has leges producere de uno casu in alium.

Quod si Doctores loquuntur de necessario Beneplacito Apostolico etiam in aliis iuribus alienandis, intelligendi sunt de iis iuribus quae continentur vel iure communi, veluti de iure praecedentiae vel in patrimonio esse censentur, unde possessores ditiores fieri aestimantur. - Quoad alia iura tenet regula generalis enunciata sub titulo *De his quae fiant a maiore parte capituli,* ubi lex generalis enunciatur *in c. 1* ita concepta: « Cum in cunctis Ecclesiis quod pluribus et sanioribus patribus visum fuerit, incunctanter debeat observari, grave nimis est et reprehensione dignissimum quod pei* quasdam Ecclesias pauci quandoque non tam de ratione quam de propria voluntate ad ordinationem ecclesiasticam procedere non permittant ». Maior pars, nisi contrarium probetur, praesumitur etiam sanior : est praesumptio iuris quae cedit veritati; et hoc pacto Doctores concordi calculo asserunt, unum etiam capitularem posse contradicere ; et eius singularem sententiam praevalituram fore aliorum omnium suffragio, dummodo probet istud esse rationi et iuri contrarium, eius vero sententiam legi et rationi conformem. Hoc iudicium ferre spectat ad Superiorem cui, vi appellationis, delata est controversia definienda et huc spectat doctrina glossae ad *can. Nicaena 12, dist. 31 :* « Unus potest contradicere toti universitati si habet rationabilem causam ». Dumtaxat exceptionis ad instar enunciatur principium *quod omnes tangit, ab omnibus probari, debet;* sed modo de hoc non quaeritur ; quocirca viget generalis disciplina quam ita explicat Reiffenst. h. t. n. 11. « Ad hoc ut Capitulum, collegium, aut alia universitas aliquid agere censeatur actumque valeat plura requiruntur. Et primo quidem requiritur atque regulariter sufficit consensus maioris partis ipsius. Ita communis... Accedit ratio; quia capituli potestas in maiori et saniori parte capituli consistit. Barbosa *cit. tract, de canonicis, cap. 38, n. 3,* allegans alios. Unde quod maior pars capituli facit, a toto capitulo intelligitur factum; nam maior pars capituli repraesentat totum capitulum, prout habetur in 1. *Quod maior ff. Ad munì-*

cipalem illis verbis : *Quod maior pars curiae effecit pro eo habetur ac si omnes egerint ».*

Quibus adnotatis, prono fluit alveo responsio ad singula dubia quae continent quaestiones de conditionibus modo constitutis pro obtinendo controverso subsidio. - In primis clerici *episcopisti* ad quos spectabat voluntas testatoris expressa non amplius addicuntur Ecclesiae Cathedrali. Proinde iure merito ordinata fuit lex concursus; sed haec suum sortita non esset effectum eligendi digniorem si concurrendi facultas non fuisset omnibus concessa ; nam pro puerulis et adolescentibus facile est habitum clericalem assumere et dimittere, et imminente concursu, quum nempe alumni, iam admissi ad subsidium, curriculum studiorum absolvissent, plures, instinctu parentum, habitum clericalem induissent, tantummodo spe adlecti perficiendi cursum studiorum, ope piissimi testatoris.

Quocirca facultas concessa omnibus sive clericis sive laicis concurrendi, viam praecludit fraudibus et maiorem libertatem iudicii relinquit ipsis examinatoribus. Nam si semper, maxime in ea iuvenili aetate, *habitus non facit 'monachum.*

Item limitem aetatis praefinire in canditatis expostulat natura concursus, secus quinam finis aemulationibus, quinam modus adhibendus in aestimandis candidatorum meritis? — Ceterum ipsum Concilium Tridentinum parum diversimode constituit limitem aetatis, quae visa est magis idonea pro excipiendis alumnis in Seminario ; iussit enim *Sess. 23, cap. 18, de ref.* « In hoc vero collegio recipiantur qui ad minimum duodecim annos, et ex legitimo matrimonio nati sint, ac legere et scribere competenter noverint, et quorum indoles et voluntas spem afferat, eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros ». Nihilominus hodie penes nos mos est ut illis qui suis sumptibus aluntur in seminariis, recipiantur et minime dimittantur, etsi propositum non habeant amplectendi statum sacerdotalem.

Ratio autem studiorum a tempore quo testator ordinavit suum legatum adeo immutata est ut universitates quae

tunc temporis, inoffenso pede, frequentari poterant a clericis, hodie caute sint adeundae, eo magis quia disciplinae theologicae exulare coactae sint a suis veteribus domiciliis, quum ipsis non pateat locus ubi omnigenis erroribus facta est amplissima libertas. Quocirca clerici nonnisi caute, prouti tradit nuper edita Instructio S. C. EE. et RR., ab Episcopis dimittendi sunt ad eiusmodi lycea atque delectus habendus est inter has universitates ut eligatur quae magis respondet ingenio alumnorum etsi haec universitas vigeat extra Italiam ; imo haec est magnopere praeferenda, si ista catholico nomine glorietur. - Si Episcopo autem et Capitulo concedatur hic delectus, consequens est, eidem concedere potestatem determinandi quantitatem subsidii, pro diversis locorum conditionibus.

Ex dictis evincitur legitimas esse tum formam tum conditiones concursus ; quocirca ex hoc capite impeti non potest concursus habitus die 31 Oct. 1899. Sed ex alio capite impetitur ab adversariis hic concursus, siquidem inde violatum est ius legitime quaesitum et possessam a quinque alumnis. - Ast ipsa enunciatio querelae, prodit errorem in quo fundatur. Nam quinque alumni dicuntur legitimi possessores subsidii quod testator expresse duobus tantum concesserat. - Deerat proinde etiam externa species legitimitatis, et possessio magis usurpatio dicenda erat. Verum reponen t adversarii, ex illis quinque saltem duo retinere oportebat in possessione iam obten ti subsidii. At *hic opus hic labor.* Equidem, arbitrio Episcopi aut Capituli non poterat unus retineri et alius dimitti ; debebat fieri concursus aut alius adhiberi modus legitimae electionis.

Quomodo vero in facto res processerint, an quinque alumni omnes dimissi sint quia indigni aut quia nullimode sua iura experti sint aut quanam alia de causa,, dicere non licet, quia in actis res non explicatur. Quapropter expectanda est amplior factorum enarratio ab iis quorum interest.

Hisce praemissis, supposita fuerunt diluenda.

Dubia

I. *An et quomodo forma concursus in dispositionibus 10 Iul. 1899 et 8 Feb. 1901 inducta ad eligendos alumnos sustineatur in casu.*

IL *An clericis tantummodo vel etiam laicis ius competat electionis passivae in casu.*

III. *An aetas pro iure eiusdem electionis passivae praefinita admittenda sit in casu.*

IV. *An liberum sit Episcopo et Capitulo electos alumnos mittere vel non ad aliquam studiorum unicersitatem, aut saltem universitatem eligere ad quam mittantur in casu.*

V. *An Epñscopo et Capitulo ius competat determinandi quantitatem menstrui subsidii alumnis ad universitatem studiorum missis assignandam in casu.*

VI. *An concursus die 31 Octobris 1899 habitus sustineatur in casu.*

RESOLUTIO. Sacra C. C. re discussa sub die 27 Aprilis 1901 censuit respondere: *Ad I. Affirmative cum facultate favore Capituli eligendi inter approbatos.*

Ad II. Negatioe ad 1. partem,, affirmative ad 2.

Ad III. Affirmative determinata aetate ab a. 12 incoepto, ad 16 expletum.

Ad IV. Affirmative sub lege ut sacerdotes mittantur vel Neapolim vel Romam ad Universitatem ecclesiasticam.

Ad V. Affirmative, dummodo subsidium annuum non excedat quingentas libellas.

Ad VI. Dilata et scribatur Episcopo, qua de causa quinque clerici, de quibus agitur, subsidio privati sint. Facto de omnibus verbo cum SSmo.

THEANEN.

MISSAE CONVENTUALIS

Doe 17 Iunii 1899, et 27 Aprilis 1901.

Sess. 23 cap. I De Ref.

COMPENDIUM FACTI. Ecclesiae Cathedralis Theanen. Capitulum quod hactenus lege usum est non scripta, videlicet moribus regebatur iampridem receptis, hodie iussu S. C. C, suis constitutionibus conscribendis et stabiliendis rite incumbit. Interea consuetudinibus ad examen revocati s Capituli Decanus, Collegii prima dignitas, ratus est se adhuc onere gravatum fuisse quo revera non obstringitur. Siquidem in hac Ecclesia antiquus est mos, quodam decreto Episcopi De Vecchis, edito a. 1803, confirmatus, quapropter in festis solemnioribus, Decanus, impedito vel absente Episcopo, Missam solemnem celebrare debet. Cui oneri hodiernus quoque Decanus non secus ac eius decessores ita satisfecit ut Missam caneret eamque, veluti conventualem, applicaret pro benefactoribus; quod si per se hoc praestare non potuisset, alteri, eius nomine celebranti, in more habuit eleemosynam in hunc scopum praebere. Exinde ab onere Missae conventualis relevabatur unus ex quatuor canonicis Hebdomadariis quorum est, alternis hebdomadis,-Missam celebrare et applicare conventualem. Hoc autem non iure fieri arbitratus est Decanus ; postquam perlegens Canonistas de hisce quaestionibus pertractantes ob oculos habuit quoddam S. CC. rescriptum datum in Sebenicen. *die 4 Martii 1876* (1)- quo edicebatur canonicos hebdomadarios non eximi ab onere celebrandi et applicandi Missam conventualem quando Missa solemnis canitur vel ab Episcopo, vel ab aliqua Capituli dignitate , vel ab eius substituto ; siquidem in dicta causa propositis dubiis : I. *An Episcopo impedito vel Sede vacante dignior Capituli, qui Praeposito demortuo succedit, iure de-*

(1) Quaestio haec relata fuil Vol. IX, 351.

solutionis in celebratione missae in diebus Episcopi, teneatur ad illam applicandam pro Benefactoribus in genere, in casu: Et quatenus Affirmative, II. *An hic primus substitutus legitime impeditus teneatur subministrare eleemosynam Missae in diebus Episcopi illi Canonico qui ipsi succedit iure devolutionis in casu:* rescriptum fuit: Ad \. *Negative ; et Missam pro Benefactoribus applicandam esse eo die ab hebdomadario:* Ad 2. *Provisum in 1.*

Intentionem Decani, huius decreti vim sibi asserentis, impetunt in themate Hebdomadam qui contendunt Decanum in praescriptis diebus Missam non tantum celebrare sed et applicare quippe conventualem, debere.

Episcopus de suo voto et pro informatione percontatus permulta retulit quoad historiam huius quaestionis.

Disceptatio synoptica

IURA HEBDOMADARIORUM. Quidquid sit de his quae historice •et erudite narrat Antistes de origine et munere Cardinalium Hebdomadariorum ; et eius placitis certe non assentiuntur eruditi omnes ; nostra quod interest, Capitulares, intentioni Decani contradicentes, maxime notant ea verba: « Chori praefecturam in diebus solemnioribus ^Episcopalibus agunt, pro ordine, Dignitates, et Episcopo nolente aut absente, debent Missam canere. Ipsis deficientibus succedit Canonicus Hebdomadarius ». Ex quibus verbis Hebdomadarii inferunt, constitutiones capitulares hoc expostulare, nempe Hebdomadarios hisce diebus solemnioribus missam non celebrare conventualem, nisi deficientibus Dignitatibus, quarum proinde est satisfacere oneri missae conventualis in huiusmodi diebus festis, excepto casu legitimi impedimenti.

Unde inferunt, male argumentan Decanum qui rescriptum editum in causa Sebenicen. referre contendit et applicare hodiernae controversiae. Fatentur enim contradictores, resolutiones SS. Congregationum vim habere in casibus similibus, sed minime easdem urgendas esse ad casus plane dissimiles. Iamvero notant in hisce quaestionibus rem

definiendam esse ex statutis et fundationibus Capitularibus^ Sed, aiunt, in Capitulo Sebenicen. non aderat Massa communis, cui participarent, suam praebendam inde desunientes, omnes et singuli Canonici, prouti fit in Ecclesia Theanen.; sed capitulares Sebenicenses praebendis fruuntur omnino distinctis. Praeterea hi capitulares, et sex recensentur, duo dignitates, et quatuor simplices canonici, per alternas hebdomadas, certo ordine, Missam celebrant conventualem ; dum in Capitulo Theanen, quatuor ex duodecim canonicis constituti sunt, hebdomadarii nuncupati, quippe onere gravantur celebrandi per hebdomadam Missam conventualem, iuxta tabellam Episcopi De Vecchis. Quare, concludunt, toto coelo distare inter se unius et alterius Capituli fundationis tabulas.

Quocirca, instant, nullo fundamento inniti in themate, distinctionem in medium adductam a Decano inter Missae celebrationem, eiusque applicationem ; quia et receptis moribus et ex scriptis documentis obligatio faciendi Sacrum pro Benefactoribus, usque expressa fuit per verba celebrare aut Missam canere. Reapse in libris Missarum Decani iam a 150 annis qui Missam celebrarunt, eamdem se applicasse professi sunt, prouti hactenus perfecit hodiernus Decanus, qui praeterea, uti referunt adversarii, cum inter Hebdomadarios recenseretur, anteaquam Decanalem praebendam obtineret, mordicus obstitit intentioni Decani contendentis se eximere ab onere applicandi Missam, istud refundendo in Hebdomadarios.

Proinde ad observantiam centum et quinquaginta annorum appellant contradictores seu ad praescriptionem, quae cum sit tam diuturna et pene memorabilis, sane dicenda, est *melior titulus de mundo.*

Denique provocant ad *aequitatem;* quia dum ceteri canonici parva fruuntur prebenda, nempe Poenitentiarius lib. 83, alii lib. 200 aut 300, audire tenentur sacras confessiones, et explanare sacram scripturam. Decanus autem percipit annuas libellas 1400.

IURA DECANI. Ex adverso Decanus suam tuetur intentionem in primis recolens monitum Benedicti XIII in Concilio Rom. a. 1725, tit. II, cap. V; nimirum « Episcopi in examinandis Statutis Capitularibus, consuetudines nonnisi rationales et honestas admittant, et si quas compererint a ratione declinasse, eas vel corrigant, vel omnino delendas decernant, nihilque in eis sit quod a iuris dispositione, vel Congregationum decretis exorbitet ». Arbitratur vero inter consuetudines haud rationales et honestas illam recensendam esse quam ipse improbat; quandoquidem, ait, non est rationi consonum et honestum, Decanum in diebus solemnioribus ferre onus quod ordinario competit Hebdomadariis, scilicet canendi missam ; et praeterea eidem onus imponere eamdem missam applicandi quasi conventualem; unde omne incommodum infertur Decano ; et omne commodum comparatur Hebdomadariis, quamvis hi, ex suo speciali munere, Missae Conventuali satisfacere debeant.

Quare deducit Decanus standum esse decisioni S. C. C. in Sebenicen. iam cit. quae distinguens onus Missae celebrandae ab onere eamdem applicanda respondit ad I *Negative et Missam pro benefactoribus applicandam esse eo die ab hebdomadario* ». Ceterum celebrationem Missae praescriptam non secumferre applicationem constat ex resolutionibus S. C. C. praesertim in Collen. *Applicationis Sacrificii 17 Decembris 1676, lib. 4 Decret, fol. 4* - atque aliis multis. — Unde Benedictus XIV *De sacrif. Missae lib. III, c. 9j* docet quem posse in legato condendo Sacerdotem adstringere ad Missas celebrandas et non ad easdem fundatori applicandas; et S. Cong. S. Officii quaestioni : « *An in celebratione nuptiarum Sacerdos teneretur celebrare pro sponsis* » responsum prodiit : « *Sacerdos* non tenetur applicare pro sponsis nisi al) eisdem eleemosynam recipiat ». Praeterea S. Cong. Rituum in una Marsorum *13 Novembris 1831* ad dub. 20 apud Cardellini n. 4669 : decrevit « *Quum Episcopus diebus festivis applicare debeat pro ovibus suis, quaeritur an Episcopo hisce diebus festivis pontife aliter ce-*

lehr ante, Canonici deh eant Missam Conventualem pro benefactoribus cantare et quando ; — Responsum prodiit : « *Hebdomadarius* vel is cui onus inest Missae conventualis, illam celebret lectam ante vel post Missam Pontificalem ». Exinde Decanus notat, impedito Episcopo vel sede vacante Missae Pontificalis celebrationem spectare ad Decanum vel digniorem de capitulo ; applicationem autem pro Benefactoribus in genere faciendam esse ante vel post dictam Missam ab Hebdomadario. Unde D'Annibale III, *num. 178, not. 7* docet : « Quibus autem diebus Missa ab Episcopo pontificalia est, eo impedito, vel sede vacante, vice Episcopi illam canere debet, per se, prima dignitas, eaque impedita, secunda ; et sic deinceps, et omnibus dignitatibus impediti, decanus (seu *senior)* S. C. O. *5 Dec. 1822.* At onus applicationis ad hebdomadarium pertinet. S. C. C. 4 Martii 1876 ».

Decanus autumat hanc decisionem S. O. C. in Sebenicen. *die 4 Martii 1876* rem efficere iudicatam etiam in praesenti quaestione, quippe ista interpretatur authentice ius disciplinare et pro omnibus casibus similibus facit certam legem, iuxta sententiam ci. Santi *lib. I, tit. De Off. Ordinarii,* aientis: « Quibus positis resolutio S. C. Concilii in puncto iuris disciplinaris Tridentini exhibet authenticam et iuridicam interpretationem alicuius Decreti Conciliaris... Unde per eam determinatur sensus Tridentinae dispositionis ac proinde loco legis merito habetur et ad casus similes extendenda, iisdemque applicanda est ». Contendit vero Decanus, casum hodiernum nedum similem sed identicum esse quaestioni Sebenicen. ; quia in hac agebatur de canonicis, ex munere suo, adstrictis Missae conventuali, certo ordine, celebrandae et quaerebatur an ab hoc onere eximerentur quando in diebus Episcopi dignitates aut digniores Capituli Missam celebrant. Atqui, instat, eadem quaestio hodie agitatur. Et in facto advertit : « che l'obbligo di cantare e di applicare assolutamente la messa quotidiana conventuale *pro benefactoribus in genere* nella nostra Cattedrale per una speciale circostanza ricade assolu-

tamente su di quattro Sig. Canonici. Sicché *aò immemorabili* furono create quattro prebende, alle quali fu annesso l'obbligo intrinseco di cantare ed applicare la Messa conventuale, per cui questi quattro Canonici hanno pure il titolo di Prebendati o di Eddomadari.... Per tale motivo i quattro Preb. Eddomadari i oltre alla congrua canonicale che ricevono dalla massa comune capitolare, eguale a tutti gli altri canonici, hanno pure annualmente chi circa 300, chi 400 e chi anche 500 lire dalle rispettive prebende, però coli' obbligo intrinseco di cantare ed applicare ciascuno di essi circa 100 annue Messe Conventuali, oltre poche altre Messe di legati particolari che debbono applicarsi lette dagli investiti della Teologale e dalla Cardinalia ».

Quia Hebdomadam ex adverso, opponunt consuetudinem contrariam magis quam centenariam et appellant ad Tabulam Missarum praescriptam a. 1803 ab Episcopo De Vecchis in qua firmantur veteres mores, respondet Decanus post Const. *Cum semper oblatas* Bened. XIV, frustra provocari ad consuetudinem vel immemorabilem ; siquidem Summus Pontifex hanc irritam reddidit et declaravit iubens : « Missa conventualis de officio currente singulis diebus pro benefactoribus in genere applicari debet, etiamsi in erectione Capituli nullum verbum de applicatione factum fuerit, et non obstante consuetudine immemorabili ,ex iguitate redituum neque alia quacumque ratione ».

Denique haec advertenda videntur. Sane, ex iure communi, prouti aperte docet S. C. C. responsio in citata Sebenicen. si in diebus Episcopi vel in aliis solemnioribus diebus Capituli Praepositus vel aliae dignitates aut respective seniores, ex certo ordine Missam canere debeant, eamdem quasi conventualem applicare non tenentur. Siquidem onus celebrandi pro Benefactoribus in genere Missam conventualem ad eum spectat qui eamdem canere deberet, nisi dies incidisset solemnior. Ast explorati iuris est, legi communi per praescriptionem aut per privilegium non semel derogari unde oritur ius speciale. In themate quaestio est, an per

observantiam centum et quinquaginta annorum, Decani sibi onus imposuerint *celebrandi* Missam eamdemque applicandi in diebus solemnioribus. Siquidem extra quamcumque dubitationis aleam positum est, Decanos et Missam celebrasse et applicasse veluti conventualem. Sed hodie Decanus Maniglia obiicit, praeter legem communem, expressam voluntatem Pont. Benedicti XIV qui in Const. « *Cum semper oblatas* » statuit adversus Missae Conventualis onus, nullam valere consuetudinem vel immemorabilem.

Verum advertere praestat, mentem Pontificis fuisse, tectum ac sartum custodire onus Missam celebrandi pro Benefactoribus adversus quamcumque consuetudinem quae abusus potius dici debet seu corruptela ; sed non adeo urgendum esse huiusmodi praeceptum ut nulla et irrita sit quaecumque praescriptio tendens non ad extinguendam onus, sed ad idem de una in aliam personam transferendum. Quae distinctio inter praescriptionem extinctivam et translativam haud incognita est Canonistis. Ita in iure perspectum est, subditos non posse praescribere obedientiam contra superiorem, ex textu expresso in cap. *Cum non liceat. 12 De joraescripjt.* Sed hoc caput ita commentatur Reiffenstuel, *De praescript.* 53, advertens : « Etsi nemo praescribere possit contra obedientiam, et visitationem extinctive ; ita videlicet ut obtineat omnimodam et absolutam exemptionem respectu omnium Superiorum Ecclesiasticorum, atque a nullo eorum visitari valeat ; nihilominus visitatio et obedientia superiori debita potest praescribi translative, ita nimirum ut alteri quam Episcopo (puta, Praelato Regulari aut alii Praelato vel saltem immediate Summo Pontifici) debeatur obedientia et competat visitatio. Ita innuit Abbas..., atque ex professo tradit Barbosa citans alios... Pirhing..., Engel.., et alii ».

Quamobrem in themate deliberabit sapientia EE. PP. an posito, quod ab initio seu vi tabularum fundationis onus Missae Conventualis Decano non competeret, eidem postea translative accesserit, vi praescriptionis. Sed inquam, po-

sito quod ab initio non competeret, nam primordia huiusmodi onerum in tenebris delitescunt remotioris antiquitatis et prudentissimum violetur criterium Antistitis Giordano... nihil de illo immutandum visum fuit, etsi illius origo ignota sit ; non enim de omnibus quae a maioribus nostris praescripta sunt, ratio reddi potest.

Sub die 17 Iunii 1899 in Plenariis Comitiis EE. PP, agitata fuit haec quaestio, hac proposita rogandi forma *«An in diebus solemnioribus, quibics missam canil Decanus, eidem competat missam applicare pro Benefactoribus in genere vel hoc comptetat canonicis heb dom ad ar iis in casu »;* ad responsum prodiit « *Dilata* ». Interim seu mense Augusto 1899 Decanus Maniglia, qui instantiam instauraverat, viam ingressus est universae carnis ; quare lis in suspenso mansit : hodiernus autem Decanus sub die *30 Ian. 1901* efflagitavit, ut definitiva ederetur sententia.

Hodiernus decanus in libello qui circumfertur nonnulla animadvertit, quae tamen quoad substantiam continentur in praeterito folio. Nihilominus nonnulla animadversa fuerunt in maiorem quaestionis evidentiam. — Quia Decanus magnopere confidit in rescripto S. *C.* C. edito in Sebenicen. *4 Martii 1876* iuvat factispeciem recolere:

« Canonici et Mansionarii Cathedralis S. quae sub dominio Venetae Reipublicae mansit dum viguit nobilis illa Respublica, diversis temporibus, diversimode applicuerunt Missam conventualem.

« Primo enim Missam eandem pro serenissima Republica applicuerunt ; a qua contributionum exonerationem obtinuerunt. Dein pro Imperatore Austriae, in cuius ditione Venetia cecidit.

« Missa vero pro Benefactoribus in genere vel tantum die Sabbato applicabatur, vel nullimode contra Canonum sanctionem .

« Verum a die 30 Iunii 1828 per Litteras Apostolicas *Locum B. Petri* a Leone XII datas Capituli praedicti status immutatus fuit. Idcirco Capitulum illud ex hoc tem-

pore quatuor tantum habuit canonicos una cum duabus Dignitatibus : Praeposito nempe et Decano. Cuicumque Canonico annua pensio a gubernio assignata fuit; eadem methodus applicandi Missam conventualem usque ad annum 1840 servata fuit.

« Antistes tamen, auditis et consentientibus Capitularibus, a die 7. Iunii anni praedicti statuit ut Missa conventualis ad tramites SS. Canonum et praesertim Const. Bened. XIV. *Quum semper oblatas* quotidie a capitularibus, absque gradus distinctione per turnum celebraretur, et applicaretur pro benefactoribus in genere necnon ut diebus a •rubricis generalibus praescriptis, secundae et tertiae Missae obligatione detenti essent.

« Hoc decreto Mansionarii soluti sunt ab obligatione canendi Missam conventualem in diebus feriatis, haec enim per turnum coepit quotidie celebrari et applicari a canonicis, exceptis quibusdam solemnitatibus, in quibus Praepositus et Decanus specialiter designati sunt a capitularibus statutis. Secunda vero et tertia Missa in diebus designatis a rubricis generalibus celebrari quidem coepit sed libera applicatione. His enarratis circa consuetudinem Missae conventualis, retulerunt Capitulares aliquando evenire vacationem alicuius Canonicatus, vel dignitatis, et tunc Missae conventualis celebratio fit quidem ab aliis per turnum, vel ab alia dignitate, aut Seniore ex Canonicis iure devolutionis, sed libera applicatione. Ita pariter mos est in praefato capitulo ut vacante sede Episcopali, vel Episcopo Pontificalia non peragente, atque impedita prima dignitate nempe Praeposito, ad quem in diebus Episcopi spectaret celebratio et applicatio Missae conventualis, vi capitularium statutorum, hic eleemosynam tribuat pro eiusdem applicatione illi canonico, qui eum repraesentat, iure devolutionis, excepta prima Missa die Nativitatis D. N. I. C. qnae est liberae applicationis ».

« Praetereundum haud est, canonicos in tali nunc esse conditione, qui a Gubernio civile, super *religionis fundo,*

pensionem mensilem recipiant. Ita ut pensio pro Episcopo, sede vacante et pensiones canonicatuum vel Dignitatum quae vacant apud *religionis fundum* maneant. Alium haud extare fundum qui eleemosynas praebeat pro Missis conventualibus celebrandis tempore vacationis, ab illo, ad quem iure devolutionis pertineat ».

Ex qua facti specie evincitur, praeter alias differentias iam no tatas inter illum casum et casum hodie controversum, advertendum esse in Capitulo Sebenicen. legem Missae conventualis nunquam fuisse rite observatam et hinc iure merito S. C. C. nihili fecisse morem, qui non secus ac in aliis casibus, praeseferebat iuris corruptelam; proindeque lex instauranda erat funditus, nulla habita ratione receptorum morum. Ex adverso in casu nostro consuetudo iam a 150 annis inolevit, et (quod sapientissime advertit Antistes Giordano) *non de omnibus quae a maioribus nostris praescripta sunt, ratio reddi potest.* - Posita autem observantia ipsum factum iubet praesumi titulum seu obligationem legitime susceptam a Decano celebrandi et applicandi Missam. Imo in .praeterito folio assertum fuit, hunc titulum posse derivari etiam a praescriptione, vi consuetudinis, quae reprobatur uti corruptela iuris quatenus tendit ad abolendum onus celebrandi Missam conventualem sed minime quatenus hoc onus de uno in alterum *transfert.*

Verum Decanus, ex actis visitationis Episcopi Giordano 1753, refert, onus Missae conventualis attribui tantum Hebdomadarius, his verbis : « Missa conventualis (habetur) quae ad S. C. praescriptum quotidie et celebratur et applicatur pro Benefactoribus in genere et hoc onus, ut mox minimus, est quatuor praebendatorum ». - Nihilo secius graviora videntur verba quae continentur in tabella Festivität um Episcopi Del Vecchio relata in folio in qua dies celebrationis Missae conventualis distribuuntur inter Dignitates et Hebdomadarios ; quae distributio est pene ridicula si revera Missa conventualis celebranda et applicanda esset ab Hebdomadariis exclusive omnibus et singulis-diebus. Quare in

relatione S. Visitationis a. 1753 supra citata intelligi debet, onus esse ordinarium hebdomadariorum celebrandi Missam conventualem nempe quotidie, exceptis tamen nonnullis solemnioribus diebus. — Sane in actis eiusdem Visitationis legitur : « Chori praefecturam in festis solemnibus Episcopalibus agant pro ordine Dignitates et Missam (nolente aut absente Episcopo) canere debent. Ipsis deficientibus succedit Canonicus hebdomadarius : In reliquis vero diebus tum festis tum ferialibus.... Missam conventualem canunt quatuor canonici praebendati... ». Atqui si hebdomadam succedunt in onere, deficientibus dignitatibus ; ergo dignitates habent onus illis diebus celebrandi et applicandi Missam conventualem ; quam obligationem subordinatam oneri dignitatum non minus clare exprimunt cetera verba - *in reliquis vero diebus. . . .* Missam conventualem *canunt quatuor etc...* - Ceterum regula generalis est, uti explicat Bened. XIV *De sacri f. Missae, lib. 3, cap. 9, n. 1. seq.* imposito onere celebrandi comprehendi etiam obligationem applicandi,, nisi contrarium statuatur, et idem Pontifex in Const. *Cum semper oblatas* §§ 12 et 20, loquitur indistincte de onere celebrandi Missam conventualem eamque applicandi, quippe unum alterum, regula generali, secumfert.

Quae autem faciunt pro adversa parte iam perpendimus in praeterito folio et evolvuntur a Decano in libellis qui typis impressi circumferuntur.

Hisce adductis propositum fuit diluendum

Dubium

An in diebus solemnioribus, quibus Missam cana Decanus, eidem competat Missam applicare pro benefactoribus ***111*** *genere ; vel hoc competat Canonicis Hebdomadarius in casu.*

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii re discussa sub die 27 Aprilis 1901 censuit respondere *'.Affirmative ad primam partem: Negative ad, secundam partem.*

PITILIANEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Die 1 Septembris 1900.

Sess. 24 cap. 5 De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Ioannes Baptista et Maria vidua alterius mariti, matrimoniali foedere, die 9 Februarii 1874. rite copulabantur in ecclesia parochiali, civitatis Pitilianensis, in qua uterque domicilium habebat.

Per novem circiter menses coniuges una simul cohabitarunt, uno eodemque lecto utentes; sed, si ipsos nunc audias, toto tempore mutuae cohabitationis, coniugalem actum numquam experti sunt. Equidem ex concordi testimonio coniugum, vir primis nuptiarum diebus, pudore affectus, ad matrimonium consummandum non accessit, mox vero in suspicionem veniens, suam uxorem ex illicito amore utero iam gestare, coniugale debitum restituere recusavit, idque vero locum fecit iurgiis dissensionibusque inter sponsos, ut post 11 menses coniugum separationem induxerit.

Interea vir, post octo annos, ut sociam vitae sibi adiungeret, civile, uti vocatur, matrimonium contraxit cum quadam Finocchi, ex qua filios habuit atque cum ea adhuc vivit. Mulier et ipsa eodem profano ritu, post septem annos, quemdam Angelum Bertùcci duxit, quo mortuo anno 1882, alteri viro se dedit, cum quo hucusque vitam in turpi concubinatu ducit.

Nunc vero, post 25 annos, coniuges facti poenitentes ac consulere cupientes propriae conscientiae, per proprium Episcopum ad SSmum Principem supplicem miserunt libellum, enixe expetentes dispensationem a matrimonio rato et non consummato.

Disceptatio Synoptica.

VOTUM CANONISTAE. Quaestio satis recondita nobis ab hac S. C. C. proposita super Matrimonio rato non con-

summato inter Ioannem Baptistam et Mariam et an, hoc posito, sit consulendum SSmo super dispensatione.

Ioannes Bapt. matrimonium rite contraxit die 12 Februarii 1874 cum Maria, vidua alterius mariti ab anno 1873 et ex quo duos habuerat filios. Ioannes et Maria vitam simul perduxerunt fere ad annum inter mutuas altercationes- et iniurias ac tandem divisi sunt. Post annos octo Ioannes Bapt. coram officiali civili duxit quamdam Finocchi, ex qua filios habuit atque cum ea adhuc vivit. Eodem profano ritu Maria post septem annos se dedit cuidam Angelo Bertocci, quo mortuo anno 1882, alteri Nicolao Cappelli an. 1890, se tradidit, volens cum eodem ut supra contrahere, sed prohibita fuit ; at hucusque etiam cum eodem vitam ducit.

Hi sunt coniuges, qui nunc, post 25 annos, asserta non consummatione matrimonii, primo propter verecundiam ex parte viri, deinceps propter eiusdem viri suspicionem de uxore Maria iam pregnante ex opere alieno, dispensationem petunt super matrimonio rato non consummato, ut alias rite inire possint nuptias, mala reparentur, tollantur scandala, saluti oratorum consulatur ac filii Ioannis Baptistae legitimi constituantur.

Super hac assertione et supplicatione Episcopus Pitilianensis habita facultate ab hac S. C C . processum canonicum confecit.

Isti coniuges quaerunt nunc ut apponatur sigillum tot factis publicis post 25 annos, quos transierunt inter scandalosas relationes, nihil timentes. - Supposito nunc, iuxta assertionem coniugum matrimonio rato non consummato ; adest ne motivum dispensationem petendi?

Non agitur hic de potestate divinitus Pontifici Christi Vicario collata super dispensatione matrimonii rati non consummati ; nam ex analogia dogmatum et factorum similium, certissimum mihi est pollere Christi Vicarium hac potestate, et de hoc dubitare, instar sacrilegii est.

Quaestio tota versatur circa motivum grave imo gravissimum pro huiusmodi dispensatione petenda in praesenti casu.

Omnes DD. pro dispensatione, de qua est sermo, unanimiter gravissimam ac urgentissimam causam expostulant pariterque motivum gravissimum ad bonum publicum aliquod procurandum et ad malum item publicum reparandum.

Iam vero haud facile est invenire in praesenti casu causam urgentissimam motivumque gravissimum pro dispensatione. Non apparet causa urgentissima cum res de qua agitur existit a pluribus annis cum iisdem circumstantiis. Non adest publicum malum reparandum, absolute loquendo, quia post tot annos negotium hoc in rem transiit obsoletam et in factum parum observatum, ita ut, quemadmodum mulieres testes asseverant, Maria habetur ab omnibus uti religiosissima femina.

Imo Ioannes Baptista confitetur quod non solum mirus non sit modus eius vivendi, sed suasione suorum et amicorum civiles ac adulterinas nuptias contraxit, « consigliato da alcuni parenti ed amici ». Si vero Maria et Ioannes Baptista animarum suarum sincere salutem aeternam desiderant ac de sacramentis participare inhiunt, simulque scandalum tot annorum de medio tollere volunt atque malae anteactae vitae signa conversionis concivibus praebere student, redeant ad matrimonium semel voluntarie ac publice coram Ecclesia contractum ; quod si nolunt non adstringuntur, sed se dividant a personis alienis ; Maria habet filios legitimos ; Ioannes Baptista vero habeat sibi filios naturales acceptos a Finocchi.

Hoc modo scandala et mala in parvo loco ut Pitilianus meliori et efficaciori via reparantur quam petere ab Ecclesia, ut matrimonium publice initum rescindatur post 25 annos et duae adulterinae uniones publice comprobentur; praesertim temporibus nostris, quando civiles potestates similes uniones leviter atque inconsulte patrocinantur quotidie. Haud immerito igitur ex dictis dubitare licet de existentia causae gravissimae ac motivi. Porro non sunt aliena a praesenti casu verba Benedicti XIV *(in I. 6, c. 4, n. 5 de Synodo Dioec).* Loquens ipse de matrimonio in infidelitate

contracto, dicit: « Quaerebatur an saltem ius esset Summo Pontifici... suprema sua auctoritate relaxandi... Data Pontifici potestate rescindendi prius vinculum coniugii... merito dubitabatur, num eae adessent gravissimae causae, quae necessariae sunt, ut per Apostolicam dispensationem dirimatur ». Hoc testimonfcim a fortiori vim habet pro nostro casu, Mariae et Ioannis Baptistae.

Praecipua causa divisionis horum coniugum fuerunt mutua con vicia, lites, discordiae. Francisca Macchioni testatur : « Io più volte ho liberata Maria da imminente suicidio, tentato per disperazione di non poter convivere col marito ».

Dicta colligendo concludimus :

1. Non ita cohaerens est duorum coniugum depositio ut fidem ingerat, eo minus considerata ipsorum vita parum pia atque christiana.

2. Hinc dubitari licet de assertione non consummati matrimonii, quodque tunc credibilius foret si proveniret ex mutuo consensu, aut ex aliqua naturali impotentia, vel ex pio proposito aut religionis virtute; e contra Maria ut consummaret, fortassis plus quam licuerat, conabatur, ut fatetur.

3. Non est manifesta existentia causae gravissimae atque necessariae, et maius esset, uti opinatur, ex dispensatione scandalum pusillorum ac moeror bonorum, quam voluntaria ac mala vita Ioannis Baptistae et Mariae eo quod ut sacrum et perpetuum matrimonii vinculum venerantur fideles.

4. Quia Ecclesia est mater diligens filios suos, nolumus, dum hoc dicimus, ut immisericordes haberi; sed discimus attendentes ad ea quae Bened. XIV habet in Const. 33 Bull. 1.1, *Dei miseratione ;* exigit enim ut rigidissime examinetur et comprobetur matrimonium non consummatum. Sic etiam ad verba S. Greg. M. respicientes: *(hom. 34inEvang.).* « Aliud est quod agitur typo superbiae, aliud quod zelo disciplinae ». Quod si praevalet benignitas, sit cum spe non

augendi casus, etc. « Quod alicui gratiose conceditur trahi non debet ab aliis in exemplum » *{Reg, Iur. 74 in 6).*

VOTUM THEOLOGI. Processu rite confecto in Curia Pitilianensi ex pontificia delegatione, cum mihi commissum fuerit investigare an adsint causae pro dispensatione et an constet de non consummatione: et graves adesse causas et constare de non consummatione mihi videtur : ita ut ad dubium: *An consulendum,...* tuto mihi responderi posse videtur : *affirmative.*

Quoad causas ; ex ipsa lectione supplicis libelli statim exurgunt et quidem graves ; ceterum ita a viro exponuntur in sua depositione coram Iudice, scilicet : « Per mettere in regola la mia coscienza e poter ricevere i SS. Sagramenti con mio dispiacere non ricevuti per tanti anni, poi per il bene dei figli da legittimarsi, per levare uno scandalo conosciuto da tutto il paese, durato già da 25 anni ». Quibus addi debet mutua animorum aversio et impossibilitas reconciliationis ab utroque coniuge asserta.

Quoad vero non consummationem; cum agatur de coniugibus qui una simul per aliquot tempus cohabitaverunt, et de muliere corrupta, ad eam probandam non potest recursus fieri ad coarctatum neque ad argumentum physicum ; quare tota probatio sisti debet in argumento morali.

Profecto argumentum morale seu iuratum ipsorum coniugum testimonium de non consummatione si septimae manus testimonio fulciatur, atque aliis praesumptionibus et adminiculis corroboretur, tanti fit non solum ex DD. sententia (Sánchez *de matrimonio lib. 2, disp. 23, n. 1;* Cosci *de sep. thori lib. 12, c. 2, n. 146 ;* Ursaya etc. etc.) sed etiam ex praxi huius S. C. ut saepe ex eodem solum pro inconsummatione concluditur, quamvis coniuges una simul cohabitaverint et condormierint, nam « condormitio coniugum non facit ut matrimonium amittat qualitatem et denominationem rati, quando cum effectu consummatum non fuit ». (Corrad. *in Praxi dispens, lib. VIII, c. 7 n . 32; Parisien, matrimonii 28 Martii 1896).*

Atqui in casu habetur iuratum ipsorum coniugum testimonium de non consummatione, habetur testimonium septimae manus,¡ denique plura habentur adminicula et praesumptiones, quae omnimodam fidem coniugibus habendam esse demonstrant.

Itaque. I. habetur iuratum coniugum testimonium. Uterque coniux sub iuramento ad interrogationem Iudicis: « Consumaste il matrimonio» respondit: « No signore ».

II. Habetur testimonium septimae manus completum, seu septem testes ex parte viri et septem ex parte mulieris ; quibus addi debent septem alii testes ex officio citati, qui omnes 21 testes non solum uno ore plenam se habere fidem protestantur coniugum depositionibus sed etiam extollunt qualitates morales utriusque. Sic v. gr. Brizi Salvator de viro ait : « Assicuro che è religioso, va sempre alla Messa, alla predica, e si è lamentato di vivere come le bestie perchè non può ricevere i Sacramenti ». Sic Antilia Bartolini de femina testatur : « Per religiosa tutti la conoscono che frequenta la Chiesa ed ha avvezzato bene i suoi figli; che poi sia andata a stare con altri uomini è stata spinta solo dall'estremo bisogno, altrimenti non lo avrebbe fatto ».

III. Denique plura habentur praesumptiones et adminicula, quae omnimodam fidem coniugibus habendam esse demonstrant.

Et sane I° quoad coniugum depositionem; *a)* concors iurata eorumdem depositio non parvam acquirit vim, ex eo quod non nuda fuerit, sed coniuges causas etiam exposuerit inconsummationis et quidem ita ut licet in substantialibus concordent, differunt tamen in accidentalibus jquod indicium est exclusae collusionis (Farinaccius *De Testibus q. 66, n. 24).* Sic mulier postquam dixisset: « No signore » addit: « perchè la prima sera mi fece osservare che non mi facesse caso e non mi toccava perchè era vergognoso. E continuando ogni, sera in questo modo risolvei, di far dormire fra noi il mio bambino di 18 mesi ». Et vir ait se

abstinuisse ab usu matrimonii, primis diebus : « per soggezione o vergogna che non poteva vincere », et postea: « perchè alcuni giorni dopo mi fu riferito che essa pareva che avesse che fare con altra persona che frequentava la casa ». Quare ad interrogationem Iudicis : « Pare impossibile che in undici mesi di convivenza non abbiate consumato il matrimonio ? » respondit : « Parrà impossibile ma è vero, perchè si stava sempre in lite sospettando io sempre della sua fedeltà ». Praeterea *b)* praesumptio etiam habetur favore veracitàtis coniugum ex eo, quod praecipuum motivum ad petendam matrimonii solutionem sit desiderium consulendi propriae conscientiae. Atqui per mendacium hic finis certo obtineri nequit. Tandem *c)* defectus prolis, licet uterque ex aliis amplexibus sive legitimis sive adulterinis filios habuerit, ac separatio post 11 menses gravem inferunt praesumptionem de non consummatione.

2° Quoad testium depositiones, non solum testes ex officio citati, sed etiam testes septimae manus non sunt testes tantummodo credulitatis, sed etiam scientiae; sc. protestante se depositionibus coniugum credere, non solum ex criterio extrinseco, sed ex propria scientia, ex circumstantiis sc. quas vel ipsi perspexerat vel tempore non suspecto a coniugibus perceperunt.

Tandem testes loquuntur de non consummatione uti de re pluribus omnino nota. Iam vero iuxta *Cap. Praeterea 27 de testibus* praesumptionem violentam fama consentiens administrat.

Nequit autem difficultatem facere, quod coniuges post circiter 25 annorum spatium dissolutionem matrimonii petierint : ut enim vir ait ad interrogationem Iudicis : «Perchè allora (sc. statim post separationem) non cercasti di sciogliere il matrimonio, come avete procurato adesso? » respondit: «perchè nessuno mi fece conoscere che si sarebbe potuto ottenere dalla Chiesa questo scioglimento ».. Quod mirum non est.

Post hoc tuto mihi, ut ab initio dicebam , respondere? posse videtur ad dubium: *An consulendum...; Affirmative.*

Quibus animadversis, propositum fuit diluendum

Dubiti m

An sit consulendum SSmo super dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 17 Augusti 1901 censuit respondere: *Affirmative.*

EX S. CONGR. EPISC. ET REGULARIUM

EPISC. ET

DUBIUM quoad petendam confirmationem a lege civili in Gallia, ab illis Congregationibus quae nondum approbatae sunt.

On a soumis au Saint-Siège le doute suivant :

Les Congrégations qui ne sont pas encore reconnues officiellement en France peuvent-elles demander l'autorisation dans les termes voulus par l'art. 13 de la loi nouvelle et le règlement qui accompagne cette loi?

Ce doute ayant été examiné sérieusement dans une réunion particulière de Cardinaux, le Saint-Père a décidé que, par l'organe de la S. Congrégation des Evoques et Réguliers, il serait donné la réponse suivante:

Le Saint-Siège réprouve et condamne toutes les dispositions de la nouvelle loi qui lèsent les droits, les prérogatives et les libertés légitimes des Congrégations religieuses. Toutefois, pour éviter des conséquences très graves et empêcher en France l'extinction des Congrégations, qui font un si grand bien à la Société religieuse et à la Société civile, il permet que les Instituts non reconnus demandent l'autorisation dont il s'agit, mais., seulement aux deux conditions suivantes:

I°. Que l'on présente non pas les anciennes Règles et Constitutions déjà approuvées par le Saint-Siège, mais seulement une rédaction de statuts qui réponde aux divers points de l'article 3 du règlement sus-nommé; ces statuts pourront sans

difficulté être soumis préalablement à l'approbation des Evoques ;

2°. Que dans ces statuts que l'on présentera il soit promis seulement à l'Ordinaire du lieu cette soumission qui est conforme au caractère de chaque Institut. Par conséquent sans parler des Congrégations purement diocésaines qui dépendent complètement des Evêques, que les Congrégations approuvées par le Saint-Siège et visées par la Constitution Apostolique *Conditae a Christo,* publiée par N. S. P. le Pape Léon XIII, le 8 Décembre 1900, promettent soumission aux Evêques dans les termes de cette même Constitutions; quant aux Ordres Réguliers, qu'ils promettent soumission aux Evêques dans les termes du droit commun. Or, d'après ce droit commun, comme vous le savez fort bien, les Réguliers dépendent des Evêques pour l'érection d'une nouvelle maison dans le diocèse, pour les écoles publiques, les asiles, les hôpitaux et autres établissements de ce genre, la promotion de leurs sujets aux Ordres, l'administration des Sacrements aux fidèles, la prédication, l'exposition du Saint-Sacrement, la consécration des églises, la publication des indulgences, l'érection d'une Confrérie ou pieuse Congrégation, la permission de publier des livres; enfin, les Réguliers dependent des Evêques pour ce qui regarde la charge d'âmes dans les endroits où ils sont investis de ce ministère.

Telles sont les instructions que la Sacrée Congrégation des Evêques et Réguliers devait communiquer à Votre Révérence dans les circonstances actuelles et pour le but dont il s'agit.

Plaise à Dieu de vous assister et de vous combler de ses grâces i

Fr. I. M. Card. GOTTI *Préf.*

A. Panici *Secretaire.*

EX S. CONGREG. INDULGENTIARUM

DECRETUM, de Guatemala de piis operibus sodalibus confr. Beatae Mariae Virginis a Monte Carmelo ad assequendum privilegium sabbatinum iniunctis.

Archiepiscopus de Guatemala huic S. Congregationi Indulgentiarum sequentia dubia dirimenda proponit, quae ad pia quaedam opera referuntur a Confratribus B. Mariae Virginis a Monte Carmelo praestanda, in eum finem ut privilegio, quod nuncupatur *Sabbatinum,* perficiantur :

I. *Estne necessarium ut Confratres B. Mariae Virginis a Monte Carmelo recitent parvum officium prouti extat in Breviario romano, etsi maior pars populi linguam latinam penitus ignoret ?*

II. *Ii Confratres qui legere nesciunt, et ideo loco recitandi parvum officium B. Mariae Virginis servare tenentur abstinentiam feria IV et die Sabbati, tenentur quoque eam servare feria VI, uti reapse tenentur fideles non americani latini?*

III. *Tenenturne pariter servare omnia ieiunia Ecclesiae universalis, quin gaudere valeant amplissima dispensatione nuper data degentibus in America latina ex decreto S. Congregationis Neg. EE. EE. die 6 Iulii 1900?*

Et Emi Patres in Palatio Vaticano coadunati propositis dubiis die 11 Iunii 1901 respondendum mandarunt :

Ad I^um^ *Affirmative, nisi quis pertineat ad ritum a S. Sede approbatum, qui alia lingua utatur, iuxta Decretum huius S. C. diei 18 Augusti 1868, sed supplicandum SSmo, ut in privata recitatione vulgari lingua uti liceat.*

Ad II^um^ *Negative, ad effectum fruendi privilegio Sabbatino.*

Ad III^um^ *Supplicandum SSmo, ut Confratres B. Mariae Virginis a Monte Carmelo, quod attinet ad ieiunia, uti valeant indulto dioecesano, facta Confessariis facultate commutandi singulis petentibus abstinentiam feriae IV et Sabbati in alia opera: atque utrumque valere pro omni regione declarare dignetur. Contrariis quibuscumque, ac praesertim Capuana 3 Decembris 1892, minime obstantibus.*

De quibus facta relatione SSmo Dno Nostro Leoni Pp. XIII in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die 14 Iu-

îiii 1901, Sanctitas Sua Emorum Patrum resolutiones ratas habuit et confirmavit, et benigne annuere precibus in dubio I et III expressis dignata est.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 14 Iunii 1901.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. * S.

f FRANCISCUS SOGARO Archiep. Amiden., *Secretarius.*

URBIS et ORBIS. Decretum quo Sodalitates ***Viae crucis viventis*** approbantur.

Pietati Christifidelium fovendae nihil est tam aptum, nihil tam efficax, quam frequens Dominicae Passionis meditatio, in qua dum ipsi recolunt quanta Verbum Dei Caro factum pro nobis pati dignatum est, eorum corda ad poenitentiam excitantur, et ad redamandum Christum Iesum vehementer infiammantur.

Iam vero inter plura quae id praestant pia exercitia, illud procul dubio prae ceteris eminet, quod a *Via Crucis* nuncupatur, a S. Leonardo e Portu Mauritio primitus invectum, et in universa catholica Ecclesia tam salubriter propagatum.

Quoniam vero plures vel occupationibus distenti, vel valetudine laborantes, prohibentur quominus integro huiusmodi pio Exercitio vacent, nonnulli pietatis zelo praestantes viri, ne spiritualium fructum ex eodem Exercitio manantium copia deperdatur, Sodalitates quasdam instituere excogitarunt ex quatuordecim sociis constantes, qui singuli unam quotidie sibi attributum ex quatuordecim stationibus meditando peragant, ad instar Sodalitatum *Rosarii Viventis.*

Hinc Ssmo Dno Nostro Leoni PP. XÍII preces humiliter sunt delatae, ut praedictas Sodalitates, earumque leges approbare, et nonnullas sociis indulgentias tribuere dignaretur.

Has porro preces, relatas in audientia habita die 16 Augusti 1901 ab infrascripto Cardinali Praefecto S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae, Eadem Sanctitas Sua peramanter excepit, Sodalitatesque Viae Crucis *Viventis* summopere commendans approbavit, earumdemque leges, prout

in subiecto schemate prostant, auctoritate sua sancivit, servandasque mandavit, simulque indulgentias omnes in indice huic Decreto inserto contentas in perpetuum benigne concessit, defunctis quoque applicabiles.

LEGES SERVANDAE
IN ERIGENDIS SODALITATIBUS VIAE CRUCIS VIVENTIS.

I. Exercitium *Viae Crucis Viventis* instituitur, ad instar *Rosarii Viventis.*

II. Via Crucis *vivens* nihil aliud est, quam invitamentum atque tyrocinium.ad completam Viam Crucis, iuxta formam in Ecclesia catholica adhiberi solitam, uberiori aedificationis fructu, atque indulgentiarum ac privilegiorum a SS. Pontificibus concessorum thesauro multo locupletare ditatam.

III. Quaelibet Sodalitas ex quatuordecim sociis constat, et nonnisi in Ecclesiis, vel Oratoriis publicis sive semipublicis, vel etiam in Communitatibus, ubi Stationes Viae Crucis rite erectae existunt, constitui debet.

IV. Ius constituendi Sodalitates in toto Ordine, seu ubique locorum, residet in Ministro Generali Ordinis Minorum S. Francisci; inter limites propriae Provinciae in Provincialibus ; in respectivo districtu in Guardianis eorumque vices gerentibus, sive per se, sive per suos subditos ad id deputatos.

V. Spectat iure primario ad Ministrum Generalem ubique locorum deputare Directorem Sodalitatum religiosum eiusdem Ordinis, et, ubi hic desit, sacerdotem sive saecularem, sive regularem, qui personarum ad novam sodalitatem pertinere cupientium catalogum conficiat, atque custodiat. Idem possunt Provinciales, nisi auctoritas Ministri Generalis obstet, intra limites propriae Provinciae, et etiam Superiores locales, dependenter tamen a Ministro Provinciali.

VI. Ad Directorem spectat nominare Zelatores et Zelatrices, qui vel quae personas inscribendas prudenter quaerant, eidemque Directori proponant.

VII. Ad exercitium Viae Crucis viventis rite peragendum et ad indulgentias eidem adnexas lucrandas requiritur meditatio Stationis unicuique per sortem assignatae, et recitatio trium *Pater, Ave* et *Gloria,* manu tenendo Crucifixum ex materia solida confectum, et ad hoc benedictum, sive a Ministro

(generali, sive a Ministro Provinciali in respectiva Provincia, vel a Superiore locali, aut etiam ab ipso Directore, vel alio Sacerdote a Ministro Generali delegato.

INDEX INDULGENTIARUM
SODALITATIBUS VIAE CRUCIS VIVENTIS TRIBUTARUM.

Omnes Christifideles ab aliquo Directore in Sodalitatem admissi, sequentes Indulgentias lucrari possunt:

I. Primo die festo postquam Sodalitatem adiverint *plenariam indulgentiam,* si eodem die vere poenitentes confessi, S. Synaxim susceperint.

II. Festis Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Corporis Christi, Pentecostes, Ssmae Trinitatis; item singulis feriis Sextis mensis Martii, nec non festis Inventionis et Exaltationis S. Crucis, SS. Stigmatum S. P. Francisci, et eiusdem die natali, *plenariam indulgentiam,* dummodo quisque sodalium quotidie sibi assignatam Stationem sedulo sancteque peregerit mense integro, simulque contritus et confessus S. Synaxim sumpserit, et aliquam Ecclesiam diebus supra statutis visitaverit, et inibi aliquamdiu ad mentem Summi Pontificis preces effuderit.

III. Die semel quotannis eligenda item *plenariam,* si quilibet e Sodalibus per annum integrum quotidie stationem sibi propriam peregerit, simulque memorata die vere contritus, confessus et sacra Synaxi refectus, ut supra oraverit.

IV. Pro quotidiano exercitio *centum dies* diebus ferialibus; *septem annorum et totidem quadragenarum* diebus dominicis aliisque per annum festis, nec non per totam maiorem hebdomadam.

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 16 Augusti 1901.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. & S.

f Pro R. P. D. FRANC. Archiep. Amiden., *Secretario.*

IOSEPHUS M. Canonicus COSELLI, *Substitutus.*

DECRETUM. Clericorum regularium Infirmis ministrantium de consensu Ordinarii requisito ad exercendam facultatem benedicendi coronas, cruces etc. cum applicatione indulgentiarum apostolicarum et S. Birgittae.

Cum in Rescriptis S. Congregationis Indulgent, vel in Brevibus Apostolicis etc., quibus tribuitur facultas benedicendi Coronas, Rosaria, Cruces, Crucifixos, parvas Statuas ac Numismata, eisdemque Indulgentias Apostolicas et S. Birgittae adnectendi, clausula apponatur « *de consensu Ordinarii loci »;* circa sensum huius clausulae non semel dubitatum est; hinc Praepositus generalis Clericorum Regularium Infirmis Ministrantium circa eiusdem clausulae intelligentiam, sequentia dubia huic S. Congregationi solvenda proponit:

I. *Utrum huiusmodi consensus ita necessarius retineri debeat, ut, si desit, Indulgentiae sint omnino invalidae ?*

Et quatenus affirmative :

II. *A quonam Ordinario huiusmodi consensus dari debeat ?*

III. *Et si utens hae facultate Romae commoretur, ubi facultas benedicendi exerceri nequit, sufficeretne consensus Emi Urbis Vicarii aut Vicesgerentis ab benedicendum, an ab alio extra Urbem Ordinario, et a quonam, foret exquirendas?*

Et Emi Patres in Vaticano Palatio coadunati die 11 Iunii 1901, propositis dubiis responderunt:

Ad I^um^ *Detur instructio.*

« Instructio

« I.° Convenit ut qui facultatem benedicendi Coronas, Cru-
« ces, Rosaria, Numismata etc. cum applicatione Indulgentia-
« rum Apostolicarum et S. Birgittae obtinere cupit, si sit e clero
« saeculari litteris commendatitiis proprii Ordinarii munitum stip-
ai; plicem libellum exhibeat, si vero sit regularis, Superioris sui
« Ordinis vel Instituti a S. Sede approbati.

« 2.° Ut valide praefata facultas exerceatur opus erit, ut
« Sacerdos ad excipiendas Sacramentales Confessiones, saltem
« virorum, sit approbatus.

« 5.° Ad eam facultatem licite exercendam requiritur con-
« sensus Ordinarii loci in quo quis ea uti velit, firmo manente,
« quoad regulares exemptos, decreto huius S. C. diei 8 Iu-
« nii 1888. Hic autem consensus optandum ut sit expressus ;
« sufficit tamen etiam tacitus vel implicitus, et in aliquo casu,

« quando practice aliter fieri nequeat, sufficit etiam consensus « prudenter praesumptas ».

Ad II^{um} et III^{um} *Provisum in I.^{o}*

Et SSmus Dnus Noster Leo Papa XIII in audientia habita die **14** Iunii **1901** ab infrascripto Cardinali Praefecto resolutiones Errorum Patrum ratas habuit et confirmavit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem **S.** Congregationis die **14** Iunii **1901.**

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† **FRANCISCUS SOGARO** Archiep. Amiden., *Secretarius.*

DECRETUM. Congregationis fratrum S. Vincentii a Paulo de precibus piisque exercitiis indulgentiis iam ditatis ad sacramentalem poenitentiam explendam Impositis.

Supremus Moderator Fratrum S. Vincentii a Paulo huic Sac. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae humiliter exponit: saepe Confessarios, quo melius spirituali poenitentium utilitati consulant, preces vel pia exercitia indulgentiis ditata in sacramentali confessione imponere, existimantes uno eodemque actu datum esse poenitentibus sacramentali poenitentiae satisfacere et adnexas precibus vel piis exercitiis indulgentias lucrari. Verum quoad huiusmodi opinionem et praxim non levis sententiarum disparitas exorta est, eo quod nonnulli, innixi Decreto huius S. C. diei **29** Maii **1841,** quo negatur posse per preces iam obligatorias, v. gr. per horas canonicas, satisfieri precibus a Summo Pontifice praescriptis ad lucrandam indulgentiam, contendunt omne prorsus fundamentum praedictae opinioni et praxi Confessariorum esse sublatum ; e contra alii affirmant laudatum Decretum ad rem non facere; in eo siquidem agitur de una vel altera conditione ad lucrandam indulgentiam imposita, non vero de precibus vel piis exercitiis, quae auctoritate Summi Pontificis indulgentias iam secum ferunt, et assumi possunt tanquam Sacramentalis poenitentia, nisi aliter mens concedentis declaraverit.

Ut itaque omnis ambigendi ratio de medio tollatur, sequens dubium solvendum proponit:

Utrum poenitens precem aut pium opus indulgentiis ditatum explens, possit simul et poenitentiae satisfacere et indulgentias lucrari?

Et Emi Patres in Congregatione Generali ad Vaticanum habita die 11 Iunii 1901 rescripserunt:

Affirmative, facto verbo eum SSmo.

Quam quidem resolutionem, in audientia habita ab infrascripto Cardinali Praefecto die 14 Iunii 1901 relatam, Sanctitas Sua benigne confirmavit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 14 Iunii 1901.

S. **CARD**. CRETONI, *Praefectus.*

L. * S.

f F**RANCISCUS** S**OG-ARO** Archiep. Amiden., *Secretarius.*

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

LETTERA all'Emo e Rmo Sig. Cardinale S. Vannutelli Penitenziere Maggiore.

In occasione dell'ultima adunanza dei Vescovi di questa Regione (Provincia di Torino e Vercelli) si è osservato da alcuni dei Rmi Ordinari come gli Spedizionieri Apostolici non tengono una condotta uniforme nell'esigere l'agenzia Joro spettante in occasione delle dispense matrimoniali che si spediscono da codesto Ven. Tribunale della S. Penitenzieria.

Non manca anzi fra gli Spedizionieri chi continua ad esigere lire cinque per ogni dispensa, sebbene l'Agenzia da codesto Tribunale sia tassata in lire tre o meno, salvo in alcuni casi rarissimi rinunziando ad ogni propina.

Si è pertanto deliberato che da tutte le Curie di questa Regione venga inviata per mezzo del Cancelliere delle singole Curie al proprio Spedizioniere una *Nota* nei termini seguenti:

« In ossequio alle venerate disposizioni della S. Penitenzieria i Vescovi della Regione Piemontese insieme raccolti in Torino per le consuete adunanze annuali, hanno deliberato d¿ *attenersi strettamente,* a cominciare dal primo del prossimo

Gennaio 1901, *alla tariffa segnata nei singoli rescritti* per le dispense Matrimoniali, che si concedono dal medesimo Sacro Tribunale ».

Ma prima di dare esecuzione a tale deliberazione, di accordo coi Rmi miei Colleghi, supplico umilmente Vost/a Eminenza a volermi significare il prezioso suo parere al riguardo.

E baciandole umilissimamente le mani, godo professarmi con profonda osservanza.

Di Vostra Eminenza Revma

Torino 25 Ottobre 1900.

Umo Devmo Serv. vero
f A. CARD. RICHBLMY ARCIVESCOVO.

RISPOSTA

In risposta al venerato foglio di Vostra Eminenza in data 25 del prossimo passato Ottobre, ho l'onore di significarle che questo Sacro Tribunale non solo non trova nulla a ridire rispetto alla Nota che i Riîii Ordinari della Regione Piemontese si propongono di dirigere per mezzo dei Cancellieri .delle rispettive Curie al proprio Spedizioniere, ma la reputa anzi pienamente conforme alle regole del medesimo Tribunale adottate al principio del corrente anno.

E baciandole umilissimamente le mani, con profondo rispetto mi rassegno

Di Vostra Eminenza

Roma 10 Novembre 1900

Umo Dmo Servo vero
S. VANNUTELLI PENIT. MAGO.

Emo e Rmo
Sig. Cardinale Riehelmy
Arcivescovo di Torino

La S. Penitenzieria comunica quanto sopra a codesta Rma Curia Ecclesiastica come norma in simili casi e con espressa dichiarazione che alla tassa di agenzia segnata nelle dispense non può e non deve farsi alcun aumento, che ridonderebbe in aggravio dei poveri dispensandi.

(Versio Latina)

LITTERAE Emi Archiepiscopi Taurinensis ad Emum Poenitentiarium Maiorem.

Occasione ultimi conventus Taurini habitus ab Ordinariis Provinciae Taurinen, et Vercellen, nonnuli ex illis animadverterunt non esse penes procuratores apostolicos eamdem exigendi rationem quoad pretium procurationis petendum, eisdem debitum, quando a Sacro Tribunali Poenitentiariae dispensationes expediuntur matrimoniales.

Quin imo non deest inter eosdem Procuratores apostolicos, qui exigat *quinque* libellas pro qualibet dispensatione, quamvis remuneratio haec ab isto Tribunali taxata fuerit in libellis tribus vel etiam minus, exceptis casibus rarissimis, quibus nuncium mittant omni taxae constitutae.

Hinc resolutum concorditer fuit, ut cuiuslibet Curiae cancellarius proprium moneat apostolicum procuratorem de his quae sequuntur: Ordinarios Provinciae Pedemontanae, in unum collectos, Taurini pro suetis in annum conventibus, obsequium praestantes sacri Tribunalis Poenitentiariae dispositionibus, statuisse stricte sequi, incipiendo a proximo Ianuarii mense 1901, taxam signatam in quolibet rescripto pro dispensationibus matrimonialibus.

Verum antequam executioni mittatur deliberatio haec, Episcopi omnes una mecum collecti, expetunt ut Eminentiae Vestrae sententia, super hanc rem pandatur.

LITTERAE Emi Cardinalis Poenitentiarii maioris ad Emum Archiepiscopum Taurinensem, quibus eumdem certiorem facit : sese omnino probare notam, quam Ordinarii regionis Pedemontanae mittere constituerunt, opera cuiuslibet respectivae Curiae ad proprium Procuratorem Apostolicum; utpote quae sit omnino conformis regulis, quos sacrum Poenitentiariae Tribunal ab exordio huius anni sequi constituit.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

VALENTINEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Die 19 Maii 1900, et 22 Iunii 1901.

Sess. 24, cap. 5, de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Gustavia vix 19 aetatis annum attigerat, quum die 12 Februarii 1874 in parochiali Ecclesia loci, vulgo Buis-les-Baronnies (in Gallia) matrimoniali foedere iuxta tridentinas leges Seraphino annos 25 tunc nato, iuncta est.

Hae nuptiae a sponsae matre quamplurimum optatae, haud felices successerunt ; siquidem narratur Gustavia Seraphino nupsisse metu reverentiali a matre impulsa. Narrat enim Gustavia gravem animi aversionem fovisse erga Seraphinum, qui eius paternam domum frequentare solebat ; quapropter hisce propositis a matre nuptiis, (patre enim paucis abhinc annis orbata erat), statim illas respuit, aperte significans, se animum gerere erga Seraphinum vehementer alienum. Frustra tamen, mater enim filiae hoc coniugium imposuit, atque si vera sunt quae modo narrantur, ad extorquendum eiusdem consensum non coactiones morales dumtaxat adhibuit, sed quandoque etiam minis verberibusque usa est.

Verum qua de causa mater ad invisum coniugium filiam adegerit, ex actis non satis liquet ; quandoquidem Gustaviae mater de hac re a iudice percontata, contenta est affirmare : « je croyais de la bien placer et faire ainsi son bonheur ».

Ideoque puella persentiens, ut, ipsa refert, se amplius matris voluntati obsistere non valere, quin eam gravissimo afficeret dolore, cessit quidem, sed omnino invita. Quare nuptiae illico statutae fuerunt, ac quam primum celebratae.

Inito matrimonio, sponsa, si vera narrat, se devictam viro putabat, solummodo specie tenus ob ecclesiasticum ritum, non autem reapse ex animi consensu; hisce tamen non obstantibus, nono ab initis nuptiis exacto mense, coniuges prolem susceperunt. Attamen vita coniugalis haud felix extitisse videtur; vir enim potius quam sponsae benevolentiam sibi captare, eam iniuriis, verberibus affecit ; quare infelix puella huius infelicioris vitae pertaesa, nondum exacto anno ab initis nuptiis, marito valedixit et secum puerum adducens, in maternam domum se recepit.

Mox vero, cum mortuus esset puer , domu matris relicta, Lutetiam Parisiorum se contulit, ibique quamdam familiam nacta est, quae non solum Gustaviam hospitio recepit, sed eam sibi filiam adoptavit.

Interea temporis vir, propter absentiam mulieris a tecto maritali ad tribunal laicale recursum habuit, facile obtinens favorabilem sententiam divortii, contra quam Gustavia appellationem interposuit, non tamen in ea parte quae divortium respiciebat, sed ut nonnulla corrigerentur verba quae illius dignitatem offendere poterant; quod revera auctoritate iudicis factum est.

Deinceps Gustavia., viginti quatuor elapsis annis a separatione coniugali, quum rescierit a suo confessario matrimonium suum nullum esse ob impedimentum metus, ad Episcopum Valentinen, supplicem misit libellum, expostulat sententiam nullitatis matrimonii. Constituto processu, excussa est actrix per delegationem in Curia Parisiensi, ac percontati sunt testes ab ipsa indigitati nec non ex officio vocati. Vir quoque interrogatus fuit, quique vero non solum affirmat nullum intercessisse metum, sed actricem pleno consensu ac libenter hoc matrimonium contraxisse. Hisce omnibus ad exitum adductis, iudex Valentinensis die 11 Decembris 1899 hanc dedit sententiam:

« 1. - Considerantes quod consensus partium apparet maxime in die solemnitatis nuptiarum, et quod hac die nul-

lus testium vidit sponsam lacrymantem vel tristem, sola actrix illud affirmat.

« 2. - Considerantes quod testimonia testium sunt parum cohaerentia, parum affirmativa, addivi aiunt, praeter testimonia parentum qui videntur facta fuisse ex composite

« 3. - Considerantes quod magnum. spatium quinque et viginti annorum existit inter matrimonii celebrationem et postulationem actricis pro invalidatione contractus obtinenda, cum Seraphinus obtinuerit divortium quindecim abhinc annis, tunc occasionem favorabilem habebat actrix petendi nullitatem sui matrimonii.

« 4. - Considerantes quod Seraphinus, dictus in iudidicio divortii a *Nyons* et ex testimonii Gustavi Tatin « homme laborieux, d'un caractère affectueux pratiquant ses devoirs de chrétien », vocatus est apud iudices, incaute, subito non tempus habens testes pro sua causa advocandi.

« 5. - Considerantes quod incolae du Buis audientes informationem fieri pro annullatione matrimonii eiusdem ad aedem ubi erant iudices, aestuantes venerunt ad manifestandam reprobationem totius parochiae contra relaxationem matrimonialis vinculi.

«... dicimus, declaramus non constare de nullitate matrimonii ».

Disceptatio synoptica.

DEFENSIO MULIERIS. Actricis patroni duas in partes dispescunt orationem, atque in primis, sustinent, matrimonium initum ex metu, gravi, reverentiali, non secus ac ordinario seu vulgari, irritum esse.

Certum in iure est, aiunt, metum gravem, naturalem a causa libera iniuste ac directe incussum ad extorquendum •consensum irritare matrimonium ut constat *ex capp. 14, 15, 28 de sponsalibus et matrimonio ac ex cap. 8 de eo qui duxit uxorem, quam polluit per adulterium.*

Quod autem et metus reverentialis matrimonium irritet **DD.** omnes probant, etsi magna inter eos exardescat quae-

stio circa metus reverentialis naturam. Canonistae omne& iuxta oratores, docent timorem reverentialem irritas efficere nuptias, dummodo conditiones timoris vulgaris sive ordinarii induat, sit nempe gravis, naturalis, a causa libera iniuste et directe incussus ad extorquendum consensum. Quod si haec concurrant, omnia humana atque divina iura volunt ut eidem applicetur theoria canonica, desumpta ex principiis quae sponsalia et matrimonia regunt quaeque metum reverentialem minime excipiunt.

Ita loquitur Sánchez *in lib. IV, disp. VI, num. 14,* de matrimonio : « Infertur si filia matrimonium contrahat,, non praecedentibus minis, solum eo timore ne patris indignationem incurrat, esse validum, non enim hic metus censetur cadens in constantem virum____Hoc tamen moderarer ut intelligatur quando indignatio illa patris vel viri non diu perdurabit, sed spes est futurae reconciliationis; si enim timeret probabiliter diuturnam fore indignationem, et semper se habiturum patrem aut virum valde infestum et indignatum, obiecturumque passim illam inobedientiam crediderim esse timorem cadentem in virum constantem. Quis enim vir constans et prudens non reputabit grave malum, semper coram oculis habere infestum patrem aut virum, aut alium a quo pendet, et cum quo semper versaturus est? »

Reinffenstuel in *lib. Decret, tit. XL, n. 95,* haec habet: « Etsi sola reverentia erga parentes aliosque maiores, seu metus reverentialis, ex se solo non sufficiat ad irritandum v. g. matrimonium a filiis celebratum, vel rescindendum alium contractum, secus tamen est dicendum, quando simul accesserunt saevitiae vel graves minae parentum aut maiorum respectu filiorum seu subditorum nisi obtemperaverint, vel saltem preces importunae et instantissimae ». Eamdem doctrinam tradunt Engel in *lib. 1 Decret., tit. 1, § V, n. 4.* - Pontius, *De Matrim, lib. IV, Cap. 5.* - Schmalzgrueber *lib. I Decret., tit. XL, n. 5* et S. Alphonsus *Theol. Mor. lib. VI, n. 1056,* proposito dubio « An metus reverentialis sufficiat ad invalidandum matrimonium », respond

«lit : « Ad dubium autem deveniendo prima sententia quam tenent... dicit purum metum reverentialem, si est principalis causa matrimonii, illud irritare. Secunda vero sententia communis et recepta quam tenent dicit non sufficere puram reverentiam, sed requiri ut adiungantur aut verbera aut minae aut timor alicuius gravis mali, puta odii, diuturnae indis-nationis etc ».

Ad alteram orationis partem descendentes advocati, totis "viribus propugnant matrimonium a Gustavia initum fuisse sub gravi metu reverentiali, ideoque eius matrimonium nullitate laborare. Quod in primis demonstrare contendunt quatuor ex argumentis: 1. Matrimonium cum Seraphino Gustaviam semper odio habuisse, matrem e contra illud firmiter voluisse. — 2. Matrem fuisse indole absoluta, imperiosa, inflexibili ; viceversa filiam fuisse indole debili, timidissima, violentiasque matris supra modum perhorruisse. - 3. Matrem ad extorquendum filiae consensum se exhibuisse superciliosam, austeram, dure loquentem ; adhibuisse gravia verba (et quod ad metum reverentialem minime requiritur) minas ac verbera. - 4. Filiam demum ad obstinatae matris indignationem evitandam viribus animoque destitutam, hoc matrimonium subiisse.

Quod revera Gustavia hoc matrimonium semper odio habuerit, hoc oratores probant ex iurata actricis depositione, ait enim: « M.r Séraphin m'inspirait une antipathie, qui allait jusqu'à la répugnance, antipathie qui devint de la haine quand je vis l'instance qu'il mettait à vouloir m'épou•ser... son seul aspect m'inspirait une antipathie et une profonde aversion naturelle ». Et alibi: « J'ai toujours repoussé l'idée de ce mariage.... le matin même du mariage je protestai contre la violence qui m'était faite par mon attitude, ma tristesse, mes larmes, mon abattement.... la veille j'avais songé à en finir en me jetant à la rivière. C'est la peur de perdre mon âme qui m'a retenue... Ce que j'affirme c'est que je n'ai pas donné un véritable consentement. En moi même je n'ai cessé pendant la double cérémonie

comme avant, de protester contre la violence qui m'a été faite, et de déclarer que je ne voulais pas de ce mariage contre lequel je me révoltais. Je ne voulais m'engager à quoi que ce soit. Je ne croyais pas contracter un engagement valide ».

Hanc vero Gustaviae repugnantiam contra virum et matrimonium confirmant eiusdem mater aliique testes. Ita mater testatur: « La proposition (du mariage) n'a pas été acceptée volontiers par ma fille... J'ai d'abord usé de la persuasion lui disant que ce mariage était avantageux pour elle. Elle me répondait: Maman, non, ne me marie pas... elle disait que elle se mariait à contre coeur... M.r Seraphin a été agréé comme fiancé quinze jours avant le mariage. Pendant ces quinze jours, il est venu à la maison quatre ou cinq fois au plus pour régler les questions matérielles du mariage. Il était bien reçu par moi vu que cela, m'allait ; mais ma fille restait indifférente et froide, elle était comme une idiote ». Et testis Maria Mayer affirmat : « J'ai entendu dire plusieurs fois à mon père et à ma mère que peu avant le mariage, mon père étant venu dans la famille... Gustavie se jeta à ses genoux en disant avec larmes qu'on la forçait à se marier, que sa mère l'obligeait, que mon père fit des observations à Ja mère qui répondit: c'est trop tard, j'ai donné ma parole ». Eadem referunt actricis frater, ac plures testes, qui omnes uno ore proclamant Gusta viam, matrimonium cum Seraphino maxime perhorruisse.

Sed, prosequuntur oratores, si Gustavia huiusmodi nuptias detestabatur, mater e converso illas firmiter voluit. Actrix: « Ma mère avait donné sa parole sans même consulter, elle se croyait obligée de tenir son engagement___ elle suivait en agissant ainsi sa nature impérieuse »... Ipsamet mater fatetur : « Son frère me disait qu'il ne voyait pas que ce mariage fut un avantage pour elle. Je répondais c'est inutile je l'ai dans ma tête ! 1 »

Ulterius patroni gravitatem incussi metus probare sata-

gunt ex imperiosa ac inflexibili matris indole, et e contra ex natura miti ac timida filiae. « J'ai dit, ait Gustavia, quel était le caractère habituel de ma mère vive, emportée, facilement irritable, impérieuse, très autoritaire. Elle nous avait élevés à la baguette, exigeant de chacun de ses cinq enfants une obéissance immédiate et passive. En ce qui concerne, j'ai eu plus à souffrir que mes frères ». - Mater autem de filia inquit : « Elle était bonne, douce, obéissante. Elle est restée jusqu'à seize ans chez les Religieuses du St. Sacrement à Buis-les-Baronnies. Elles me disaient qu'elles auraient bien du la garder parcequ'elle aurait fait une bonne religieuse. Elle m'obéissait à la moindre des choses. Elle aurait eu peur que je la gronde... une fois ma volonté imposée, elle n'aurait pas osé résister, et même me faire connaître par un acte violent son opposition ».

Omnes autem testes de diversa matris et filiae indole deponunt : « Elle est certainement très autoritaire, inquit Dominus Frachat, et impérieuse : cela se manifeste dans l'usage ordinaire de la vie disant toujours : Je veux, je veux. Cette dame pour son âge est encore très violente » - « J'ai connu Gustavie, ait Dominus Durieu, avant son mariage ; son caractère était très doux ; elle était soumise et respectueuse envers ses parents... J'ai connu M.me Veuve elle était très autoritaire à l'égard de ses enfants et particulièrement de Gustavie » - Et domina Higonnet affirmât : « le caractère de Gustavie était doux et soumis envers ses parents... M.me... est bien bonne femme, mais entêtée¿dans sa volonté et impérieuse envers ses enfants ». Item testantur Actricis frater, et plures alii, quos inter Dominus Vidal ait: « M.lle... avait un caractère doux, paisible et-timide, parfaitement soumise. Quant à la mère, son caractère était impérieux. Les enfants devaient faire ce qu'elle voulait ».

Ulterius ex actis constare dicunt matrem ad extorquendum filiae consensum se exhibuisse austeram, asperam, dure loquentem, adhibuisse verba graviter contumeliosa, et quo

necesse non erat. minas ac verbera : « Dans le moment des négociations, inquit Gustavia, et quand'elle vit ma résistance, ma mère devint naturellement plus irritable. Elle s'emportait, me donnait des soufflets même publiquement. Elle me menaçait et déclarait impérieusement que le mariage se ferait parcequ'elle le voulait. Tout cela est déjà loin, et cependant je me souviens que la veille du mariage, ayant répondu à une personne qui me parlait de la cérémonie qui devait se faire le lendemain « que je ne voulais pas me marier, et que je ne me marierais pas, ma mère me donna un soufflet retentissant ». . . . . . «Je me souviens que accablée par cette scène qui se termina par un soufflet dont je viens de parler, je songeai a me délivrer de tout par le suicide, ce sont mes convictions religieuses qui m'ont aidé en ce moment et plus tarde à supporter mes épreuves ! » Eadem confirmat eiusdem frater qui deponit: « d'avoir vu plusieurs fois souffleter sa soeur ».

Quare, inferunt defensores, Gustavia ad evitandam obstinatae matris indignationem, amplius resistere non valens manus victas dedit et matrimonium invisum subiit. Ad rem ait frater actricis : « certifie que sa sœur Gustavie n'a accepté le mariage que violentée, poussée par sa mère et sa famille, et cela malgré sa répugnance, son refus formel de l'épouser, et malgré ses instances, auprès de la mère, et de la famille pour empêcher ce mariage » - Dominus Durieu declarat « savoir que Mademoiselle... n'a épousé Monsieur Séraphin que forcée et poussée par sa mère, et sa famille sachant fort bien toute sa répulsion, que c'est contre sa volonté qu'elle l'a épousé! » - Eadem referunt domna Conil et dom. Maigre; et ipsa actricis mater scribit: « Je soussignée déclare, pour rendre hommage à la vérité, que j'ai usé de tout mon ascendant sur Gustavie alors âgée de 19 ans et sans volonté, et que je l'ai forcée à épouser M. Séraphin croyant ainsi assurer son bonheur. J'affirme devant Dieu que j'ai forcé ma fille à ce mariage, et que ni les pleurs, ni le conseil de la famille ne m'ont arrêtée, et cela parce-

que j'avais donné ma parole aux parents et au futur époux ». — Insuper oratores ad suam thesim magis confirmandam, adiuncta considerant, quae matrimonium praecesserunt, concomitata sunt, et subsecuta. In primis recolunt matrimonium statutum et contractum fuisse brevi spatio quindecim dierum : « M.r Séraphin a été agréé comme fiancé quinze jours avant le mariage. Pendant ces quinze jours, il est venu à la maison quatre ou cinq fois au plus pour régler les questions matérielles du mariage ». Quare deducunt defensores, res praecipitanter actae sunt ; quia, stante sponsae repugnantia, matri pervicaci, et audacissimo homini maxime intererat acerbam hanc rerum conditionem quam cito abrumpere, ne puella, audax periculo facta, in apertam rueret rebellionem.

In ipsa caeremonia celebrationis matrimonii observant patroni, signa extraordinaria moestitiae et contrarietàtis non defuisse. Etenim Gustavia affirmat : « anéantie brisée, je me laissai conduire à la Mairie à l'Eglise, pleurant, invoquant la morte. Ai-je répondu quand on m'a interrogée? Et qu'-ai-je répondu? Je ne me souviens de rien. Ma tristesse accablante et mes larmes attiraient l'attention. Plusieurs personnes me disaient « il ne faut pas pleurer ». Voilà l'impression que m'a causée la double cérémonie____toutes les personnes qui ont assisté aux deux cérémonies ont pu remarquer ma tristesse et mon accablement ».

Neque post matrimonii celebrationem haec contrarietatis signa cessasse, affirmant defensores. Mulier enim coniugalem actum explere totis viribus recusat, et nonnisi violentiae succumbit: «Jamais, ait ipsa, je ne me suis prêtée à l'accomplisement du devoir coniugai. J'ai résisté et me suis défendue tant que j'ai pu, et toutes les fois que M.r— a voulu accomplir l'acte coniugai, il m'a prise de force. J'ai eu un fils qui est mort à l'Age de 6 mois par suite des mauvais traitements que j'ai subis ». Hac de re, iuxta oratores, mirum non est, si perdurante vita coniugali coniuges in continuis iurgiis vixerunt.

Huc perducta oratione, nonnulla patroni advertunt de ipsis coniugum personis, ut facile intelligi possit, quanta sit virtus unicuique tribuenda, quanta fides eorum dictis praestanda. Quoad suam clientem dicunt, quod spectatissimi testes eam religione ac veracitate praestantem renuntiant.

Quod si quis obiiceret, interrogatorium Actricis cum testimonio matris non undique consonare ; dum enim una affirmat minas et verbera intercessisse, altera de his non loquitur ; reponunt oratores hanc discrepantiam nullius esse momenti et in accidentalibus cadere. Quandoquidem parvi refert utrum ad frangendam filiae reluctantiam verbera intercesserint, vel dumtaxat preces instantes, durum eloquium voluntatis imperium, quae, iuxta oratores, sufficiunt ad metum reverentialem constituendum. Insuper advertunt hic agi de muliere plusquam octuagenaria, cuius ex animo rerum longinquarum memoria excidere potuit. Hisce tamen non obstantibus, iuxta oratores, in testimonio matris talia insunt quae non unum, sed centum matrimonia irritarent. Ipsa enim iurat « que Gustavie a beaucoup pleuré disant qu'elle se mariait contre cœur, qu'une fois sa volonté imposée elle n'aurait pas osé résister, que à la présence de M.r Seraphin sa fille restait indifférente et froide, et que pendant la cérémonie religieuse sa fille était comme une idiote ». Iurat « devant Dieu, d'avoir forcé sa fille à ce mariage, et que ni les pleurs, ni le conseil de la famille ne l'ont arrêtée, et cela parceque elle avait donné sa parole aux parents et au futur époux ».

Quod si mulier, ob eius religionem ac veracitatem plenam mereatur fidem, non ita, contendunt patroni, dici potest de viro, de cuius pietate et religione nullum testimonium reperitur in actis. Sane ipse in sua depositione ad personarum absentium fidem recurrit, sed non audet eas nominare.

Insuper, prosequuntur oratores, vir, ut insonti mulieri noceat, res affirmât quae ab ipsa Gustaviae matre, illius insani amoris participe, reiiciuntur. Item spectatissimam fa-

miliam eiusdem ignominia et contumeliis in iudicio afficere non dubitat; sed Tribunal, ad perpetuam rei memoriam, eius impudentiam in actis notavit.

Tandem Seraphinus asserit, Gustaviam inoffense anni spatium sub coniugali tecto transegisse, et nulla ratione impellente, illud reliquisse. At e contra oratores testimonium afferunt quod « il était du reste de notoriété publique au Buis que ce Séraphin violentait sa femme, et la rendait très malheureuse, et elle était souvent l'objet de brutalités de la part de son mari ».

Postremo advocati contendunt, nihil omnino faciendas esse, imo etiam contrarium suadere, rationes decidendi quae iudicum Valentinensium animum moverunt in iudicando. Ipsi enim in primo « *considerantes* » affirmant quod « consensus partium apparet maxime in die solemnitatis nuptiarum » et quod « hac die nullus testium vidit sponsam lacrymantem et tristem, sola actrix hoc affirmat ». Sed, pergunt defensores, non semel accidit quod puellulae, quae matrimonium invitae contrahunt, animi repugnantiam die nuptiarum externa fronte celent. Comitatus enim nuptialis, amicorum concursus, extraneorum frequentia, impedimento esse possunt, quominus ipsae in lacrimas et fletus erumpant. Haec, iuxta oratores, velut circumstantiae concomitantes afferri solent, non ut maximae probationes. Perpendenda itaque sunt facta quae domi evenerunt, et ex quibus dumtaxat metus erui potest.

Falsum vero esse dicunt defensores, nullum testem sponsam vidisse tristem, et solam actricem illud affirmasse. Mater enim actricis testatur: « que sa .fille était comme une idiote qui suit le mouvement qu'on lui a imprimé ».

Insuper iudices affirmant testimonia testium esse *parum cohaerentia, parum affirmativa,* et insuper testimonia parentum videri *facta fuisse ex composito.*

At patroni hanc assertionem reiiciunt uti gratuitam calumniam et contumeliam, ac in medio afferunt testimonia circa veracitatem ac religionem testium, edita ab ipsis Cu-

riis inquirentibus. Ita Episcopus Thononensis affirmat: « Testes auditi commendabiles sunt ». - Archiepiscopus Avenionensis scribit : « Non est probabile ullam intercessisse collusionem inter testes et quoad aliquos testes id non solum probabile sed prorsus impossibile. Tandem omnes testes commendabiles sunt ». Et quod potissimum est ipsa curia Valentinensis testatur : « Non est probabile ullam intercessisse collusionem inter partes et inter partem et suos testes, et quoad aliquos testes, id non solum probabile, sed est prorsus impossibile; omnes- tandem testes commendabiles sunt ».

Tertium « *considerantes* » iuxta oratores, ridiculi fastigium attingit. Aiunt enim Iudices, magnum spatium quinque et viginti annorum extitisse inter matrimonii celebrationem et postulationem actricis pro invaliditate contractus obtinenda. Cum vero Seraphinus obtinuit divortium quindecim abhinc annis, tunc occasionem favorabilem habebat actrix petendi nullitatem sui matrimonii. - At, reponunt advocati, cuique liberum esse suo iure uti quando et quomodo voluerit. Tunc intererat Seraphino divortium obtinere nunc interest mulieri nullitatem matrimonii petere.

Quarto considerant iudices quod Seraphinus, dictus in iudicio divortii civilis ex testimonio Gustavii T. *homme laborieux d'un caractère affectueux, pratiquant ses devoirs de chrétien,* vocatus est apud iudices ecclesiasticos incaute, subito, non tempus habens testes pro sua causa advocandi. - Respondent oratores, quod in primo iudicio Tribunalis civilis Gustavia contumax existit, idcirco difficile non erat Seraphino, testimonium ex quo eius indoles *dulcis et ad laborem, proclivis* depromeretur a iudicibus, absente muliere, obtinere.

Verba autem Gustavi T. non ita se habent velut a Tribunali traduntur. Is ait: « le caractère de Seraphin était jaloux et en dessous (non ergo dulcis!); à l'époque de son mariage il pratiquait ses devoirs religieux ; maintenant je l'ignore, ayant quitté le Buis depuis 10 ans ».

Falsum vero esse dicunt oratores, quod Seraphinus subito

vocatus, tempus non habuit testes pro sua causa vocandi. Etenim vir a tribus iam mensibus resciverat, Gustaviam actionem nullitatis intendisse ; quare numquam ipse de temporis defectu conquestus est. Et revera percontanti iudici « avez-vous des témoins à produire, des pièces à communiquer au Tribunal? Qu'a vez-vous à ajouter? respondit : «je n'ai ni témoins ni pièces a produire ».

Considerant postremo iudices Valentinenses, quod incolae du Buis audientes informationem fieri pro annullatione matrimonii huius ad aedem, ubi erant iudices, aestuantes venerunt ad manifestandum reprobationem totius parochiae contra relaxationem matrimonialis vinculi. Sed hoc asserere ridiculum esse dicunt patroni; quandoquidem iustitiae administratio furori popolari obnoxia esse non debet, iuxta vetus effatum «pereat mundus, sed fiat iustitia ». Attamen defensores mirantur quod Iudices inquisitores hos clamores non animad verterint ! Et sane in litteris, quibus acta ad Episcopum Valent, transmittunt, de his clamoribus iudices inquisitores ne verbum quidem faciunt, « perfecta animi aequitate inquisitionem peregimus, testes audivimus, conquisivimus etc. ».

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS VINCULI. EX adverso vinculi defensor totis viribus contendit non constare in casu de matrimonii nullitate; quandoquidem ad hanc probandam non verba, sed facta, et quidem concludentia, adducenda sunt. Et in primis affert quae nos docet sacra Rota, *decis. 149, § 1;* coram Ratto : « Cum agatur de matrimonio contracto coram parocho et duobus testibus iuxta formam praescriptam a sacro Concilio tridentino in *sess. 24, De reform, matrim, cap. 1,* et in ipso celebrationis actu intervenerit liber consensus utriusque contrahentis, omnis praesumptio militare debet pro validitate eiusdem matrimonii, nullaque ratio habenda est de oppositis exceptionibus, quando illae non sunt adeo perstringentes et efficaces, /ut incontinenti et concludentissime, evincant praetensam nullitatem, sive ex defectu liberi consensus, sive ex alia irritanti causa promanantem ».

Recolit etiam defensor quod Instructio a S. C. S. R. U. Inquisit. die 20 Iunii 1883 edita in *artic. De impediment. vis et metus* § *39,* praecepit: « Iudex sciat matrimonium esse per se factum quoddam solemne et publicum, quod semper validum censeri debet, nisi evidentes rationes eiusdem nullitatem demonstraverint. Ideo curandum quidem omni studio atque diligentia, ut rationes istae colligantur, sed iudicium contra matrimonium nunquam erit pronunciandum nisi earum complexio omne prudens dubium de existentia impedimenti excludat ».

At, pergit vinculi defensor, ad metum probandum haec et non alia habet Gustavia : « Dans le moment des négociations (matrimonii), et quand elle vit ma résistence, ma mère devint naturellement plus irritable. Elle s'emportait, me donnait soufflets même publiquement. Elle me menaçait et déclarait impérieusement que le mariage se ferait, parce qu'elle le voulait. Tout cela est déjà loin : et cependant, je me souviens que la veille du mariage, ayant répondu à une personne qui me parlait de la cérémonie, qui devait se faire le lendemain, - que je ne voulais pas me marier et que je ne me marierais pas -, ma mère me donna un soufflet retentissant ».

Iamvero mater percontata : « Veuillez-nous dire en détail ce que vous avez fait pour vaincre la résistence de votre fille ! Avez-vous essayé d'abord de la persuasion ? Avez vous fait des menaces? Lesquelles ?... » quamvis et ipsa nunc omnia movet, ut matrimonium nullum declaretur, attamen reponit : « J'ai d'abord usé de la persuasion, lui disant que ce mariage était evantageux pour elle. Elle me répondait; Maman, non, ne me marie pas. Et je répondais : Je le veux. Je n'ai pas eu besoin d'employer des paroles dures ni des menaces; car mes enfants, filles et garçons, savaient très-bien que quand j'avais dit: je veux, ils devaient plier. Ils n'auraient pas même remué un objet dans la chambre sans me dire: Maman le veux-tu? J'étais sérieuse, j'aimais mes enfants, et ils m'aimaient. J'étais alors veuve depuis quatre ans ».

Insuper, advertit orator, decantata iurgia, dissidia, contentiones matrem inter et filiam, quamvis si actricem audias, evenissent etiam «publiquement», nemo tamen audivit tempore sin minus non suspecto.

Sane Adrianus Girard, _ frater Ioannae Girard (iam defunctae) de qua actrix ait : « Je n'avais qu'une amie, Mlle Jeanne Girard, à qui je confiais tout », sciscitatus : Savez-Yous si Mlle, (actrix) aurait contracté ce mariage par crainte ou pression ? » iureiurando affirmat : « Je n'en sais rien et ne l'ai jamais entendu dire ».

Item Theresia Vidal ad eandem quaestionem respondet : « L'ayant interrogée sur son futur mariage avec Séraphin, elle me répondit que voulez-vous? je fais ce que ma mère veut ». Urgenti iudici « paraissait-elle contrariée de ce mariage ? » reponit : « Non ».

Non diffitetur vinculi defensor, Mariam Conil, praedictae Philumenae sororem in iudicio affirmasse : « Peu après son mariage elle (Gustavie) n'était pas contente et me disait : « Ne fais pas comme moi ; ma mère m'a forcée à me marier ». Je ne sais pas autres choses sur cette question ». Sed, reponit orator, testimonium Mariae Conil minoris ponderis est, quam testimonium Philumenae. Haec enim in aetate annorum 33 iam versabatur, dum Maria puellula erat septemdecim annorum. Imo defensor concedit, Mariam a Gustavia reapse audisse narrationem illam ; sed mirum non esse dicit, quia Gustavia ita locuta est tempore initi matrimonii, quando « elle n'était pas contente ».

Imo, prosequitur, generalia verba « forcée » aliaque similia, ceu notum est etiam fori stipitibus nil probant, quia incussio metus probanda est per facta narrata cum singulis circumstantiis et adiunctis loci et temporis. Sane posteaquam matrimonium malos exitus habuerat, de matrimonio coacto per verba generalia, quae nihil probant, locuta est ipsa actricis mater. Certe Ioseph Frachat de hac re interrogatus respondet: « Madame T... ne m'a parlé de ce mariage que depuis qu'il a été question de l'annuler, vu que

c'était un sujet pénible, dont on parlait le moins possible en famille ».

Non negat vinculi defensor quod Casimirus, Gusta viae frater, facta suis ipse oculis compluries vidit, quibus mater metum Gustaviae intulit. Ait enim: « Je l'ai vue souffleter plusieurs fois ma sœur ». Sed reponit, Casimirus facta non refert cum circumstantiis et adiunctis loci et temporis, quae comitabantur alapas, quas mater filiae impingebat. Quandoquidem sic et non alias certiorari possumus, an eae gravem metum constituant et an ad extorquendum consensum in matrimonium intentatae sint. Sic Casimiro facile erit habere contestes. Imo Casimirus adiicit : « Ma soeur aillée et ma tante Eugénie Chaudron, sœur de ma mère, voulaient marier Gustavie avec Seraphin, et ma sœur a subi la volonté de ma mère, de ma sœur ainée et de ma tante ». Attamen dolet vinculi tutor, quod ad examen nominati testes adducti haud sint.

Imo, prosequitur, in more habet Gustavia affirmare facta et solici tam minime se exhibere de testibus. Porro ipsa asserit : « Je me souviens que la veille du mariage ayant répondu à une personne, qui me parlait de la cérémonie qui devait se faire le lendemain », que je ne voulais pas me marier et que je ne me marierais pas « ma mère me donna un soufflet retentissant. La plupart des témoins de la scène ont disparu ». Miratur orator complures testes datos esse : at cur ad examen non adduxit testes superstites?

Ulterius, pergit sacramenti vindex, testes, qui factis praesentes fuerunt, nihil eorum viderunt, quae actrix modo asserit. Sane Casimirus, actricis frater, percontatus : « Savez-vous si pendant la cérémonie religieuse du mariage, elle (Ioanna) a donné son consentement sans difficulté, ou bien avec répugnance et en pleurant », nitide reponit: J'ai assisté au mariage, et ma sœur s'y comporta comme les autres ». — Ad eamdem quaestionem actricis mater Iulia reponit: « Il n'y a eu rien de particulier à la cérémonie. Ma fille était comme une idiote qui suit le mouvement

qu'on lui a imprimé. Je n'ai rien entendu et rien remarqué de particulier, quand elle a répondu au prêtre. Elle n'a, à cette occasion, manifesté ni plaisir, ni rien du tout ». Et vice-parochus, qui matrimonio astitit, qua parochus proprius refert: « Je me rappelle très bien qu'à la sacristie, quand est venu le moment de signer l'acte, personne ne paraissait triste pas plus la mariée que les autres : et que le *Oui* sacramental a été prononcé par elle, comme le prononcent toutes les nouvelles mariées ».

Insuper actrix asserit: « Au milieu des parents et des invités je protestai contre la violence qu'on me faisait, déclarant que je ne voulais pas me marier; que je ne voulais pas épouser M.r Seraphin » ; sed quaerit orator cur neminem ex his ad examen adduxerit. Mortui omnes haud videntur. Nam ipsamet Ioanna testatur : « Mes témoins (in celebratione matrimonii) étaient mon père nourricier (defunctus) et un dernier frère de mon père, qui doit vivre encore ».

Imo, pergit defensor, nemo facile credet municipii praesidem ac Ioannae parochum operam suam matrimonii navasse, si vera Ioanna narraret, cum inquit : « Je n'ai cessé, pendant la double cérémonie comme avant, de protester contre la violence qui m'a été fait, et déclarer que je ne voulais pas de ce mariage, contre lequel je me révoltais ».

Rursus Gustavia testatur : «M.Ile Jeanne Girard était ma fille d'honneur (in matrimonii celebratione). Elle m'aimait bien ». Alibi eamet Gustavia renuntiat: « Je n'avais qu'une amie M.Ile Jeanne Girard à qui je confiais tout ». Iamvero, ait defensor, verisimile haud est, Ioannam Girard ab officio « fille d'honneur » minime refugisse, si scivisset se per hoc amicam dulcissimam ad baratrum maiorum impellere.

Praeterea inter illos invitatus fuisset etiam actricis « père nourricier». Gustavia etenim refert: « Mon pére nourricier M. Frèjus Camille, aujourd-hui décédé, invité à ma noce, arrivé la veille ». Ergo Canditus Fréjus propriis ipse

auribus audivit : « le soufflet retentissant » quem Gustaviaé impegit mater vespere diei celebrationem matrimonii praecedentis, audivit Ioannam cum mane diei matrimonii « protesta contre la violence qu'on lui faisait, déclarant qu'elle ne voulait pas se marier ; qu'elle ne voulait pas épouser M.r Seraphin ». Nihilo tamen secius, iuxta oratorem, Camillus et ipse perniciei Ioannae cooperatus esset, quippe qui officio testis matrimonialis functus est.

Ulterius actrix ait : « Ma mère me dit à brûle-pourpoint: Je te vais marier avec M.r Seraphin. Jeme récriais déclarant que le Monsieur ne me plaisait pas et que je ne voulais pas l'épouser. Tout d'abord mes frères, ma soeur, ma tante, toutes les personnes de la famille étaient pour le mariage ». Omnes isti certo certius astabant, cum actrix a matre alapa resonante percussa est et cum eadem actrix « au milieu des parents et des invités » mane diei matrimonii « protesta contre la violence». At, peregit defensor, actrix unum Casimirum ad examen adducere solicita fuit.

Demum Gustavia refert : « Il m'est arrivé de dire à M.Ile L. (matrem futuri coniugis) et à ses filles: Vous voyez bien que je n'aime pas M.r Seraphin? pour-quoi me l'imposer, laissez moi tranquille. Elles étaient embarrassées, me demandaient les raisons de mon antipathie ». Iamvero miratur defensor quod actrix excuti detrectaverit testes, qui tam praeclara firmare possent.

At, iuxta coniugii tutorem, quaestionem solvit ipse vir cuius religionem in dubium revocare audet nemo : imo Casimirus T. de religione ac veracitate viri confitetur: « Il pratiquait ses devoirs religieux ». Iamvero a iudice interrogatus Seraphinus, sub sanctitate iuramenti omnes actricis cantiunculas inter fabulas amandat. Sane ad interrogationem : « Quand et comment a-t-il été question de ce maria,-ge? » respondet: « Je ne me le rappelle pas. Lorsque je fis demande de la jeune fille à sa mère, j'y étais autorisé depuis longtemps par la jeune fille. La mère en fut flattée, me demanda d'en parler à son fils, et me promit une ré-

ponse en huit jours. La réponse fut donnée favorable par la mère. . . . . » Percontatus: « Avant le mariage avait-elle (Ioanna) opposé de l'anthipatie et de la froideur ? » ait: « Non ». Iterum : « Le jour du mariage était-elle triste? A-t-elle répondu - oui - avec netteté aux questions de «celui qui bénissait le mariage ? Avant et après la cérémonie ne s'est il rien passé qui put démontrer que la jeune fille était contrainte ? » affirmat : « Non ; elle n'était pas triste. Elle a répondu nettement - oui - à celui qui bénissait le mariage. Il ne s'est rien passé qui démontre qu'elle fut contrainte. Le voyage des noces s'est passé gaiment (testis est proles nono mense edita) ». Tandem quaerit iudex: « Quelles causes ont amené la rupture ? en séparation judiciaire, divorce civil, pour quelles causes et au profit de qui? » — ait vir: «Dissentiments de famille entre les parents ; il y a séparation judiciaire, divorce civil prononcé en ma faveur.... »

Tandem, recolit orator, matrimonium celebratum est •die 14 februarii 1874: vix anno a nuptiis expleto, Gustavia Seraphino valedixit; die 26 ianuarii 1899 tum primum advertit matrimonium se contraxisse [invitam. Iamvero ut .admirationi omnium Gustavia fastigium imponat, adiicit : « Si je la (petitionem praetensae nullitatis matrimonii) formule aujourd'hui ce n'est pas que je songe moi-même à reconquérir ma liberté dont je n'ai que faire, car je ne songe pas à me remarier, mais c'est, je puis le dire, par charité pour M. S.... J'ai appris qu'il avait demandé plusieurs jeunes filles en mariage, lesquelles l'avaient refusé à cause du lien religieux qui nous lie encore lui et moi ». Dum vero ex adverso vive Seraphinus coram iudice profitetur: « Je m'y oppose, car je suis marié devant Dieu ce qui m'empêche de remarier ».

Ast propositum tunc dubium apud S. C. C. « *An sententia Curiae Valentinen, sit confirmanda vel infirmanda in casu,* responso dimittere placuit : *Dilata et coadiuventur*

probationes iuxta instructionem dandam a defensore matrimonii ex officio.

Statim, ut EE. PP. mandaverant, instructio exarata fuit, quae sequentis est tenoris : « Nonnulli ex excussis testibus suadere volentes metum actrici a matre illatum fuisse ut ad matrimonium cum Seraphino celebrandum eam adduceret, utuntur verbis generalibus, v. gr. - elle a été forcée - ; vel factum aliquod memorant, reticentes circumstantias, quae factum illud comitatae sunt, exempli gratia : - la mère lui donna un soufflet -. Quocirca hi testes, si possibile sit, iterum interrogentur, ut facta de se apta ad metum inferendum referant, aducientes circumstantias ad rem facientes, ac praesertim quam relationem factum ad matrimonii celebrationem habeat ; necnon adiuncta loci et temporis ; atque an propriis ipsi sensibus ea facta perceperint; si ab aliis acceperint, a quibus, et quando, aliaque huiusmodi ».

« Praeterea magni interest examen matris et sororum Seraphini, quibus Gustavia manifestavit (ipsa ait) se nolle Seraphino nubere : examen amicorum affinium ac propinquorum, coram quibus Gustavia ait, se vespere diei immediate praecedentis et mane diei quo matrimonium celebratum est, se ostendi^se suam a matrimonio aversionem : examen testium, qui nupturientes comitati sunt sive in municipio sive in ecclesia, ac praesertim patrui Gustaviae ».

« Postremo Gustavia denuntiat : - Tout d'abord mes frères, ma soeur, ma tante, toutes les personnes de la famille étaient pour le mariage -. Istorum etiam examen perutile esse potest ».

« Memoratorum testium sedem reverendissima curia ex officio accurate perquiret, eosque ad examen adducere, inscia, actrice, eo impensius curabit, quo magis actrix detrectat illorum examen. Haec non prohibent quominus examini subiiciantur testes, quos actrix ultro producit, aliique quos sive quocumque alio modo actorum moderatores deprehenderet de re instructus esse ».

Curia Valentinensis, ea qua par erat sollicitudine, ad

normam praefatae instructionis actricem iterum ad se vocavit, quinque ¡testes excussit et, processu expleto, acta huic S. Congr. transmisit. Quare hodie Vobis reproponitur causa non immutata in facti specie.

Actricis patroni antequam novas attestationes ad examen adducerent, per summa capita allegationes referunt, quas ipsi in praecedenti oratione satis superque demonstrasse •censent. Recolunt enim in factis esse, quod oratricis mater, mulier indolis imperiosae ac inflexibilis, ad iracundiam prona, filiam suam mitem et timidam ad invisum matrimonium adegit importunis atque instantissimis precibus, suasionibus et (quod ad metum reverentialem minime requiritur) minis ac saevitiis. Oratrix pro viribus restitit, sed ad evitandam matris indignationem victas manus cedere debuit, et omnibus festinan ter praeparatis, ad contrahendum accessit cum repugnantia aliisque tristitiae signis : subinde coniugalia officia detrectavit ac maximam a viro animi aversionem manifestavit.

Haec facta oratores ex iurato actricis iuramento, ex testimonio decem praestantissimorum testium, ac tandem ex circumstantiis praecedentibus, concomitantibus et subsequentibus matrimonium probarunt.

Ex altera parte mulierem ob eius religionem ac veracitatem plenam fidem mereri affirmant patroni, eo vel magis quod oratores nullam inveniunt causam, quae Gustaviam ad periurium impellat. Ipsa enim non honores, non divitias, non novos amores inhiat. Recuperare libertatem, non in aeternae salutis iacturam, sed ut Deo inserviat, desiderat. Nemo igitur, iuxta advocatos, cordatus admitteret, tantae pietatis mulierem, nulla cogente ratione, immo finibus sanctissimis permotam, animae suae detrimentum pati velle. Et concludunt, adducentes scriptas attestationes P. Gorlan Consultoris gen. Congreg. SS. Sacram, et actricis confessarii, nec non scriptum testimonium Superiorissae monialium Immaculatae Conceptionis ; uterque amplissimis verbis pietatem religionemque Gustaviae commendant.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS SACRI VINCULI. EX adversa vinculi defensor ab ipso initio contra actricem eloquentissimum recolit factum prolis nono a nuptiis mense susceptae. Quae res, si raro contingit quando puellae ultro citroque nubunt, miraculum sapit, si contingat, quando puella nupsit invita. Quocirca, iuxta oratorem, plenam fidem meretur vir, quando iudici percontanti : « S'est elle (actrix) prêtée sans résistence au devoir conjugal? » reponit: « Oui ».

Deinde adversus actricem clamare dicit peremptorium' silentium circa praetensas nuptias coactas protractum ad quinque lustra. Siquidem matrimonium celebratum est die 12 Februarii 1874 et anno a nuptiis vix expleto Gustavia a Seraphino discessit; nihilo tamen secius die 26 Ian. 1899 tum primum mulier advertit matrimonium se contraxisse invitam. Ad rem facit Instructio S. Offic, diei 11 lanuar. 1886 art. *De impedimento vis et metus* : « Circa impedimentum quod vis et metus dicitur, ante omnia advertendum occurrit neminem a iure admitti ad matrimonium ex hoc capite impugnandum, nisi qui violentiam et coactionem passus dicitur, reiici vero eum, qui per longum tempus in matrimonio vixerit, dummodo eidem libertas et opportunitas reclamandi non defuerit ; ita ut si liber iam a metu. sua sponte in coniugali domo perstiterit, matrimonialia officia non detrectaverit, audiri amplius non debeat ».

Ad nova acta accedens vinculi defensor, contendit ex. suppletis actis causam haud in potiori conditione inveniri. Etenim ex novis testibus nullus est qui factum aliquod narrat, ex quo vel a longe decantatum metum arguere liceat.

Quibus hinc inde animadversis, propositum fuit enodandum

Dubium

An sit confirmanda vel infirmanda sententia Curiae Valentinen, in casu.

RESOLUTIO S. C. C. re disceptata sub die 22 Iunii 1901 censuit respondere: *Ex hactenus deductis sententiam esse confirmandam.*

VERSALIEN, **SEU** PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Die 25 Maii 190i.

Sess. 24 Cap. 1 de refi matr.

COMPENDIUM FACTI. Magdalena puella venustate ac conspicuo censu ornata, iam ab infantia patre orbata, vix 19 aetatis annum attigerat, quum die 2 Iunii 1892 Versaliae in Ecclesia S. Aloysii matrimoniali foedere iuxta tridentinas leges Andreae, 22 annos nato, iuncta est.

Hae nuptiae, a sponsae matre quamplurimum optatae, haud felices successerunt ; siquidem videtur Magdalena Andreae nupsisse gravi metu compulsa. Sane, si vera sunt quae modo narrantur, puella, cui viri adspectus maxime displicebat, huic matrimonio totis viribus obstitit ; sed mater, propositi tenax, putans hisce nuptiis felicitati filiae consulere, ut invitum animum filiae necteret, omnia adhibuit media, saevitias, minas detrusionis in monasterium et exheredationis ; imo, si fides adhibenda sit, etiam metu mortis reluctantem puellam perterruit. Ideoque Magdalena, ut ipsa refert, persentiens se amplius matris voluntati obsistere non valere, cessit quidem sed omnino invita.

Tunc nuptiae illico statutae fuerunt et quam primum celebratae. Inito matrimonio, sponsi una simul vixerunt et nuptiale iter peragentes non sine aliqua mulieris repugnantia matrimonium consummarunt ; sed sponsis in patriam reversis, sive ob mulieris erga maritum aversionem, vel ob eiusdem difficile ingenium, id certum tamen videtur quod coniugalis vita haud pacifica fuerit. Quare, nondum exactis quatuor mensibus ab initis nuptiis, crescentibus in dies domesticis discordiis, vir coniugalem domum dereliquit et sententiam civilis divortii obtinuit, quae autem, per reconventionem mulieris in eiusdem favorem lata fuit.

Interim, duobus transactis annis a dissociato contubernio, mense nempe decembri an. 1894 Magdalena ad Curiam Versalien, supplicem misit libellum, exoptans ut suum ma-

trimoiiium nullum declararetur ex capite vis et metus. Ordinarius Versaliensis processum constituit; mulierem audivit, nec non testes ab actrice et ex officio productos, et, audito voto theologi et canonistae, die 27 Iunii 1895 contra virum contumacem hanc edidit sententiam: « Attento quod si fatendum est plures inter testes tum parentela, tum amicitia cum actrice esse coniunctos, eorum tamen nota indoles, et recta conscientia, necnon notitia rerum ad causam pertinentium quam habebant prohibet quin eorum testimonium recusetur;

« Attento quod, bis citato et non comparente sponso, nulla auctoritas erat iudicibus qua illum compellerent et aliunde, civili contractu rescisso, illius potius intererat ut matrimonium coram Ecclesia contractum nullum declararetur, unde illius infirmabatur testimonium;

« Attendentes quod ex depositionibus et actricis, et plurium testium, constat Magdalenam matrimonium cum Andrea non contraxisse nisi ob metum reverentialem illi a matre incussum;

« Attendentes quod metus ille gravis evasit, tum propter infirmam matris actricis valetudinem quam exasperatio quaelibet disturbare poterat ; tum propter minas filiae ab illa intentas illam exheredandi ; illam in conventum monialium donec extra tutelam fieret detrudendi et de alio matrimonio connectendo pro illa nunquam curandi, qui comminationes in adolescentulam nondum novendecim annos natam impendebat;

« Attendentes quod si actrix consensum exprimens qui in sua voluntate non erat plenus et liber, culpam inconscia admisit, haec culpa non obstat quin consensus vitiatus fuerit.

« Quibus de causis declaramus et iudicamus matrimonium in casu fuisse nullum. »

Uti par erat, contra hanc sententiam appellationem interposuit vinculi defensor Versaliensis apud Curiam Metropolitanam Parisiensem, quae, novis auditis testibus, quos

inter ipsemet vir, qui in prima instantia contumax fuerat, die 25 Ian. 1897 sententiam primae instantiae cassavi t ac matrimonium validum declaravit, has decidendi rationes afferens :

« Attento quod solus metus gravis, iniustus, et ad extorquendum consensum incussus irritet matrimonium;

« Attento quod non perspiciatur qua ratione gravi induci potuerit mater ad vim faciendam filiae ;

« Attento quod iuridice non probetur minas exhaeredandi puellam eamque in conventu monialium recludendi incussas fuisse filiae a matre, quum praeter ipsas, nullus adfuerit testis nec ocularis nec auricularis ;

« Attento quod ii qui has minas audiverunt tum a matre tum a filia, facile eas exaggerare potuerint, praesertim videntes postea puellam miserrimam ;

« Attento quod non videatur quomodo minae illae, si exstiterint, quales a testibus quibusdam referuntur, metum gravem iniecerint in mentem filiae, quum non probetur eas fuisse diuturnas nec instantissimas ;

« Attento praeterea quod non videatur aliquid grave timendum habuisse filiam ex parte matris a qua vehementer diligebatur ;

« Attento quod praetermissis quorundam Testium depositionibus, quae adversam Actrici mentem redolere videantur, e testimoniis nec singillatim sumptis nec in unum collectis eluceat nullitatis certitudo ;

« Attento quod Testimonium Dui Claude, actricis avunculi etsi omnino sincerum, tamen ab aliqua suspicione immune esse non possit, quum neptem suam multum diligeret Indeque matrimonio valde contrarium se ab initio exhibuerit ;

« Attento quod robur testimonii Dñae Rogues minuatur, quum aliis gravibus testimoniis contradicat, circa consilium de ineundo matrimonio a Dno Rogues viro suo, hodie defuncto, latum;

« His omnibus et singulis mature perpensis... Pronun-

ciamus non satis constare de nullitate matrimonii, de quo agitur ideoque sententiam Versaliensem esse reformandam ».

Huic sententiae non acquievit actrix, et statim apud S. Sedem appellationem interposuit, quam revera non est prosequuta nisi duobus post annis.

Disceptatio Synoptica.

MULIERIS DEFENSIO. Magdalenae patrocinatores tria in capita salebrosam quaestionem dispescunt, atque primo probant vim et metum in themate fuisse sufficientem ad matrimonium dirimendum, ipso orationis exordio monent matrimonium solo consensu contrahi, et plena debere securitate gaudere : si ergo aliquid libertati desit matrimonium nullo pacto contrahi, docet Alexander III in *Cap. 14 de sponsal.* Verum non quivis metus libertatem tollit et matrimonium invalidat, sed ille tantummodo metus, quem ius Canonicum *(De Sponsal. et Matr. C. Consultationi)* dicit cadere in constantem virum ; metus scilicet gravis et iniuste a causa libera incussus, ad extorquendum consensum in matrimonium. Hinc Salmanticenses *Tract. IX, de Matrim., Cap. IX, punct. 1, n. 18 et seqq.* tradunt: « Sequentes conditiones pro metu gravi cadente iri constantem virum assignant communiter Doctores. Prima conditio ad metum cadentem in virum constantem est, quod malum, quod timetur grave sit... Secunda, requiritur ut quis non leviter credat sibi malum imminere, sed probabiliter et rationabiliter.. Tertia, ut metum incutiens potens sit minas executioni mandare... Quarta ut metum incutiens minas exequi solitus sit, vel in eodem genere mali, vel in alio simili... Quinta et ultima ut non possit timens facile occurrere malis imminentibus vel per se vel per superiorem, vel per amicos ».

Hisce in iure praehabitis, oratores accedunt ad facta probanda, et in primis testimonium afferunt Magdalenae, quae sub iurisiurandi fide ita testata est: « Oui, avec ma mère, il y a eu menaces, violences, il y a eu insistance, refus formel d'écouter mes raisons. Elle me disait que mon

refus n'était que caprice, idées préconçues; que les défauts de caractère de mon futur disparaîtraient lorsqu'il serait mon mari... Ma mère ne m'a pas frappée, mais elle a levé la main sur moi, faisant le geste de me frapper, au moment de la signature du contrat, à propos d'une clause non acceptée par M. Andrea ; il fit une scène de colère épouvantable , se laissant aller à des réflexions déplacées ; ma décision fut prise alors, je m'éloignai de lui, et après le départ de M. Andrea et de sa mère, j'allais vers ma mère, la suppliant, tout en pleurs, de rompre ce mariage. Otant ma bague de fiancée, je la conjurai de la remettre au jeune homme. Elle se mit alors en colère, disant que c'était impossible, le mariage devant avoir lieu dans trois jours. Elle leva la main sur moi, mais sans me frapper, me menaçant de me remettre dès le lendemain au couvent jusqu'à ma majorité, de ne plus s'occuper de moi pour tout autre projet de mariage et de ne pas me donner de dot. Jusqu'au dernier moment, je renouvelai mes supplications, sans rien obtenir ».

Haec omnia praestantissimi testes confirmant. Ita Actricis mater, minis metum incutiens, ait : « J'ai imposé ma volonté avec violence. Je lui ai dit: Tu me céderas, ou dès demain tu iras au couvent, où tu resteras jusqu'à ta majorité ; je ne m'occuperai d'aucun autre mariage, je ne te donnerai pas de dot, je te déshériterai, et comme la fortune de ton père est insuffisante, tu te tireras d'affaire comme tu pourras ». Et Dnus Claude, actricis avunculus fatetur : « J'affirme qu'il y a eu pression morale excessive, même des menaces de coups. J'en ai été témoin plusieurs fois; ma sœur a levé la main sur ma nièce en ma présence, la menaçant de la déshériter, de la mettre dans un couvent». Item Dña Blancher, testis de visu, affirmat: « qu'elle avait fait son possible pour dissuader sa mère, mais que tout avait été inutile ; que sa mère l'avait menacée de la mettre au couvent et de la déshériter. J'en ai parlé à Mme. la mère elle m'a répondu qu'elle le voulait et qu'il se ferait ». Et, aliis omissis, actricis frater testatur: « J'en ai

parlé à ma mère, essayant de la faire renoncer à ce mariage; mais, devant un refus catégorique, je n'ai pu que déplorer sa décision... Ma mère a dit à ma soeur, que si elle ne voulait pas faire ce mariage, elle la déshériterait et la ferait rentrer au couvent. Dans ces conditions, ma sœur ne pouvait pas faire autrement que d'obéir ».

Ex dictis inferunt patroni verificari modo speciali praedictam primam et quintam conditionem. Nam malum quod minatur illis verbis, « elle leva la main sur moi... me menaçant de me remettre dès le lendemain au couvent, de ne plus s'occuper de moi et de ne pas me donner de dot » est omnino grave, sicut explicant ipsi Salmanticenses *loc. cit. n. 25:* « Dicendum est quod timor amissionis omnium bonorum vel maioris partis, vel certae rei magnae et notabilis, quamvis non sit maior pars bonorum ; est timor gravis, quia iure optimo talis amissio virum constantem terrere potest ».

Insuper, iuxta oratores, mater non solum minis filiam coegit, sed etiam metu mortis ipsam terruit. Ait actrix : « Elle ajouta, en me faisant une scène très violente, avec une véhémence qui grandissait toujours, que ce mariage se farait; qu'elle saurait bien m'imposer sa volonté. Puis, entrant dans sa chambre, contigue à la mienne, elle prit un revolver dans son secrétaire, et me le montrant, chargé comme il est toujours, elle me dit r - Plutôt que tu ne fasses pas ce mariage, j'aimerais mieux te tuer, quitte à me tuer après -. Alors, terrifiée par ces menaces, je m'enfermai dans ma chambre ».

Idem confirmant depositiones testium : Actricis mater, et Domina Demelin, quae matrimonium proposuit, testantur, haec omnia se audivisse ab Actricis avúnculo Domino Claude, qui iam defunctus erat ante Parisiensem inquisitionem in gradu appellationis.

Huc accedit, pergunt oratores, quod mater mala valetudine affecta, nolebat ab unica filia divelli ; cum autem vir coniugale domicilium Versaliae haberet, mater hoc modo

proprio bono consulebat. Quocirca agitur de persona, quae incutiens metum interesse habet, quo in casu, ut ait Barbosa *lib. 2, vol. 16, n. 30* « solus metus reverentialis dicitur sufficiens ad rescindendum contractum ».

Praeterea in themate, adnotant defensores, agitur de puella in minore aetate constituta ac natura timida, in qua longe minor metus requiritur quam in viro. Ad rem Pignatelli, *tom. 9, const. 173, n. 3D, ibi:* « Causae vero praecipuae iusti metus sunt minor aetas metum passi, ut proinde eius imbecillitate levior metus sufficiat ». Et Sánchez postquam scribit: « Tamquam certum statuendum est., minorem metum desiderari in femina quam in viro - haec addit : et ratio est, quia licet femina habeat virtutem constantia*}, propter constitutionem corporis illi sexui naturalem minus potest resistere metui quam vir, ergo minor metus sufficiet ut opprimât cogatque feminam constantem succumbere quam virum constantia praeditum ». *(De Matrim, libr. 4, dis. 3).*

Haec omnia advocati confirmant ex ineluctabili aversione, quam constanter puella erga virum experta est.

Ad alterum orationis caput descendunt oratores, et gravitatem incussi metus comprobare nituntur ex circumstantiis, quae matrimonium praecesserunt, concomitatae sunt et subsecutae. Iamvero de iis quae nuptias praecesserunt, patroni iam ostenderunt qua aversione Magdalenam usque ab initio virum abhorruerit. Notant potius modum, quo praecipitanter nuptiae conciliatae fuerint. Hanc vero sollicitudinem defensores explicant hoc modo, quod quum apertissima repugnantiae signa Andreae daret sponsa, pervicacis matris intererat, acerbam hanc rerum conditionem quam cito abrumpere, fortiter timens ne puellula nostra, audax periculo facta, in apertam rueret rebellionem.

In ipsa coeremonia celebrationis matrimonii, observant patroni, signa extraordinaria moestitiae et contrarietatis non defuisse: «J'étais, ait Actricis avunculus, seul avec elle dans le coupé qui nous a conduits à l'Eglise ; elle n'a cessé

de pleurer durant le trajet ; je dois dire qu'elle et moi nous avions les larmes aux yeux en entrant dans la cathédrale et la mort dans le cœur ».

Neque post matrimonium dicunt Magdalenae oratores, haec contrarietatis signa cessavisse : complures referunt testes.

Praeterea Magdalena coniugalem actum explere totis viribus recusat et nonnisi violentia succumbit.

Hisce positis, ad refutandam sententiam Curiae Parisiensis pergunt patroni. Sane in primis ait Iudex Parisiensis : « Attento quod non perspiciatur qua ratione gravi induci potuerit mater ad vim faciendam filiae ». Respondent oratores, quod absolute non requiritur ut cognoscatur ratio qua metum incutiens impellafur ad minas inferendas, quando, uti in casu nostro, iam certissime constat de ipso metu minisque illatis. At, hoc etiam admisso, in casu non deesse hanc rationem dicunt oratores; etenim plures testes deponunt sub sanctitate iuramenti quod Actricis mater habebat « une idée fixe de marier sa fille coûte que coûte, à la première occasion », et afferunt causam: « Elle était persuadée qu'elle allait mourir, et que, par conséquent, son devoir était bien d'établir sa fille avant de la quitter ».

Quoad alteram decidendi rationem, quod scilicet: « iuridice non probetur minas exhaeredandi puellam, eamque in conventu monialium recludendi, incussas fuisse filiae a matre, quum praeter ipsas, nullus adfuerit testis nec ocularis nec auricularis ». Oratores reponunt, quod metus probatur ex testium depositione, imo ex divino et humano iure duo testes omni exceptione maiores plenam faciunt fidem. Verum in casu non duo, sed plus quam decem circa metum deponunt, et hi, iuxta oratores, sunt testes oculares vel auriculares, quia tum ante matrimonium, tum in ipsa celebratione matrimonii, tum immediate post matrimonii celebrationem lacrymas puellae, aliaque repugnantiae signa suis oculis inspexerunt.

Nec iuxta oratores, minus caret fundamento, quod in

altera decidendi ratione a iudice Parisien, affertur: « Attento quod ii, qui has minas audiverunt tum a matre, tum a filia, facile eas exaggerare potuerint ». Nefas est, pergunt defensores, testimonium reiicere praestantissimorum testium, qui fide et moribus sunt omni exceptione maiores, imo ipsa Curia Parisien, ad S. C. C. de pluribus ipsorum scripsit: « sont des témoins, on doit le dire, tout à fait - omni exceptione maiores ». Iudex igitur ut sibi cohaereat, omnimodam fidem ipsis adhibere debet, nec unquam poterit rationabiliter de ipsorum veracitate dubitare.

Neque dicatur testimonium Dni. Claude, avunculi actricis etsi omnino sincerum, tamen ab aliqua suspicione immune non esse « ex eo quod, ut Iudex affirmat valde contrarium ab initio se exhibuerit matrimonio suae neptis cum Andrea ». Verum, clamant oratores, cur Dominus Claude, qui multum diligit neptem se usque ab initio exhibuit contrarium matrimonio suae neptis cum Andrea? Quia et neptis pariter, uti constat ex toto Summario, intimo corde et ab ipso initio matrimonium abhorrebat, et avunculum quotidie et instantissime exorabat ut matrem a tali matrimonio ineundo dissuaderei. Ergo, iuxta patronos, si ex ore ipsius iudicis Dominus Claude multum diligit neptem, et praecise iste amor causa fuit ob quam avunculus nullum non movit lapidem ad impediendum neptis matrimonium, consequenter deducitur ex dictis ipsius iudicis Parisiensis etiam Magdalenam usque ab initio matrimonium abhorruisse, et nonnisi a matre coactam ipsum contraxisse, ideoque nullum demonstratur ex dictis ipsius iudicis matrimonium initum inter Andream et Magdalenam.

Haud negant patroni aliquos testes, quos inter adnumerandi^ est de Neuville, contra actricem testimonium dedisse; at in primis referunt auctoritatem Mascardi *(De prob, vol. II, concil. 1055, n. i)* qui affirmat: « metus probatio magis conficitur testibus affirmantibus quam negantibus ; quapropter... magis sit credendum duobus testibus deponen-

tibus de metu, quam mille negantibus vel asserentibus.de libera voluntate ». Item Panimollius *decis. 102, ami. 1, pag. 375j,* ibi : « Plus creditur duobus testibus deponentibus de metu, quam mille de spontanea voluntate ».

Insuper recolunt testem de Neuville sponte coram Iudice Parisien, comparuisse, nec non alios proposuisse testes ad suam denunciationem probandam. Iamvero, iuxta oratores, tota haec agendi ratio statim in prudentis iudicis oculos insilit, et quamdam ingerit suspicionem de sinceritate istius testis.

Nullam vero fidem mereri testem affirmant insuper oratores, quia ipse sibi contradicit et in aperta contradictione deprehenditur cum aliis testibus.

Nec plurimum faciunt defensores depositiones aliorum testium, qui ab ipso De Neuville producti sunt. Etenim, isti vel quoad substantiam favent nullitati matrimonii, vel si quid contrarium affirmant, hoc ab ipso De Neuville accepisse, vel ipsimet profitentur, vel ex ipsis responsionibus facile evincitur.

Tandem patroni finem imponunt suae orationi recolentes, quod ex cohabitatione et coniunctione corporum nihil pro matrimonii valore concludi potest. Etenim post Tridentinum statutum fuit matrimonium nulliter contractum per supervenientem consensum non convalescere, nisi iterum contrahatur coram parocho et testibus.

Ad rem Barbosa *De off. Episc, alleg. 32, n. 149,* ibi : « Hodierno iure cohabitatio efficere nequit matrimonium : novus etiam consensus requiritur, et forma Concilii ». Et perspicue rationem demonstrat in vot. decis. lib. 2, vot. 17, n. 178, ibi : « Ratio est quia omnis forma et solemnitas quae debet intervenire in actu ut valeat, debet quoque intervenire in ratificatione nec potest deservire solemnitas per prius sequuta, quoniam illa debet concurrere de tempore actus, nec potest ab eo separari : nec etiam iuvare potest fictio aut retroactio, cum non fiat quando actus est omnino

nullus ». Unde S. C. C. declaravit in Panormitana *Nullitatis matrim, die 30 Sept. 1719* - ibi: « Sacra Congregatio etc... saepius respondit hodie post Concilium Tridentinum matrimonium metu contractum, et purgato metu per cohabitationem cum carnali copula aliosque actus non convalidari, nisi iterum contrahatur adhibita rursus eiusdem Concilii forma ».

ANIMADVERSIONES S. VINCULI DEFENSORIS. EX adverso vinculi Defensor ab ipso orationis exordio recolit quod dum mulier validitati matrimonii contradicit ex capite vis et metus, vir ex altera parte nullitatem videtur affirmare, ex eo quod matrimonio uxor apposuisset conditionem turpem.

Sed cum vir iuridicam inquisitionem super hac re non urget, vinculi Defensor ad praetensum metum pergit, quem inter aegrae somnia mentis amandandum esse dicit.

Et in primis praenotat actricem iam decidisse a sua actione, quia ipsa sententiae curiae parisien, per diuturnum duorum annorum spatium acquievisset. Sane parisiensis tribunalis praeses in suis uteris ad amplissimum S. C. C. Praefectum die 9 Martii 1899 datis denuntiat: « Appellationem rite interposuit actrix, quin tamen illam statim prosecuta sit, donec paucis abhinc diebus institit, ut causa in tertia instantia coram Sacra Congregatione disceptaretur, petiitque ut mittantur acta universa ».

Iamvero, affirmat orator, fatalia prohibent quominus excipiatur Magdalenae provocatio ad S. C. Congregationem. Ad rem *cap. 6 De 'appellat, in VI* (ibi) praescribit: «Ab eo qui appellat infra triginta dies instanter apostoli peti debent, et eidem infra dictum tempus exhiberi : alias praesumitur appellationi suae renuntiare appellans, si eos infra idem tempus petere praetermittat, etiamsi vadat aut mittat ad appellationem huiusmodi prosequendam ».

Quod si opponatur, causas matrimoniales numquam transire in rem iudicatam, defensor reponit, quod praedicta obtinent solummodo quando matrimonium invalidum convalidari nequit solo consensu partium. Ad rem Sánchez in ce-

lebri opere *De matrim, lib. 7, disput. 100, n. 13:* - (ibi) - « intellige non transire in rem iudicatam; quando ex illius sententiae observantia nutritur peccatum, nec consensu partis utriusque potest cessare culpa. Ut si lata sit (sententia) contra matrimonium legitimum, declarans id esse irritum aut in favorem matrimonii cum impedimento dirimenti initi. At transit in rem iudicatam, quando consensu utriusque poterit cessare culpa et matrimonium constare. Ut si litigetur an aliquod fuerit legitimum matrimonium, allegante altero metum... ».

Quinimo quamvis citra veritatem concedatur agi de casu in quo sententia nunquam transeat in rem iudicatam, attamen, iuxta oratorem, appellatio Magdalenae in statu, ut aiunt, et terminis reiicienda foret. Redeat Sánchez *loc. cit. num. 4, 8 et 9 :* « Intellige tamen non transire in rem iudicatam sententiam matrimonii... ad hunc sensum: quin per viam querelae possit contra eam allegari. At assumit auctoritatem rei iudicatae, ut praetextu appellationis corrigi nequeat... Ut haec sententia rescindatur oportet condemnatum uti nova querela, novoque libello, in quo erat eam causam coniugalem semel iam definitam iterum ad iudicium deduci; et sententiam revocari ratione erroris detecti. Nam quoad instantiam causa transit in rem iudicatam... Et nova querela proponenda est coram iudice qui primam sententiam tulerat ».

Ad meritum quaestionis deveniens orator, praeprimis notat quod, quum tribus post mensibus vir coniugali vitae valedixerit, Magdalena multum adlaboravit, ut Andream fugientem ad domum reducat : quod profecto suo ipsa ore iurat.

Insuper a fuga Andreae ad petitionem : « la demande que je fais » ultra biennium elapsum est. Nam Andreas aufugit, die 7 septembris 1892, petitio vero porrecta est die 12 decembris 1894. Interea temporis « il (Andreas) a porté une demande en divorce; moi (inquit Magdalena) j'avais demandé la séparation. Après la demande en divorce

faite par mon mari, mes avocats m'ont fait faire une demande reconventionnelle en divorce». Miratur defensor, quod de praetenso matrimonio coacto non solum haud egerunt advocati Magdalenae, idest versatissimi iurisconsulti Albertus Claude et Henricus Rudelle, in memorata (demande reconventionelle), sed Magdalena primum post biennium audivit « parler dans le monde de cas d'annullation pour cause de contrainte ».

Pressius orator ad quaestionem accedens, refert facta Versaliae notoria, quae cum praetenso metu diametro pugnant. Sane septuagenarii sacerdos, Vincentius Davin, canonicus cathedralis ecclesiae versaliensis, testis a parisiensi iudice appellationis ex officio vocatus ; in actu oralis examinis momentosissima Uteris consignavit, quae omnino metum gravem excludunt.

« I. M. le comte de Neuville*** et Mme la comtesse •ont assuré que le mariage était vivement désiré par les mères des deux conjoints, et qu'elles ont prié Mme la générale Ameil d'y employer ses bons offices.

« IL Une dame vénérable, pénitente du témoin, lequel dernièrement lui a porté le Saint-Viatique et lui a administré l'Extreme-Onction, a écrit la lettre suivante adressée au témoin lui-même: - J'ai l'honneur de vous confirmer par •écrit ce que je vous ai dit au sujet de ce procès, savoir : •que j'étais très étonnée qu'on alléguât que Mme la mère avait forcé sa fille à épouser.. Le hasard m'a fait rencontrer les jeunes époux venant chez une amie faire leur visite de noces. Il y avait environ un mois qu'ils étaient mariés. Mme Madeleine que je voyais pour la première fois m'a paru fort gaie: elle a beaucoup causé. Je l'ai crue tout à fait heureuse. « C'est ce que je crois pouvoir attester devant Dieu... ».

« III. L'amie dont il est question dans cette déposition, M.me la comtesse de***, a dit, de son côté, au témoin la même chose ».

Nec aliter fatentur vice-comites de Berthenay, quorum

testimonium magni facit orator, quia testes in eadem aede ac familia Magdalenae commorantur ab anno 1838: «La jeune fille, avant le mariage, paraissait très heureuse. Et au moment de la cérémonie religieuse et dans la réunion qui suivit, elle était très satisfaite. Voici un fait avant le mariage. J'ai vu deux fois Mlle à sa fenêtre suivre des yeux Mr. Andrea qui se promenait dans la rue; pareille chose devait arriver souvent, car Mr. de Geslin a dit que ce mariage s'était fait par la fenêtre. Une autre personne dont je pourrai peut-être donner le nom, que j'oublie en ce moment, m'a répété cette expression de Mlle, un jour qu'elle revenait du couvent de Grand-champ, ou elle a été élevée: - La première fois que j'ai rencontré Mr. Andrea, j'ai senti quelque chose qui me disait que je serais sa femme ».

Sciscitatus a vindice sacramenti : « quelles raisons pouvait avoir et avait la jeune fille pour écarter cette proposition? » vice-comes reponit: « La jeune fille n'avait aucune raison de repousser la proposition de sa mère; elle était au contraire éprise du jeune homme, qui était un beau, chevalier ».

De actricis matre testis affirmat: « Je considère Mínela mère comme aimant trop ses enfants ; elle est trop bonne mère, trop à la disposition des enfants pour contraindre sa fille à un mariage malgré elle, ce qui aurait pu faire le malheur de cette enfant ».

Tandem loquens de matrimonii celebratione testatur : « J'assistais au mariage religieux et j'ai remarqué une satisfaction générale, et chez la jeune fille une grande gaieté non seulement à la cérémonie religieuse, mais au lunch; qui suivit ».

Eadem refert vice-comitissa quae a iudice percontata fuit de iis quae evenerunt ante matrimonium.

Testes vero, qui actrici favent, iuxta vinculi defensorem, haud immunes videntur a studio partis. Ita Albertus-Claude est actrici avunculus et « il s'était retiré auprès de

sa soeur (actricis matrem) » ; advocatus Rudelle actrici apud laicum magistratum patrocinatus est. Et tamen ii sunt testes, in quibus potissime confidit actrix.

Lamentatur insuper defensor quod hi testes, dum facta referunt, non provocant ad contestes a studio partium immunes, sed ab iis potius refugiunt, ita ut iudex inquisitor non facile certiorari possit, num ea facta ita contigerint, ut illi ea referunt.

Ita ab adv. Rudelle factum potissimum, quod in medium affertur, ad astruendum metum Magdalenae a matre illatum, sic narratur: « Un jour que Mlle Blanchier accompagnait Mlle Magdalene dans une course à Paris, celle-ci lui fit confidance de la répugnance violente que lui inspirait Mr. Andrea et même de sa résolution de ne pas contracter ce mariage. Au retour à Versailles, Mlle Blanchier crut devoir faire des observations à la mère et lui dire qu'elle n'avait pas le droit de forcer sa fille d'épouser monsieur Andrea malgré elle. La mère prit très mal ces observations. Après le départ de Mlle Blanchier, elle fit une scène violente à sa fille ; lui reprocha de faire à une bonne des confidences sur les affaires de famille. Enfin, ouvrant son secrétaire, elle montra à sa fille un revolver, en lui disant que si elle n'épousait pas Mr. Andrea, elle n'hésiterait pas à la tuer, quitte à se tuer après.

At pergit vinculi defensor ex praescripto legum factum huiusmodi nullo prorsus in pretio iudex habere debet. Factum enim contigit inter actricem eiusque matrem, interesse habentes, omnibus remotis arbitris, et Advocatus illud accepisset ab actricis avúnculo, iurisconsulto Alberto Claude et ab ipsa actrice, tempore suspecto.

Praeterea iuxta oratorem, plura hoc factum continet a yerisimilitudine omnino aliena. In primis enim advocatus Rudelle factum referens die 2 martii 1900, asserit se illud reticuisse in iudiciali examine diei 23 februarii 1875 quia: « celle-ci (actrix) refusa de me laisser (ita ille) raconter ce fait; elle avait peur des conséquences morales qui pou-

vaient résulter pour sa mère, de cette déposition ». At nemo facile videt quae esse potuerint praetensae consequentiae morales, nec advocatus innuit morales consequentias quae secutae sint ex quo factum illud actrix primum et modo. ipse recolat.

Haec omnia vero, iuxta sacramenti vindicem, testimonio contradicunt praestantissimorum testium, qui referunt actricem libenter Andreae nupsisse. Sane sanctimonialis Maria Stephania, praeses gynaecei, ufyi actrix educationis disciplina imbuta est, habet: « En annonçant son mariage elle a paru heureuse ». Monialis Ludovica, magistra generalis, testis ab actrice inducta testatur et ipsa: « Elle m'a paru heureuse comme toutes les jeunes filles».

Vice parochus, Petrus Ruas, sacerdos, qui Magdalenae et Andreae consensum matrimonialem excepit, testis ex officio adductus, testatur : « Je n'en doute pas, sans me souvenir pourtant exactement s'il y a eu le - oui - prononcé ou simplement un signe; mais j'ai toujours l'habitude de regarder les mariés et je suis sur de n'avoir pas continué avant d'avoir vu un signe de consentement ». Iudici percontari: « Avez-vous reçu après le mariage quelque confidence de Mr. Andrea? » vice parochus refert: « Je l'ai vu quelque temps après son retour de voyage. Il m'a parlé d'abord des relations journalières, dans lesquelles il avait trouvé sa femme exigeante et futile. Il a ajouté qu'au point de vue des relations conjugales, elle avait opposé un refus constant à l'accomplissement de l'acte conjugal: elle avait reçu de sa mère, disait-il, la recommandation de n'avoir pas d'enfants et de se procurer des irrigateurs pour empêcher la génération. Il avait en outre la conviction de ne 1' avoir pas reçue vierge ».

Imo post iudiciale examen canonicus Versalien., Vincentius Davin, post iudiciale examen ad iudicem scribit: «Je viens d'apprendre, par un tiers de mes amis, que mon. confrère de la conférence de St.Vincent de Paul, Mr. Gean, marchant de toiles (14 rue Royal, Versailles) portant à la

fiancée (ad actricem) une partie de trousseau l'a trouvée donnant au fiancé des marques de grande sympathie, qui l'ont étonné. On pense que convoqué, s'il y a lieu, par le Tribunal, il ne refuserait pas d'y comparaître ».

Reque vera iudex memoratum dominum Gean mercatorem ad iudiciale examen adducit, et testis de hac re sciscitatus, reponit : « Il me semble en effet que, faisant chez Mme la mère ma livraison du trousseau de Mademoiselle, les deux jeunes gens (les fiancés) se trouvaient derrière moi, quand, en me retournant, j'ai vu le jeune homme embrasser la jeune fille. Tous les deux se sont ensuite retiré dans la pièce voisine ».

Haud miratur defensor, quod spectatissimi testes ad tribunal accedere recitaverint. Et ita se gesserunt etiam quia persuasum habeant iudices etiam absque suo testimonio posse veritatem acquirere. Civibus namque versaliensibus publice notum est Magdalenam Andreae ultro citroque nupsisse.

Hisce ex utraque parte perpensis, propositum fuit diluendum

Dubium

An sit confirmanda vel infirmanda sententia Archiepiscopalis Curiae Parisien, in casu.

RESOLUTIO. S. C. C, re disceptata sub die 25 Maii 1901, censuit respondere: *Ex deductis non satis constare de nullitate matrimonii.*

URGELLEN.

SERVITII CHORALIS

Die 22 Iunii 1901.

Sess. 24 c. 12. De ref.

COMPENDIUM FACTI. Quando in Eccl. Cathedrali Urgellensi Alos canonicus dignitatem Praecentoris adeptus est, gravis, ut fertur, quaestio in Capitulo exorta est, videlicet : « An capitularis qui, relicto primó Canonicatu, alium Canonicatum in eadem Ecclesia obtinet, vel ad dignitatem aliquam promoveatur, omnia iura et praerogativas primi Canonicatus amittat ». Quare duobus ipsius Capituli Canonicis munus commissum fuit ut hanc enodarent quaestionem ; qui tamen cum non conveniret, in contrariam abeuntes sententiam, scriptis exaratam, res in suspenso mansisse videtur.

Interim demortuo canonico Poenitentiario, huic suffectus fuit Iosephus Serra, qui per id temporis Canonicatum ipsius Ecclesiae Magistralem obtinebat. Hic, ad quaestionem supradictam penitus solvendam, optimum duxit die 28 Ianuarii anni 1899 S. C. C. preces mittere, haec animadvertens, scilicet : in Ecclesia Cath. Urgell. a die 23 Iulii anni 1548 statutum extare particulare a S. Sede confirmatum, vi cuius, ut ait, constat antiquiorem capitularem in servitio Ecclesiae iubilationem obtinere, scilicet ab horis canonicis vacationem ; obtinentem vero in eadem Ecclesia canonicatum, noviterque in Capitulo receptum ad annum *novitiatus* obligari. Denique cum Canonici fixum non habeant stallum, ita ut noviter receptus ultimum teneat, ceterique illo potiantur quod eis ratione antiquitatis in Ecclesia competit, idem Poenitentiarius sequentia S. C. C. enucleanda proponit dubia : I. *An ratione servitii Ecclesiae praestiti computetur antiquitas a primo Canonicatu obtento?* — II. *An Capitularis, qui alium Canonicatum sive dignitatem in eadem Ecclesia obtinuerit, possit iterum ad annum novitiatus obligari?* — III. *An ratione antiquitatis in ser-*

vitio Ecclesiae possit stallum primum retinerei Vel an debeat stallum toltimi Canonicatus obtenti occupare? Etsi affirmative ad secundam partem; suppliciter postulat Orator ut ipsi ex Indulto Apostolico concedatur facultas primum stallum retinendi, si praefatam Poenitentiariae Praebendam fuerit assequutus.

Die 27 Feb. eiusdem anni Emo Episcopo rescriptum fuit, ut super dubiis ab oratore propositis, votum Capituli exquireret ac referret. - Negotii exitum ita refert Emus Episcopus litteris die 23 Feb. 1900.

I. « Cum Capitulares in diversas abiissent sententias, commissionem eiusdem Capituli nominarunt quae, omnibus bene perpensis, in aliquid omnibus acceptum convenirent. Ast incassum : ex discussione enim duae prodierunt opiniones quas alterutra pars pro viribus propugnavit, unde duae dissertationes Capitulo proposi!ae sunt, ut inter duas sententias eligeret.

« Tunc nova commissio nominata fuit, quae ad trutinam revocatis argumentis et difficultatibus ab utraque parte adductis, informationem proponeret Capitulo pro sua approbatione, ad hanc S. Congregationem deferendam.

« Re tandem ad Capitulum delata ex duodecim Capitularibus assistentibus (Poenitentiarius recessit, eo quod de negotio proprio agebatur) sex emiserunt suffragia approbantis informationem : quinque vero contra sentientes eo quod contendebant informationem non redactam esse fideliter et accurate cum in ipsa, ut iisdem videtur, omittantur vel infirmentur argumenta faventia iuribus canonici Poenitentiarii, ius sibi reservarunt propugnandi suam sententiam apud hanc S. Congregationem, volentes insuper ut in actis Capitularibus constaret de sua sententia. Hisce quinque Capitularibus adhaesit postea Capitularis infirmus, nec non et ipse Poenitentiarius, ut fas est supponere ».

Quare quaestionum ad intelligentiam praemittere iuvat primum dubium se referre ad consuetudinem in Cathedr. Eccles. Urgellen, vigentem, quamobrem duo adsunt tituli

>pro iubilatione obtinenda, seu immunitate a servitio chori; alter ob servitium praestitum ad 30 annos, alter ob *praecedentiam* competentem canonico omnibus canonicis *antiquiori:* et modo quaestio est de hac altera specie iubilationis. -i Aliae duae quaestiones se referunt ad effectus iuridicos qui sequuntur ex permutato canonicatu; et *primo* quaeritur an qui novum adipiscitur canonicatum teneatur ad obeundum *novitiatum* seu quamdam tyrocinii speciem quam ineunt canonici quando in capitulum cooptantur; *secundo* quaeritur an canonicus novum assecutus canonicatum debeat ad primum stallum redire, quasi novissimus canonicorum.

Disceptatio synoptica

ANIMADVERSIONES EX OFFICIO. Exorditur a primo dubio quod ita, consentiente capituli procuratore, concinnatum fuit : — « An antiquitas, ad obtinendam immunitatem a servitio chori computanda sit a die primi canonicatus obtento seu potius a die quo canonicus canonicatum actu^possessum obtinuit in casu ». — Sed ipsi quaestioni in hoc dubio enunciatae, praevia est quaestio *praeiudicialis* an nempe probari possit consuetudo, vi cuius *antiquior* canonicorum seu ille qui aliis, *ratione senioritatis,* praecellit seu *praecedentiae* iure pollet, frui possit immunitate a servitio chori. Porro in statutis capitularibus cit. haec statuuntur art. 26 quoad munus Punctatoris : « Rebus sic stantibus servabitur in posterum huius sanctae Ecclesiae immemorabilis consuetudo qua capitularis in servitio chori antiquior liber censetur in ipso choro et Ecclesia divina officia obeundi quin eius absentia in punctationum libro notari debeat » et prosequitur « Capituli tamen erit explorare et decernere, quisnam ultimo iubilato defuncto in hoc casu inveniatur etc. ». Et in hoc statutum plura adverti debent. — Primum hic agi de iubilato seu de iubilatione ; sed non hic est sermo de indulto iubilationis quam obtinet canonicus ob laudabile et continuum chori servitium, de hac enim specie iubila-

tionis, per se non inductae iure communi, sed ex benigna iuris interpretatione et ex diuturna observantia, impertitae per singula indulta a S. C. C. prouti late exponitur in celebri Fulginaten. Dubia iubilationis 24 Sept. et 17 Decembris an. 1718. — De hac specie iubilationis cavetur (referunt canonici) - in particulari statuto sub die 23 Iulii an. 1548 dato et ab ista S. Sede confirmato - et decernitur « Praeterea statuimus et ordinamus, nonnullarum insignium Ecclesiarum Cathedralium consuetudinem insectantes quod a cetero, si quis canonicorum et successorum per triginta annos deservierit Ecclesiae nostrae in horis et officiis diurnis et nocturnis post tanti temporis curriculum tamquam emeritus miles habeat et consequatur veluti in praemium tanti exhantlati laboris et solatium senectutis suae vacationem ab horis matutinis ». Iamvero haec iubilationis species in duobus aliena est a praxi S. C. C. primo quia obtinetur post servitii triginta annorum, dum S. C. C. indulgere solet hanc veniam post quadraginta annorum servitium; secundo quia Canonici eiusmodi iubilationis indultum ipsi sibi attribuunt veluti ipso iure, nulla expetita venia a S. Sede. Hanc vero praxim quoad utramque partem examini subiecit S. C. C. in una Burgen, die 19 aug. 1899 et eamdem non reprobavit, quatenus constitutam per singulare privilegium S. Sedis; quod privilegium continetur,, in themate in statutis ab Apost. Sede approbatis et confirmatis. - Equidem Conc. Trid. in Sess. 24 cap. 12 reprobavit omnes consuetudines immemorabiles quae contrariae essent eius decreto, sed non semel S. C. C. recognovit concilium Trid. non rescindisse statuta a S. Sede confirmata. Haec quaestio formiter proposita fuit S. C. C- in una Burgen, die 16 Dec. 1899, sed eamdem insolutam reliquit S. C. C. Iuvat aliquid referre ex documentis quae hanc theoricam probare videntur.

Equidem adverti debent, vim omnino specialem, non sublatam a Decreto Concilii Trid. recognitam fuisse statutis Capitularibus a Sancta Sede expresse approbatis aut con-

firmatis. Re sane vera S. Congr, anno 1583 hoc decretam edidit : « Concordiam a S. Sede Apostolica approbatam non esse a Concilio sublatam » (lib. Decret. 4, p. 88 a terg. apud Bened. XIV 1. cit.). Et in quadam *Bononien,* a. 1584 lib. 4 Decret, p. 168, 1. cit. haec habentur: « In sess. 24, e. 12 dicitur quod obtinentibus Dignitates, aut Canonicatus non liceat vigore cuiuslibet statuti aut consuetudinis ultra tres menses ab iisdem Ecclesiis quolibet anno abesse. Quaeritur an liceat canonicis qui haberent Constitutiones Sedis Apostolicae auctoritate factas aut confirmatas ante Concilium Trid. quae concédèrent illis vacationem duorum mensium et quod interim haberentur pro interessentibus et lucrarentur distributiones, an huiusmodi Constitutiones censeantur revocatae a Concilio Tridentino ? » Sacra etc. respondit : « abesse licere sed non lucrari distributiones ; ad secundum, Constitutiones a Sede Apostolica confirmatas non censeri sublatas ».

Praeterea Fagnanus in 1. cit. n. 58 et insequentibus, haec refert : «'Fallit secundo principalis conclusio si in fundatione Ecclesiae cautum fuerit, ut abesse liceat ultra tres menses. Nam etsi hoc dubium fuerit diu, multumque agitatum in S. Congr., postremo tamen cum postulassent declarari canonici Ecclesiae Gecobicen. an constitutio in fundatione eorum Ecclesiae edita quae permittit canonicis abesse ultra tres menses censeretur sublata a Concil, sess. 24, c. 12., quatuor Cardinales censuerunt non esse derogatum fundationi. Octo censuerunt derogatum, praesupposito quod Concilium sustulerit consuetudinem immemorabilem in hac materia residentiae in Cathedralibus ; cum enim ea det meliorem titulum qui possit allegari et sic etiam titulum fundationis. E-rgo etc. Non obstat decisio Ludov. Rom.., qui dicunt per constitutionem generalem nunquam censeri derogatum fundationi; nam loquuntur in fundatione facta a laico patrono ne retrahatur a fundatione. Item in derogatione facta a Papa in collatione beneficii. Modo autem quaeritur de derogatione legis in fundatione quae nescitur

a quo facta sit nec si iuspatronatus adsit. Sed tamen non capta resolutio sed dictum ut videretur fundatio et postea iterum referendum ad Congregationem. Sed postea die 21 Febr. 1579 Congregatio parva declaravit, non sublatum privilegium in fundatione concessum, non obstante dubitatione Congregationis generalis.

« Fallit tertio, si statutum Ecclesiae a S. Sede confirmatum longius absentiae tempus indulgeat ; nam decretum Concilii in d. cap. 12, etsi sustulerit statuta Ecclesiae,, non tamen sustulit confirmata a S. Apostolica propter duplex vinculum... Unde cum fuerit dubitatum in una Valentina, an per d. cap. 12 esset sublatum statutum a Sede Apostolica confirmatum, quo disponitur Canonicos residentes posse eligere quatuor menses per quos a residentia sint exempti, S. Congreg, censuit, agendum cum SSmo... Sanctitas Sua dixit proponendum esse in Congr. generali___ Congregatio generalis die 7 Iulii 1575; quatuor nempe,. Ursinus Senonensis, S. Sixti, Carafa censuerunt statutum etsi confirmatum esse sublatum a Concilio dict. cap. 12, ex mente ipsius Concilii quae fuit solum indulgere tres menses pro maiori cultu divino... Item quia fere omnia huiusmodi statuta fuerunt approbata a Sede Apostolica. Unde facile elude tur dispositio Concilii de residentia. — Tres vero, Moron. Ges. Ale. censuerunt non esse sublatum quia de mente concilii non constat neque ea colligi aliunde potest quam ex proprietate verborum. Sed verba Concilii secundum communes theoricas non tollunt approbata a Sancta Sede nisi exprimant, et Concilium alibi expressit quando voluit... Tandem dictum fuit, dandam dilationem ad amplius informandum et postea referendum SSmo. Postea iterum habita Congregatione, quatuor pro statuto, quatuor contra censuerunt. Sanctissimus, his auditis, iussit servari statutum confirmatum ».

Haec faciunt in nostram quaestionem directius quia articulus statutorum qui inducit secundam speciem iubilationis attributam canonico antiquiori, in sui fundamentum pro-

vocat dumtaxat ad consuetudinem immemorialem, et non provocat ad statuta a S. Sede confirmata quae tantum dicuntur contineri in particulari statuto seu casu.

Atqui non sufficere consuetudinem immemorabilem ut impediatur vis decreti Tridentini, praeter huius diserta verba probant responsiones S. C. O. editae in casus nostro simillimos. Sane Garcías *De benef. part. III, cap. 2, % I, n. 196* haec refert : « Et ita obtinentes dignitates in Ecclesia Toletana et in aliquibus aliis Ecclesiis Hispaniae praetendunt non teneri ad residentiam et non resident quia dicunt esse in consuetudine immemoriali non residendi. - Nihilominus tamen in proposito iuxta subiectam materiam et mentem Concilii d. cap. 12 versicul. Praeterea obtinentibus contrarium S. Congregatio censuit, nempe Concilium sustulisse consuetudinem etiam immemorialem ut apparet ex sequentibus declarationibus super d. cap. 12 (quod etiam videtur sentire Covarruvias dict. *lib. 3* varia *capit. 13 sub n. 9).* Prima (ibi) - aut ^consuetudinis etiam immemorialis. - Secunda, S. D. N. Greg. XIII ex sententia Congr. declaravit immemorialem consuetudinem non excusare a residentia in Cathedralibus et Collegiatis insignibus. Tertia Congregatio parva id est illustrissimorum Card. tantum, censuit immemorialem esse sublatam per Concilium et statuta iurata nihil valere ; ut iam solutum est, et statuta auctoritate apostolica confirmata non esse sublata per Concil. *Sess. 24 cap. 12 ».*

Apud Hispanos vero nimis facile admissas fuisse causas canonicos excusantes a residentia probat ipse Garcias *I. c. n. 245,* ubi refert dubitatum fuisse « An sit revocatum statutum vel consuetudo aliquarum Ecclesiarum in quibus ultra tres menses datur singulis mensibus unus dies pro tonsione barbae. Et quidem videtur esse revocatum nisi sit in specie confirmatum, ex quo adsunt ultra tres menses et tensio barbae non est alias causa legitima absentiae, maxime quia' bene potest fieri extra seu post tempus divinorum officiorum. Et tenet *Alegan. Moneta de distrib. p, 2, q. 13,*

•*n. 45* contra *Navarrum de oratione, c. 5, n. 25 et c. 21 num. 64 ».*

Verum recolere praestat quae tradit Barbosa *De can. et dignitatibus, cap. 24 n. 13,* ubi, praeter iubilationem, admittit, vi consuetudinis immemorabilis, posse indici « ut clericis senibus post septuagesimum annum dentur distributiones, quamvis divinis officiis non intersint ». At, in themate, non res est simpliciter de sene septuagenario, sed quaeritur an antiquior hac immunitate frui possit, vi consuetudinis, non obstante decreto Concil. Trid. *Sess. 24, cap. 12.*

Haec advertenda erant quoad ipsam quaestionem *praeiudicialem.*

Praeterea quoad meritum, quia contendit Poenitentiarius hic agi non de antiquitate ratione aetatis, sed de antiquitate ratione servitii canonicalis, praestat advertere, quod ulterius explicabitur relate ad 3um. dubium, solutionem quaestionis pendere a iure quo canonicus alium canonicatum seu praebendam adipiscatur, an nempe iure optionis, aut iure novae collationis, alterius nempe tituli canonicalis. Nam diversi sunt effectus qui promanant ab optione, ac illi qui habentur ex novo collato vel adepto titulo canonicali.

Agens porro *De iure optionis* Barbosa *op. cit.* postquam adverterit — *antiquiores regulariter prius optare debere {cap. 30 n. 7)* postea *n. 9* haec tradit: « Intellige de antiquioribus non aetate sed receptione Gloss. *Verb. antiquior, in Clem. fin. de praeb.* Rota *Decis. 6, n. 2. De consuet. in antiquit. et decis. 411. n. 2 part. 1 div. etc.* Et sic antiquiores in optione praebendae illi dicuntur qui diutius in Eccles, militarunt. Menoch. *De arbitr. caus. 24, n. 5* et fuerunt in possessione priores, licet sint in provisione posteriores ». Equidem ipsa naturalis et iuridica ratio dictat, sensu lato in aliquo collegio aliquem haberi antiquiorem ratione receptionis in collegium, siquidem iuxta effatum - canonicum facit receptio in fratrem non praebenda - uti late probat Barbosa *op. cit. cap. 12.* - Quocirca ad

effectum optionis ille est canonicus antiquior qui aliis omnibus canonicis prior est receptione in capitulum ; sed per optionem mutatur tantum praebenda, sed non ipse titulus canonicalis et hac de causa Barbosa *I. cit. n. 20* probat per optionem non posse obtineri Poenitentiaratum, quia hic non est tantum praebenda, sed novus titulus canonicalis.

Haec animadvertimus quoad primum dubium, sed sapientia EE. PP. deliberabit, an confirmari possit consuetudo etsi immemorabilis, vi cuius canonicus antiquior sibi arrogat immunitatem a servitio chori.

Quoad secundum dubium ita conceptum « *An canonicus ad alium canonicatum translatus teneatur ad iterandum novitiatum in casu* » supervacanea videtur quaecumque dissertatio, quandoquidem est res omnino spectans ad ius singulare Ecclesiae Urgellen. Quum vero lex novitiatus non contradicat legi residentiae sed eamdem amplificet adeo ut novitius abesse non possit, per annum novitiatus, nec uno horis momento neque die neque nocte, a loco suae residentiae nihil videtur obstare quominus S. C. C. ratam habeat eamdem consuetudinem eamdemque iubeat observari ad normam Constitutionum, prouti contendunt capitulares qui in suis animadversionibus referunt: « toties explendum novitiatum quoties novus canonicatus obtineatur nisi aliud apostolico indulto vel consensu capituli ex peculiaribus circumstantiis indulgeatur ». Revera an. 1897 uti reperii in Archivio, Can. Ioseph Panades gratiam expostulavit dispensationis a novitiatu in Eccles. Cath. Urgellen, et sub die 29 Maii Emo Episcopo rescriptum fuit a S. C. C. concedendo necessarias facultates.

Tertium dubium ita se habet « *Quaenam sedes in capitulo et in choro eidem canonico ad alium canonicatum translato debeatur in casu* ».

Nam canonici qui Poenitentiario contradicunt contendunt dimisso uno canonicatu amitti antiquitatem, praecedentiam et alia iura quae ratione dimissi canonicatus competerent.

Sed ad tollendam aequivocationem in doctrina quae non caret difficultate quippe spectat ad veram sed subtilem distinctionem inter ipsam praebendam et titulum canonicalem seu canoniam, advertere praestat per ius optionis quod in Capitulo Urgellen, vigere contendit Poenitentiarius non obtineri potest novus titulus canonicalis, sed tantummodo nova praebenda, quatenus haec est distincta a titulo canonicali et constat reditibus praebendalibus. Hoc posito decisiones S. C. C. et S. Congr. Rituum abunde citatae ab ipso Poenitentiario se referunt ad praecedentiam et ad stallum et ad alia iura huius generis, etiam ad antiquitatem ubi in cit. Gallien. *Praeeminentia^* die 18 Aug. 1792 in qua praeeminentiae stalli, turni et aetatis praerogativae denegatae fuerunt Iosepho Alberimi Cathed. Eccles, canonico, qui ad quintam canonicalem sedem vicennio evectus, pinguiores quidem reditus sed novissimum canonicatum adeptus est. Verum isti effectus, habentur quando dimittitur ipse titulus canonicalis et non tantum praebendae fìat mutatio. Etenim regula certissima inducta est in Ecclesiam ut quoties dimisso titulo prioris canonicatus quem quis possidebat, alterum, mediante nova collatione, adipiscitur, priorem quoque praecedentiam amittat ultimoque sedere debeat in loco ad tradita per Ceccoper. *lucitb. canon. lib. 2, tom. h tit. 3, num. 10,* et firmavit haec S. Cong. in cit. Callien. ; in Firmana *Stalli 2* Decembris 1843. Et Sacra Congreg. Rituum *(nov. Collect, n. 469)* inCassanen. die 12 Iulii 1628 ubi quaerebatur an Marius Granito canonicus eiusdem Cathedralis qui adeptus erat pinguiorem canonicatum in eadem Eccles, posset retinere primum stallum et locum Canonicatus iam dimissi; et rescriptum fuit: « Non posse retinere stallum canonicatus iam dimissi prout idem alias declaratum fuit » ; itemque statuitur, imo clarius in aliis decisionibus, deductis a Poenitentiario qui tamen ostendere nititur antiquitatem esse quid diversum in Capit. Urgellen. ab antianitate ; et concludit antiquitatem esse qualitatem per se stantem seu principalem eamdemque adnecti perso-

nae canonici ratione servitii praestiti quando etiam hic • permutât titulum canonicalem. - Sed non videtur quomodo haec antiquitas distinguenda sit ab antiquitate de qua loquitur decisio Callien. cit. et aliae innumerae. Sane haec antiquitas seu antianitas non amittitur si res sit de simplici iure optionis.

Etenim aliquando in Eccles. Cathed. vel Colleg. adest ius optandi, vi cuius canonicus etiam obtinet pinguiorem praebendam, sed non mutat titulum canonicalem: « Quod ius optandi (tradit Barbosa, *op. cit.. cap. 30, n. 2)* in Ecclesiis ex eo fundamentum capit, quia cum praebendae seu praebendalia consistant in mera et nuda te m po ral i tate uti connata ex praediis aliquibus assignatis singulis praebendis, ideo inter ipsos canonicos possunt permutar! ». Siquidem tunc nulla habetur tituli collatio seu canoniae, sed tantum praebendae assecutio. — Ceterum exploratissimi iuris est per canoniam aliquem fieri revera canonicum, quamvis hic praebendam nondum sit assecutus. Inde sequitur per novam adeptam praebendam, vi optionis, canonicum non amittere locum iam consecutum et stallum, et antianitatem ; et hoc censuit S. C. C. in Romana *Praecedentiae,* 27 Nov. 1700, et in Albanen. *Praecedentiae,* 14 Decemb. 1816; in Macera ten. *Optionis, 22* Decemb. 1832, § *Canonicorum.*

Vim huius doctrinae persentire aperte fassus est Poenitentiarius qui dum ex una parte confugit ad ius optionis vigens in Cathed. Urgellen., at ex alia protestatur ex privilegio apostolico eiusmodi ius exerceri etiam in permutandis titulis canonicalibus, adeo ut ita permittatis canonicatibus, canonicus de uno ad alium translatus titulum non amittat antianitatem seu antiquitatem, stallum etc. Revera ait Poenitentiarius: « *Ad optiones quod attinet innumera sunt acta... demonstrantia continuum, huius iuris exercitium iuxta quoddam, quod aiunt, privilegium seu statutum Apostolica auctoritate confirmatum hactenusque in praesente capitulo inconcusse observatum quod, antiquiores canonici in servitio, dictae S. Ecclesiae Urgellen, possint et valeant*

aptare dignitates et canonicatus et statarias vacantes. Et valde notandum est quod non praebendas tantum sed et dignitates atque canonicatus, id est distinctos optabant et obtinebant titulos etc. ».

Ceterum Poenitentiariatum constituere non simplex ius aut fructus praebendales, sed verum titulum canonicalem •exploratissimi iuris est ; et hoc versari extra controversiam -apud omnes canonistas, refert Barbosa *op. cit., cap. 26, num. 23.*

Nihilominus hoc privilegium non videtur satis firmum, quia alii capitulares contrarium, e diametro, asserunt ; et ipse Poenitentiarius innititur suam assertionem aliorum vagae assertioni, nempe ut aiunt.

Quod ius assertum, idem Poenitentiarius non firmissimum esse persentit ; unde recurrit ad gratiam dispensationis, ut possit retinere antiquum locum seu praecedentiam ets talium. Et hanc gratiam concedere solet S.C.C, ut in Sutrina *Stalli* 28 Iulii 1770; sed conditionem expostulare solet ut alii Capitulares non contradicant, sed sponte assentiantur.

Quibus animadversis, proposita fuerunt diluenda

Dubia

I. *An antiquitas ad effectum obtinendae immunitatis a .servitio chori computanda, sit a die primi canonicatus ob-* ***tentis*** *seu potius a die quo canonicus canonicatum actu, po ssessum obtinuit in casu.*

II. *An canonicus ad caium canonicatum translatus teneatur ad iterandum novitiatum in casu.*

III. *Quaenam sedes in capitulo et in choro eidem canonico, ad alium canonicatum translato, debeatur in casu.*

RESOLUTIO. S. C. C. re discussa sub die 21 Iunii 1901, censuit respondere : *Ad I. Dilata et exquirantur maiores informationes. Ad II. Affirmative. Ad III. Poenitentiario deberi ultimam sedem, seu ultimum stallum.*

MACBRATEN.

QUOAD DEPUTATOS SEMINARII.

Die 17 Augusti 1901.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Episcopus Macerateli, *sub die 4 Martii* huius anni, has dabat literas ad S. C. C. « Canonici Cathedralis Maceratensis semper partem habuerunt in electione deputati Seminarii, qui ad clerum pertinet. Nunc nonnulli oppositionem fecerunt consuetudini huic, utpote quae contraria sit iuri communi ; quoniam dicti Canonici iam exercuerunt ius hoc in electione alterius deputati, qui ad Capitulum spectat. Ideo expetivit resolutionem dubiorum : I. Valentne Canonici Cathedralis Maceratensis, propter consuetudinem, suum ferre suffragium in^ electione deputati Cleri? II. Licetne absentibus repraesentari, et votum ferre per delegationem? »

Disceptatio Synoptica.

Quoad primum Dubium propositum, haec adnotare placuit..

Concilium Tridentinum, *Sess. 23, cap. 18, de Ref.,* quoad deputatos Seminarii huius rei oeconomicae praepositos/statuit: « ....idem Episcopus cum consilio duorum de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso capitulo eligatur, itemque duorum de clero civitatis, quorum quidem alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad clerum pertineat (1) ».

Ex mox - recitato Decreto, satis liquet, Tridentinum Concilium de Capitulo et de Clero, veluti de personis moralibus distinctis verba fecisse, et unicuique ius et onus eligendi proprium tribuisse ; ita sane, ut unius deputati electio Capitulo, alterius vero, Clero dioecesis competat : praeter duos alios, ab Episcopo eligendos.

Quare enarrata in themate consuetudo, qua fit ut deputatus a clero eligendus, non exclusive ab ipso, sed cum

(1) Recole Volumen XII, 497, Appendix VII.

Capituli cathedralis etiam concursu eligatur, ceu consuetudo adversus disciplinare decretum Conc. Tridentini est habenda: quae quanti facienda sit, ex generali doctrina de consuetudine contra eiusdem concilii decreta, eruitur.

Sane, penes omnes auctores, certum retinetur principium, Pium IV, sua Bulla *Benedictus Deus,* quae omnia simul Tridentini capita complectitur, irritas et inanes futuras declaravisse *ordinarias* consuetudines, quae leges aliquas in iisdem capitibus contentas violent.

At, num tale constitutum etiam ad privilegiatam illam consuetudinis speciem, quae *immemorabilis* dicitur, se referat, non satis convenit apud Doctores. Plurimi enim, *affirmantem* tuentur sententiam, et rationem hanc reddunt cum Benedicto XIV *Inst. 60, n. 7.* « Cautum satis fuit per Pium IV in ea constit., quae incipit *Benedictus Deus.* Illa quidem abrogat omnia quae Tridentinae Synodo contraria esse videantur; ideoque singula eiusdem Concilii capita simul amplectitur et nullius efficit momenti consuetudines, quae leges aliquas, in iisdem capitibus praescriptas, violent ».

Idem sensit Pitonius, nam cum quaereret, utrum consuetudo contraria *immemorabilis* eximeret a lege Tridentina, qua praescribitur concursus in provisione beneficiorum curatorum iuris patronatus ecclesiastici, rem ita conficit *(De Controv. Patr. T. 1, alleg. 5, n. 4-°))* « Enimvero convincitur fallacia argumenti in ipsa suppositione *immemorabilis,* quae tamen in hoc articulo neutiquam dari et allegari valet. Et distinguendo tempora, aut volumus desumere immemorabilem *a parte antea,* scilicet antequam superveniret •dispositio Concilii, et est impossibile ; quia cum eo tempore nondum in orbe catholico introducta fuisset nova forma providendi per concursum ; consequenter non percipio quomodo nasci potuerit consuetudo seu praescriptio exclusiva formae •concursus antequam nasceretur... Aut vero desumere volumus immemorabilem *a parte postea,* scilicet post ipsius Concilii decretum; et pariter est impossibile; quia dato initio

non amplius datur immemorabilis sed solum centenaria. Ista' autem nec minus allegari valet ; quia decretum irritans quo-munitur Concilium Tridentinum et Constitutio Pii quarti,, adeo irritat omnem contrarium actum, ut non permittat ullo tempore aliquam inchoari posse consuetudinem, vel praescriptionem etiam centenariam ; communiter affirmant De Luca, Pignatelli, Rota— ».

Sed contraria opinio quae iustis circumscripta limitibus, vera dicenda est, ita scite et docte explicatur a De Angelis, *Praelect. Iur. emi., lib.* 7, *tit. 4, n. 12,* in antecessum haec advertente « Sunt aliae clausulae quae de consuetudine non introducenda loquuntur. Sed quaecumque sint istae clausulae etiam in verbis effraenatis, ut dicitur, per se consuetudinem in futurum introducendam non impediunt ; quemadmodum perpetuitas quae est una ex qualitatibus legis non impedit, quominus lex abrogari possit per aliam posteriorem contrariam. Istae enim clausulae nobis referunt voluntatem legislatoris quo tempore lex lata est. Dixi per se , nam si praeexistens consuetudo abolita est ut corruptela vel in futurum enascens consuetudo abusibus det locum, vel iisdem vel aliis propter quos abolita fuit; tum profecto inolescere nequit ; equidem propter defectum rationabilitatis quae prima est et essentialis praerogativa consuetudinis. Hac ultima, animadversione respondetur interrogationi : an contra decreta disciplinaria Concilii Trident, possit inolescere consuetudo? Concilium Tridentinum eandem habet auctoritatem ac caetera concilia generalia; si valet ergo consuetudo praeiudicium inferre canonibus generalium conciliorum, valebit et idem praestare contra canones disciplinares Tridentini. Ex altera parte RR. Pontifices istorum decretorum observantiam inviolabilem praecipientes, non derogaverunt vi consuetudinis, quae praedictas qualitates haberet____Quod vero consuetudo aliquid valet etiam contra Decreta Tridentini Concilii, ille tantummodo negare valebit,- qui ex. g. retineat omnes provisiones beneficiorum parochialium, ubique; terrarum factas absque concursu, vel eo non peracto ad for-

mam a Concilio Tridentino praescriptam *(Sess. 24, cap. 18, de Ref.)* esse subreptitias, et taliter provisos aut institutos, carere iurisdictione; quod serio affirmari non potest ».

Et cl. Wernz ita scribit: « Compluribus decisionibus Rota Romana saltem immemorabilem consuetudinem contra decreta disciplinaria Concilii Tridentini admisit, neque desunt exempla, quod ipsa S. C. C. in rebus saltem secundariis huiusmodi consuetudines habuerit legitimas aut saltem tolerandas esse existimavit. Neque ulla existit declaratio sive particularis sive generalis S. C C . qua absoluto et generali modo omnes consuetudines iuri Tridentino contrarias reprobarit. Imo Pius VII in Epist, ad Archiep. Mogunt. 1803, atque S. C. Inqu. 11 Martii 1868 expressis verbis admiserunt legem irritantem cap. *Tametsi* a Concilio Tridentino contra clandestina matrimonia latam et rite promulgatam per contrariam consuetudinem etiam de facto in compluribus regionibus fuisse abrogatam » *(Ius Decret, rol. l,pag. 263).*

Quae Doctorum placita si referamus in casum nostrum dubia haud videtur responsio; quandoquidem omnes canonistae sive affirmanti sive neganti adstipulentur sententiae ; tamen in themate controversam consuetudinem non probarunt. Re quidem vera ipsi DD. qui iure meritoque affirmant, ipsum Concilium Tridentinum pati posse contrariam inolitam consuetudinem; siquidem ipsum vim consuetudinis, *ex iure communi,* nusquam abolevit, ultro fatentur difficillima» esse consuetudines adversus decreta Concilii Trid. quia difficile fit, istas esse *rationabiles.*

In themate autem facili calamo evincitur, consuetudinem non esse rationabilem. Mens enim Tridentini Concilii ea fuit in re oeconomica administranda idoneos exhibere Episcopo assessores et consiliarios qui in bona Seminarii patrimonialia sedulo conservanda et administranda, et in alia negotia expedienda maiore studio adlaborarent, quo gravius et distinctum onus singulis deputatis inerat. Porro assessor a Capitulo deputatus, debet de sua agendi ratione Capitulo

respondere, cuius gerit veluti personam, et exercet mandatum. Alter deputatus a Clero non minore praestare debet diligentia ut congrue satisfaciat mandato sibi commisso a clero, cuius vehementer interest prudens Seminarii regimen; siquidem ut ait Trid. cit. loc. « hoc collegium Dei ministrorum Seminarium est ». Proindeque Trident. Concilii consilium fuit, nobilem excitare et fovere aemulationem inter quatuor deputatos, quorum duo ab Episcopo, alter a Capitulo, alter a clero eligantur. Ast sapientissimum Concilii propositum in irritum cadit si semel probaretur controversa consuetudo.

Ceterum, si aliquando S. C. C. indulsit, peculiaribus ex adiunctis, ut electio deputati a clero facienda, aliquantisper deflecteret a lege Tridentina, hoc edictum fuit ob rationabilem causam. Ita, cum Episcopus Hollandiae S. C. de Propaganda Fide exposuerit, Seminaria suae dioecesis non in civitate, sed in aliis locis sita esse, et duos deputatos qui ex praescripto Concilii Tridentini de clero civitatis assumendi sunt, aliunde eligi ; unum nempe per Episcopum eligi « alterum vero per Decanos tanquam repraesentantes totius cleri »: hinc quaesitum fuit utrum haec agendi ratio probari ac tuto retineri possit. Et S. C. C. cui tale negotium commissum fuit: sub die 21 Iunii 1879 respondit: *Attentis peculiaribus circumstantiis, Affirmative.*

Quoad alterius dubii quaestionem, haec adnotanda.

Ex cap. 41 et *42* Decret. Greg. IX *De elect.* deducitur, quod absentes electores propter legitimum impedimentum, per constitutum procuratorem habentur quasi praesentes et eligere possunt. In hisce decretalibus autem res est de solemnitatibus religiose observandis ab electoribus ecclesiasticis, sed istae locum sibi vindicant tantummodo in eligendis praelatis sive saecularibus sive regularibus : quippe earum omnium observantia non exigitur in electionibus ad beneficia minora, nec a fortiori in illis officiis electivis, pro rei alicuius temporalis aut spiritualis administratione constitutis.

Quamobrem in electione deputatorum cum nulla praescribatur ex his solemnitatibus ordinatis in celebri cit. *capite - Quia propter.- 42 De elect.* et nihilominus hae solemnitates non prohibeant procuratorum constitutionem, patet a fortiori, per procuratorem dari posse suffragium ad eligendos deputatos. Ceterum iuris naturalis regula est iure canonico non semel confirmata, videlicet *potest quis per aliam quod potest facere per teipsum* Reg. 68 Iur. in 6; -et *qui facit per alium est perinde ac si faciat per seipsum* Reg. 72, Iur. in 6.

Verum ipsum naturale ius dictat limitationes in cit. cap. 42 - *Quia propter* - appositas constitutioni procuratorum ; quandoquidem si quis nullo detentus impedimento, rite convocatus electioni partem habere non vult, tunc iste censetur renunciare iuri suo; quod iubet caput 19 *De elect.* et commentatur Reiffenstuel tit. *De elect.* 197. - Quare, huic innixum legitimae praesumptioni, cit. caput - *Quia propter* - vetat fieri procuratoris constitutionem, nisi legitimum probetur impedimentum; cavet enim: « Illud autem penitus interdicimus ne quis in electionis negotio procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco, de quo debeat advocari, iustoque impedimento detentus venire non possit ; super quo si opus fuerit, fidem faciat iuramento ; et tunc si voluerit uni committat de ipso Collegio vicem suam ». In Decretali innocentius III considerat dumtaxat impedimentum absentiae, sed Commentatores conveniunt, hoc impedimentum non taxative, sed demonstrative fuisse assignatum, cum in genere excusetur vocalis - iusto impedimento detentus -. Eo magis quod ipse Pontifex suppeditat medium probandi an revera quis iusto impedimento detentus sit; alii enim capitulares ius habent ut super illo canonicus asserens impedimentum, si opus fuerit fidem faciat iuramento.

Denique postrema verba « uni committat de ipso collegio vicem suam » ita commentatur Reiffenst. *h. t. n. 289 :* « Potest constitui Procurator ad eligendum non solum de collegio, sed etiam extraneus, ita tamen ut si is sit de gre-

mio Collegii, teneatur eum admittere Capitulum. Secus autem, si is sit extraneus, nam si capitulum velit, poterit quidem hunc acceptare, non tamen tenetur extraneum admittere. Ita desumitur ex *cap. Si quis iusto 46* § *Absens h. t. in 6,* et amplius explicat Glossa. Ratio est quia licet in *cit. cap. § Illud autem,* dicatur, quod Procurator sit unus de ipso Collegio sicque, hoc invito, extraneus constitui non possit, nihilominus Constitutio illa emana vit in favorem Capituli. Unde si istud vult cedere favori suo atque procuratorem extraneum ad coëligendum admittere, rite is admittitur ».

Demum ius cleri quod spectat, advertunt Canonistae, deputatorum electionem quamvis haec extra Synodum peragi queat, tamen rectius in Synodo fieri, in qua totus clerus congregatus consistit. Corradus *Prax. ben. lib. 4, c. 8, num. 28;* Monacelli *P. II, tit. 12, form. 1;* Ferraris *v.* Seminarium *n. 17 et alibi.* - Nihilominus quum hodie rarius Synodi dioecesanae congregari soleant, ubique certa viget consuetudo qua determinatur, an clerus universus, vel potius cleri pars, et quomodo deputatum eligere debeat. - Quamobrem hodierna controversia, an nempe per procuratorem eligi possit a clero deputatus, intelligenda ita videtur, ut illi de clero vindicare sibi possint ius eligendi per procuratorem, qui iam erant in pacifica possessione eligendi eumdem deputatum.

Hisce adductis, quaesitum fuit quomodo preces essent dimittendae.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re discussa die 17 Augusti 1901 censuit respondere: *Ad I negative. Ad II non proposita.*

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

DUBIA quoad speciales facultates Iubilaei.

I. In Const. *Temporis quidem,* n. 3, ab ampla facultate absolvendi, quae tribuitur electo confessario, excipitur « *crimen absolutionis complicis ter aut amplius admissum* ». Hinc quae-

ritur: utrum exceptio ista intelligenda sit de crimine absolutionis quod ter aut amplius fuerit admissum'ero *ultima confessione* sacerdotis poenitentis, an potius de crimine absolutionis quod per totam anteactam vitam usque ad momentum quo sacerdos confitetur ad effectum Jubilaei fuerit ter aut plus admissum, ita ut is v. g. qui *antea ob bis* impertitam huiusmodi absolutionem debuerit recurrere ad S. Poenitentiariam, non possit nunc *vi Jubilaei privilegiorum* absolvi etiam si *semel* tantum reincidat in dictum crimen?

II. Et quatenus ad priorem partem resp. *affirmative,* quaeritur: utrum possit ad hunc casum applicari responsum S. Poenitentiariae (25 ian. 1901) quo confessariis permittitur *pluries* uti privilegiis Jubilaei erga poenitentem qui nondum perfecit omnia opera praescripta ad lucrandam Jubilaei indulgentiam : an contra haec facultas ad *unum* dumtaxat usum sit data?

III. Libera electio confessarii quae ad effectum Jubilaei, id est si adsit animus lucrandi Jubilaeum, conceditur regularibus et monialibus, potestne ab his semel tantum exerceri an pluries, donec perfecerint opera ad Jubilaeum requisita?

IV. Titius, dum opera complebat ad effectum Jubilaei, nullam habuit causam recurrendi ad speciales Confessariorum facultates. Postquam autem indulgentiam Jubilaei est lucratus tum primum incidit in casum reservatum. Potestne confessarius approbatus ab ipso electus eum absolvere vi facultatum Jubilaei? An contra nullus suppetat Titio usus privilegiorum Jubilaei?

V. Quoad visitationes praescriptas ecclesiarum, si quis, *una eademque die* (civili vel ecclesiastica) in pluribus versetur locis ubi Jubilaeum sit promulgatum, potestne *unius diei* visitationes perficere partim v. g. duas in uno loco, et partim i. e. duas reliquas in altero, dummodo visitentur in utroque loco binae ex ecclesiis ab Ordinario designatis, an contra debeant quatuor *eiusdem diei* visitationes in uno eodemque fieri loco?

Sacra Poenitentiaria, mature consideratis expositis dubiis, respondit :

Quoad I. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Quoad II. *Provisum in praecedenti.*

Quoad III. *Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Quoad IV. *Habita ratione Constitutionis* Temporis quidem, *negative ad primam partem, affirmative ad secundam.*

Quoad V. *Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.*

Datum Romae ex S. Poenitentiaria die 5 iunii 1901.

A. C**ARCANI,** *S. P. Reg.*

R. C**ELLI**, S. *P. Substit.*

EX S. RITUUM CONGREGATIONE

-AUGUSTODUNEN. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servi Dei Claudi de la Colombière sacerdotis professi e Societate Iesu.

SUPER DUBIO

An constet de Virtutibus Theologalibus fide., spe et caritate in Deum et proximum, nec non de Cardinalibus prudentia, iustitia, temperantia, fortitudine iisque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Universus terrarum orbis non ita pridem SSmo Cordi Iesu publico ac solemni ritu devotus, haud poterat **V.** S. Dei **CLAUDII DE LA COLOMBIÈRE** memoriam a B. Margaritae Mariae Alacoque recordatione seiungere, praesertim quum utrique Ezechielis illa verba convenire videantur : « *dabo vobis cor novum — et spiritum meum ponam in medio vestri* » **(EZECHIEL, XXXVI,** 26-27). Quod si ut est in Ecclesiastico « *gloria hominis in honore patris* » **(ECCL. III, 13)** quos caelitum honores consecuta filia est, iisdem decebat illum augeri, cuius paterno magisterio ipsa « *ascensiones in corde suo disposuit* ». Plane autem aequum fuit beatorum ritu colendum proponi virum non modo sanctitatis alienae spectatorem ac testem, sed eius ita participem ut ad singularem Ecclesiae utilitatem et ad absolutae virtutis exemplum excitatus esse videatur.

Ortus est **VEN. CLAUDIUS, IV** non. februar, an. **MDCXLI** in pago Sancti Symphoriani *de Ozon* parentibus genere ac pietate conspicuis. Transacta summa innocentiae laude pueritia, quum vix annum aetatis suae xi attingeret, Lugdunum missus est instituendus a PP. Societatis Iesu, quibus ducibus ac magistris studiorum cursum felicissime absolvit.

Divinarum rerum in dies magis desiderio flagrans, impetrata, non sine assidua sollicitudine et contentione, venia a parente, Avenionem contendit, ibique inter sodales Societatis Iesu, cui quantum in schola sanctitatis et evangelicae sublimis pariter humilisque sapientiae Christiana respublica debeat declarant propriae regionum historiae, religiosae vitae tirocinium posuit. Quo exacto, primum rethoricae, mox theologicae tradendae munus obivit in Lugdunensi Collegio SSmae Trinitatis. Idem votis iam nuncupatis, eo virtutis processit, ut arduum illud adiecerit Instituti sui leges omnes et singulas diligenter servandi sub gravis culpae poena; cui voto fidelissime satisfecit.

Sacerdotio initiatus, in duo illa sacri ministerii sane praecipua, sedulo incubuit, quorom alterum concionandi munus est, alterum « *ars artium regimen animarum* ». Illo quidem, quae ipsius erat simplex et efficax dicendi copia, sic est perfunctus,

ut devios ad meliorem frugem, dissidentes ad Ecclesiae sinum quamplures revocaverit In officio autem moderandae conscientiae haud sine divino instinctu Margaritae Mariae adstitisse magna laus est, quae ipsum tamquam ministrum sibi divinitus datum agnovit. Ac multum quidem **VEN. CLAUDIUS** operae contulit, multaque perpessus est in provehendo cultu Sacratissimi Cordis Iesu, cui religioni haud pauci initio adversabantnr.

Religiosae suae domus rector electus Parodii, biennio post ad Angliae regis aulam missus est ut concionatoris munus apud clarissimam Eboracensem ducem obiret, ubi non tam in principis aede quam pio in recessu versari visus est. Nec tamen id vitae genus impedimento fuit, quominus haereticorum calumniis impetitus, et carcere et exilio damnaretur.

His invicto animo toleratis, Parodium reversus est aegrotus ; perrexitque nihilominus saluberrimo fungi ministerio, nihil de consueto caritatis ardore remittens. Tandem a proposito Viennam descendendi per epistolam a Margarita Maria deterritus, quae divinitus sciret esse illi mortem obeundam Parodii, paucis post diebus, tot fractam laboribus, tot iactatam procellis, tot meritis insignem mortalem vitam cum beatissima commutavit **XV** cal. martias anno **MDCXXXII.**

Demortui laudes et praeclarae sanctitatis opinionem non modo dies non imminuit, sed ita auxit ut plane dici possit **VENERABILIS CLAUDII** nomen tam longe lateque pervagatum fuisse, quantum terrarum complexa est Sacratissimi Cordis Iesu religio. Itaque plurimi singulari eum pietate coluere, quos inter beata ipsa virgo Margarita Maria, sueta quotannis tanti Patris memoriam celebrare, quasi festum diem. Fama haec multis confirmata prodigiis non potuit communia studia non excitare ut Augustodunensis causa ad S. Rituum Congregationem deferetur. Quamobrem institutis perquisitionibus, digestís tabulis ceterisque ad ius bonum absolutis, de virtutibus in gradu summo, quadruplici actione rite confecta, est disceptatum ; prima in antepraeparatorio conventu decimotertio calendas Ian. a. **MDCCCXCVIII** advocato ad aedes Rmi Cardinalis Miecislai Ledöchowski, causae Relatoris, Praefecti sacri Consilii christiano nomini propagando : altera in duobus comitiis praeparatoriis ad Vaticanum indictis nono calendas augusti anno **MDCCCC**; et deinde quaestione instaurata septimo calendas Apr. volventis anni; ac tandem quarta in coetu universo ibidem habito coram Sanctissimo Domino Nostro **LEONE** PP. XIII septimo idus Iul. mox elapsi. In quo proposito dubio ab eodem Rmo Card. Miecislao Ledöchowski « *An constet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, item de Cardincdibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, iisque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur* » ; omnes qui aderant tum Rmi Cardinales, tum Patres Consultores, constare unanimi consensu censuerunt. Horum sententias laetissimo

animo excepit Beatissimus Pater sequentibus verbis : *Causa in hodierno conventu feliciter acta eiusmodi est, quae nos, candide fatemur, insueta quadam laetitia, plane perfundit. Excitatur enim animo suavis et dulcis praeteritae aetatis memoria, quum nobis adolescentibus pergratum erat, pie lectitare scripta huius Ven. Famuli Dei; et magnopere delectabamur de sancta illa necessitudine, quae ipsi cum B. Margarita Alacoque et coram et per epistolas intercessit. Augent porro laetitiam nonnulla provida praesentis temporis adiuncta, ex eo praesertim quod, ut probe scitis,* **NOBIS** *placuit universitatem generis humani laborantis clementissimo* **IESU CHRISTI CORDI** *sub initio saeculi consecrare. Ecquid igitur per se opportunius, eequid ziobis optatius quam, ut aliquando liceat ad honores beatorum Caelitum illum evehere, qui huius sacratissimae saluberrimaeque in Iesum pietatis patronus et propugnator exstitit insignis?*

Attamen idem Pontifex Maximus decretorium iudicium de more proferre distulit, ut divinae significatio voluntatis in re tanti momenti, effusis ad Deum precibus, innotesceret.

Hodierna vero die Dominica xi post Pentecosten, Sacris ante operatus in privato sacello atque inde Vaticanam aulam nobiliorem ingressus, ad se arcessivit Rmos Cardinales Dominicus Ferrata S. RR. Congregationi Praefectum et Miecislaum Ledöchowski causae Relatorem una cum R. P. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore meque infrascripto a Secretis iisque adstantibus solemniter edixit « *Ita constare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum et proximum, nec non de Cardmalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, iisque adnexis* **VEN. CLAUDII DE LA COLOMBIÈRE** *in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur, ut procedi possit ad ulteriora, hoc est cia quatuor miraculorum discussionem* ».

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in Sacrorum Rituum Congregationis tabulis inscribi iussit tertio idus augusti anno **MDCCCCI.**

DOMINICUS **CARD**. FERRATA S. *R. C. Praefectus.*

L. & S.

f **DIOMEDES PANICI**, Archiep. Laodicen., *S. R. C. Secret.*

FODIANA. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Soror. Mariae Caelestis Crostarosa fundatricis monasterii a SSmo Salvatore nuncupati in civitate Fodiana.

Eximium Dei beneficium atque christianae institutionis veluti exordium et fundamentum est patriam catholica religione illustrem et genitores pietate praestantes habere. Hoc contigisse compertum est Servae Dei Sorori Mariae Coelesti Crostarosa quae Neapoli in lucem edita die 31 Octobris anno 1696, optimos

sortita est parentes Iosephum Neapolitani fori advocatum et ornamentum ac Paulam Baptistam Caldari. Ex collati baptismatis testimonio constat infantulae imposita fuisse nomina Iuliae, Marcellae et Sanctae. Religiosissime educata aeque ac duae sorores et totidem fratres, puerula aequalibus in exemplum proponebatur. Eius pietas spirituali lectione praesertim circa acta Sanctorum iuxta morem illius christianae familiae, quotidie alebatur. Si voluptad et blanditiis aliquantulum indulsit atque, ancillis foventibus, animum relaxavit, has qualescumque culpas intimo cordis dolore, effusis lacrymis et salutari poenitentiae sacramento delevit, melior quam antea effecta ac ferventior. Undecim aetatis annos agens ad sacram synaxim primum accessit, ex quo tempore suavissimo Eucharistiae pabulo frequenter refìciebatur, approbante suae conscientiae moderatore R. Bartholomaeo Cacace, pio ac docto viro, cuius ductu haud paucos fecit progressus. Deo sic disponente, Famula eius, subtracto caelesti lumine et spirituali gaudio et pace, quibus fruebatur, tenebras, angustias ac tentationes experta est. Attamen quum in his magis instaret orationi, brevi post ex certamine victrix egreditur, pristinae reddita suavitati et ardendo re infiammata desiderio se totam Deo mancipandi in aliquo monasterio. Quod inopinate accidit dum ipsa cum matre sororem maiorem natu monasterium Maurilianum adeuntem comitabatur, cuius antistitae se obtulit alumnam, parentum assensu enixis precibus impetrato. Sex mensibus ab ingressu vix elapsis, sacras Carmelitarum vestes induit, et, tyrocinio expleto ac religiosis votis solemniter nuncupatis, in novitiarum magistram eligitur: quo munere recte fungitur insimul prospiciens regulari disciplinae restituendae ac servandae. Verum bonorum omnium adversario excitante, ita furentes ac violenti impetus in claustrum Mauriliense facti sunt ut Episcopus necessitate compulsus, eductis monialibus, illud obserari iusserit. Serva Dei cum duabus sororibus in Monasterium Salesianum Scalae erectum a P. Falcoia se recepit, ubi in aetate septem et viginti annorum, tyronibus praepositae morem gerens, postquam a Patre luminum per quadraginta dies oratione, ieiunio et sacra synaxi opem imploraverat novas conscripsit regulas ex theologorum iudicio sapientia caelesti referías, quas ipso S. Alphonso de Ligorio suadente omnes moniales in festo Pentecostes anno 1731 solemniter amplexatae sunt. Attamen, altera exorta tempestate, e Scalensi monasterio, in cuius utilitatem tot impenderat labores, discedere coacta est cum duabus sororibus suis feria tertia Pentecostes anno 1733. Patris litteris monita, Nuceriam Paganorum petiit ibique rogantibus civibus et Episcopo orphanarum domum monialibus concreditam reformare suscepit, illamque veluti virtutis sedem ac domicilium reddidit. Post sex annos, instante Iosepho Tortora Fodianae civitatis canonico, atque praecipiente suae conscientiae mode-

ra tore, ad hanc civitatem se contulit in qua monasterium SSmi Salvatoris ad commodum puellarum ex familiis genere et censu conspicuis die 9 Martii 1738 prius in precaria domo, dein in sede fixa cum vigintiquinque puellis fundavit, constituit et per septendecim circiter annos suavi fortitudine rexit. In hoc monasterio Soror Maria Coelestis iam meritis dives quum sibi appropinquantem mortem persentiat, sacramentis Ecclesiae roborari voluit et in extremo Passionem Domini ex Evangelio S. Ioannis sibi legi postulavit. Ad verba Christi in cruce morientis: *Consummatum est,* Famula Dei potius divino amore quam lethali morbo consumpta emisit spiritum atque uti columba e terrenis laqueis soluta ad caelos ad vola vit, die 14 Septembris anno 1755. Fama eius sanctitatis in vita et post, obitum etiam prodigiis et sanctorum virorum praeconiis, uti fertur, illustrata magis in dies increvit et ad haec usque tempora constanter celebrata permansit. Hinc Processus Ordinarius Informativus in Ecclesiastica Curia Fodiana super ea adornatus fuit et ad Sacrorum Rituum Congregationem delatus. Instante vero Rmo Dno Petro Crostarosa Patriarchalis Basilicae Liberianae Canonico et huiusce Causae Postulatore, attentisque litteris postulatoriis quorumdam Emorum S. R. E. Cardinalium, plurium sacrorum Antistitum ac praesertim Rmi Episcopi Fodiani cum clero et populo, monialium SSmi Salvatoris, civitatis Fodianae, et Rmi Superioris Generalis et Rectoris Maioris Congregationis SSmi Redemptoris qui praeclara ac domestica retulit testimonia de sanctitate Servae Dei, cuius hortati! et auspiciis S. Alphonsus suum Institutum fundavit, Emus et Rmus Dnus Card. Lucidus M. Parocchi Episc. Portuensis et S. Rufinae, atque eiusdem Causae Relator in Ordinario Coetu Sacrorum Rituum Congregationis ad subsignata die Vaticanum habito sequens dubium discutiendum rite proposuit: « *An sit signanda Commissio Introductionis Ccaisae in casu et ad effectum de quo agitur?»* Atque Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore omnibusque accurate perpensis rescribendum censuerunt : « *Affirmative seti signandam esse Commissionem, si Saiictissimo placuerit* ». Die 30 Iulii 1901.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua sententiam Sacrae eiusdem Congregationis ratam habens propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Ven. Servae Dei Sororis Mariae Caelestis Crostarosa, Fundatricis monasterii SSmi Salvatoris in civitate Fodiana, die 11 Augusti eodem anno.

D. **CARD**. FERRATA, S. *R. C. Praef*

L. * S.

f **DIOMEDES PANICI** Archiep. Laodicen., *Secret,*

LITTERAE APOSTOLICAE Sanctissimi D. N. Leonis PP. XIII de consecratione novi templi Beatae Mariae Virginis a Sacratissimo Rosario ad oppidum Lourdes in Gallus mense Octobri 1901.

Parta humano generi per Iesum Christum Redemptorem immortalia beneficia in nostris omnium animis penitus insident, atque in Ecclesia non modo memoria recoluntur sempiterna, sed etiam eorum commentatio quotidie cum suavi quodam amoris officio erga Virginem Deiparam consociatur. — Nos siquidem cum diuturnum Summi Sacerdotii Nostri spatium respiciamus, atque animum ad acta Nostra revocemus, grato et iucundo perfundimur consolationis sensu, conscientia earum rerum, quas, auctore bonorum consiliorum atque adiutore Deo, ad maiorem Mariae Virginis honorem vel suscepimus Ipsi, vel a catholicis viris curavimus suscipiendas ac provehendas. Illud autem est singulari Nobis gaudio, Marialis Rosarii sanctum institutum hortationibus curisque Nostris esse magis in cognitione positum, magis in consuetudine populi christiani invectum: multiplicata esse Rosarii sodalitia atque ea in dies sociorum numero et pietate florere: multa litterarum monumenta ab eruditis viris elucubrata esse et late pervulgata : denique Octobrem mensem, quem integrum Rosario sacrum haberi iussimus, ubique terrarum magno atque inusitato cultus splendore celebrari. Praesenti autem anno, a quo suum saeculum vicesimum ducit exordium, officio Nostro Nos prope putaremus deesse, si opportunam praetermitteremus occasionem, quam Nobis Venerabilis Frater Episcopus Tarbiensis, Clerus, populusque oppidi *Lourdes* sponte obtulerunt, qui in templo augusto, Deo sacro in honorem B. M. V. a sanctissimo Rosario, quindecim construxere altaria, totidem Rosarii mysteriis consecranda. Qua quidem occasione eo libentius utimur, quod de iis Galliae regionibus agitur, quae tot tantisque Beatae Virginis illustrantur gratiis, quae fuerunt olim Dominici Patris Legiferi nobilitatae praesentia et in quibus prima incunabula sancti Rosarii reperiuntur. Neminem enim christianorum hominum latet, ut Dominicus Pater ex Hispania in Galliam profectus, Albigensium haeresi per id tempus circa saltus Pyrenaeos, veluti perniciosa lues, Occitaniam fere totam pervadenti, invicte obstiterit; divinorumque beneficiorum admiranda et sancta mysteria exponens et praedicans, per ea ipsa loca circumfusa errorum tenebris lumen veritatis accenderit. Id

enim apte singulis singuli vel ipsi faciunt eorum mysteriorum ordines, quos in Rosario admiramur; ut christianus quippe animus sensim sine sensu cum crebra eorum cogitatione vel recordatione vim insitam hauriat, combinat; sensim sine sensu adducatur ad vitam modice in actuosa tranquillitate componendam, ad adversas res aequo animo et forti tolerandas, ad spem alendam bonorum in potiore patria immortalium, ad Fidem demum, sine qua nequicquam quaeritur curatio et levamentum maiorum, quae premunt, aut propulsado periculorum, quae impendent, adiuvandam atque augendam. Quas Dominicus, aspirante atque adiuvante Deo, Mariales preces primus excogitavit et Redemptionis mysteriis certo ordine intermiscuit, Rosarium merito dictae sunt: quoties enim praeconio angelico *gratia plenam* Mariam consalutamus, toties de ipsa iterata laude eidem Virgini quasi rosas deferimus, iucundissimam efflantes odoris suavitatem; toties in mentem venit tum dignitas Mariae excelsa, tum inita a Deo per *benedictum fructum ventris* gratia; toties reminiscimur alia singularia merita, quibus Illa cum Filio Iesu Redemptionis humanae facta est particeps. O quam suavis igitur, quam grata angelica salutatio accidit beatae Virgini, quae tum, cum Gabriel eam salutavit, sensit se de Spiritu Sancto concepisse Verbum Dei! Verum nostris etiam diebus vetus illa Albigensium haeresis, mutato nomine, atque aliis invecta sectis auctoribus, novis sub errorum impiorumque commentorum formis atque illecebris mire reviviscit, serpitque iterum per eas regiones, et latius contagionis foeditate inficit contaminatque populos christianos, quos misere ad perniciem et exitium trahit. Videmus enim et vehementer deploramus saevissimam in praesens, praesertim in Gallus, adversus religiosas Familias, pietatis et beneficentiae operibus de Ecclesia et de populis optime meritas, coortam procellam. Quae quidem dum Nos mala dolemus, et gravem concipimus ex Ecclesiae acerbitatibus animi aegritudinem, auspicato obtigit ut non dubia inde ad Nos profecta sit significatio salutis. Bonum enim faustumque capimus omen, quod firmet augusta caeli Regina, quum in sacris aedibus de Lourdes tot, ut supra diximus, proximo Octobris mense dedicanda sint altaria, quot mysteria sanctissimi Rosarii numerantur. Nec quidquam certe ad Mariae conciliandam et demerendam saluberrimam gratiam valere rectius potest, quam quum mysteriis nostrae Redemptionis, quibus illa non adfuit tantum

sed interfuit, honores, quos maximos possumus, habeamus, et rerum contextam seriem ante oculos explicemus ad recolendum propositam. Neque ideo Nos sumus animi dubii, quin velit ipsa Virgo Deipara, et pientissima Mater nostra, adesse propitia votis precibusque, quas innumerae illuc turmae peregre confluentium Christianorum rite effundent, iisque miscere et sociare implorationem suam, ut, foederatis quodammodo votis, vim faciant, et dives in misericordia Deus sinat exorari. Sic potentissima Virgo Mater, quae olim *cooperata est caritate ut Fideles in Ecclesia naseerentur* (1), sit etiam nunc nostrae salutis media et sequestra : frangat, obtruncet multiplices impiae hydrae cervices per totam Europam latius grassantis, reducat pacis tranquillitatem mentibus anxiis; et maturetur aliquando privatim et publice ad Iesum Christum reditus, qui *salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum* (2). — Nos interea Venerabili Fratri Episcopo Tarbiensi, et dilectis filiis clero et populo de Lourdes benevolum animum Nostrum profitentes, omnibus et singulis eorum optatis, quae nuper Nobis significanda curarunt, Litteris hisce Apostolicis obsecundare decrevimus, quarum authenticum exemplar ad universos Venerabiles Nostros in pastorali munere Fratres, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, reliquosque sacrorum Antistites in orbe catholico existentes iussimus transmitti, ut hi quoque eodem ac Nos gaudio et sancta laetitia perfundantur. Quamobrem, quod bonum, felix faustumque sit, Dei gloriam amplificet, et toti Ecclesiae catholicae benevertat, auctoritate Nostra Apostolica per has ipsas litteras concedimus, ut dilectus filius Noster Benedictus Maria S. R. E. Cardinalis Langénieux dedicare licite possit nomine et auctoritate Nostra novum templum in oppido Lourdes -erectum, sacrumque Deo in honorem B. M. V. a sanctissimo Rosario; ut idem dilectus filius Noster in sollemni sacro faciendo utatur libere Pallio velut si in Archidioecesi adesset sua; utque post sacrum sollemne adstanti populo, item auctoritate et nomine Nostro, possit benedicere cum solitis Indulgentiis. Haec concedimus, non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 8 Sept. 1901, Pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

A. **CARD**. MACCHI.

(1) S. Aug. *De sancta Virginitate.* Cap. VI.
(2) Hebr. VII, 25.

LITTERAE APOSTOLICAE SS. D. N. Leonis Pp. XIII quibus extinguitur capitulum Ecclesiae Collegiatae S. Hieronymi Illyricorum et Collegium Hieronymianum in urbe erigitur.

Slavorum gentem, fidei ac pietatis laude nobilissimam, qua Decessores Nostri, per aetates omnes complexi sunt caritate, eadem Nos prosecuti perpetuo fuimus inde ab exordio Pontificatus Nostri. Cuius quidem rei etsi praeclaro sunt argumento quae providenter huc usque egimus in religiosam eius populi securitatem dignitatemque; libet tamen, quoniam secundissime sese offert occasio, novum addere testimonium, quod benevolentiae Nostrae futuris etiam temporibus indicium extet ac veluti monimentum.

Fidei namque et christianae caritatis studium, sicut nationibus plerisque omnibus, ita Slavicae quoque id elapsis temporibus suasit ut, in hac Urbe Nostra catholici nominis principe, institutum aliquod conderent congruisque redditibus instruerent, popularibus videlicet excipiendis, qui Apostolorum exuvias veneraturi Romanum iter aggrederetur, quae quidem instituta Pontificibus Maximis, non auctoritate modo et consiliis firmare, sed munificis praeterea largitionibus provehere solemne semper fuit. Id autem, ut par erat, et Slavis contigit. Nam Hieronymi de Potomnia Ragusinae dioeceseos aliorumque piorum hominum e Dalmatia et Slavonia precibus obsecundans, Nicolaus V decessor Noster, per Bullam *Piis fidelibus votis,* datam die 21 aprilis anni MCDLIII, hospitium in Urbe condidit, quod S. Hieronymi Siavoniorum, deinceps etiam Illyricorum, ex veteri geographica appellatione, vocatum est; eo nimirum consilio, ut fideles pauperes, e Dalmatia, Histria, Chroatia, Slavonia, Bosnia et Hercegovina peregre advenientes exciperentur alerenturque.

Hospitium, piis catholicorum largitionibus, quas inter memoratu digna est quam Catharina Bosniensium regina testamento reliquit, brevi adeo crevit ut, non peregrinis modo excipiendis, verum etiam aegris curandis, laxatis aedibus, par esset; quod quidem geminum caritatis opus ut rite recteque perageretur, aedes ipsae bifariam divisae sunt, altera earum parte hospitio adtributa, altera nosocomio.

Quum vero ad supremum Apostolatus officium Sixtus V evectus esset, is, ob suam in Sanctum Hieronymum pietatem

atque in Chroaticam nationem, ex qua ducebat originem, benevolentiam, primum Hieronyminianum templum, suum olim titulum, dum in minoribus esset, angustum illud quidem ac vetustate fatiscens, a fundamentis fere, aere dato, reiecit, ornavit, omni supellectile instruxit; tum etiam ad Collegiatae honorem evexit, addito Capitulo, quod archipresbytero, canonicis senis quaternisque beneficiariis constaret.

Et sic quidem ad nostra fere tempora Institutum viguit.— Nunc porro, cum eorumdem temporum adiuncta mutata sint admodum, ob aucta inter nationes varias commercia, expeditiore itinera et ampliora ubique ad commeantium commodum praesidia, vix videtur aliquid adhuc inesse utilitatis huiusmodi hospitiis quae praeteritarum aetatum angustiae requirebant. E contra expostulare tempora persentiunt omnes ut, pravis ubique doctrinis gliscentibus atque hostium christiani nominis aucto ausu, ea multiplicentur subsidia quae et ad tuendam fidem valeant et ad adversariorum conatus, pro singularum regionum necessitate, retundendos. Ad quem finem quum valde •conferat ut delecti iuvenes, sacris ordinibus vel iam initiati vel opportuno tempore initiandi, Romae, sub tutela ac veluti in oculis Summorum Pontificum, ad virtutes sacerdotio dignas sacrasque disciplinas educentur, qui postea, in patriam remeantes, haustam ex ipso fonte apostolico doctrinam cum popularibus quisque suis communicent; optimum factum visum est, si antiqua peregrinorum hospitia in ecclesiastica iuvenum collegia mutarentur. Sic quidem actum de Romanis plerisque hospitiis ceterarum nationum: sic porro de Illyricorum Hieronymiano hospitio agi decretum est.

Enimvero hospitii moderatores, iam inde a saeculo XVI, senserunt quam e re foret si Hieronymianae Slavorum aedes non eo solum paterent, ut peregrinis receptui essent, verum etiam ut sacerdotes exciperent sacris disciplinis uberius excolendos solideque pietate imbuendos. Quamobrem, a. MDXCVIII, a Clemente VIII decessore Nostro facultatem iam impetraverant, qua Hospitium in ecclesiasticum collegium verteretur. Verum exortae difficultates quominus res pro votis expediretur impediverunt. — Binis porro elapsis saeculis, negotium agi iterum coepit; ita tamen ut, incolumi peregrinorum hospitio, quae pars aedium xenodochio fuerat attributa, clericis deinceps destinaretur, redditibus etiam, qui satis essent, iisdem alendis concessis. Quod qui-

dem consilium cum Pius VI d. n. probasset, Litteris Apostolicis,, datis die XXVII Februarii MDCCXC, Collegium chroaticum ad S. Hieronymi demum institutum est — Ast, quamvis illustrium virorum studia coeptis hisce faverent, elapso vix quinquennio, cum publicae perturbationes commorantibus in Urbe securitatem non darent, Canonicis atque alumnis Roma abeuntibus, Collegium intercidit. — Restituta postmodum pace, de restituendo etiam Collegio denuo ac saepius deliberatum est: idque demum cessit anno MDCCCLXIV, quum nempe iuvenes aliquot qui philosophicis ac theologicis disciplinis darent operam, in Hieronymianas aedes excepti sunt, eorumque coetus a SS. Cyrillo et Methodio, Slavorum patronis, vocatus est. Attamen nec instituti huius usus ultra septennium constitit: anno siquidem MDCCCLXXI sublatum est. Neque demum feliciorem exitum habuit quod iterum anno MDCCCLXXXIV Collegium fundatum fuit, unis videlicet sacerdotibus destinatum, scientia penitius ac pietate excolendis.

Cuius quidem perficiendi consilii difficultas eo potior fuit, quod in Slavorum aedibus ad Hieronymi alius iampridem coetus iure legitimo obtineret, canonicorum scilicet, qui, ut superius relatum est, a Sixto V, per Constitutionem « Sapientiam Sanctorum », datam kalendis augusti MDLXXXIX, institutus fuerat.

Nam, Sixto morte intercepto, institutum ab eo Hieronymianum Capitulum exiguos vix habuit redditus, qui ad vitam honeste alendam nequaquam sufficerent: quare iterum iterumque oportuit ut Apostolicis indultis adhibitis, ex Hospitii fundis quaereretur, quae in Canonicorum victum diriberentur. Hinc imminuta Hospitii res, sublataque potestas restituii saepe adolescentium vel Sacerdotum Collegii servandi.

Nos igitur ut Collegium, quo dudum Romae esse exoptavimus, demum sit eique firmius, quam elapsis aetatibus, certusque fundamentum constituâmes, collatis consiliis cum gentis Ghroatieae Episcopis, quorum intererat, ad maiorem Omnipotentis Dei gloriam, ad catholicae religionis incrementum, ad dilectissimae Nobis eiusdem gentis decus et utilitatem, Constitutionibus decessorum Nostrorum Nicolai V et Sixti V auctoritate Apostolica derogantes : Hospitium S. Hieronymi nec non Capitulum collegiatae ecclesiae eiusdem S. Hieronymi, quod huc usque Illyricorum vocatum est, hisce Nostris litteris sup-

primimus et suppressa declaramus. Volumus interea ut Canonici, quibus aliter per peculiare indultum provisum nondum est quique adhuc in templo sacris dant operam, quidquid, praebendae titulo, accipere ante hoc tempus solebant, accipere in posterum pergant, donec ratione alia providebuntur. Loco vero Hospitii et Capituli praedictorum, Collegium Hieronymianum pro Chroatica gente, sub Nostra Auctoritate et tutela, fundamus et constituimus; eidemque sic a Nobis fundato et constituto bona universa et quoscumque redditus, nomina et census ad praedictum Hospitium et Capitulum quomodolibet pertinentia in perpetuum damus et attribuimus. Ea tamen dandi attribuendi lex esto, ut Capituli etiam obligationes, tum quoad divini Officii recitationem, tum quoad Sacra ex piorum fundatorum voluntate statis diebus peragenda, totum denique divinum cultum in templo Hieronymiano persolvendum, ad Collegium eiusdemque moderatores illico transferantur; quorum propterea moderatorum conscientiam oneramus, ut quae omnia antehac a Capitulo fiebant, eadem deinceps a Collegio fiant, iis quidem exceptis, quae forte inflectenda ad aequitatem, Nostro tamen consensu, prudentia suaserit.

Quo vero in tanti momenti re rite recteque procedatur, leges, quae subscribuntur, Collegio regundo moderando edimus. Cetera quae vel pietatis officia, vel rationem studiorum, vel domesticam disciplinam et ordinem diurnum spectant, Cardinali Collegii Patrono statuenda permittimus.

LEGES COLLEGII HIERONYMIANI PRO CHROATICA GENTE IN VRBE.

I. Hieronymianum Collegium modo quidem sacerdotibus alumnis excipiendis pateat, qui ortu ac sermone ad chroaticam gentem pertineant quique, studiorum curriculo, in dioecesano seminario vel in Lyceo aliquo theologico, exacto, idonei censeantur ad ampliora studia pontificii praesertim iuris tum. etiam ceterarum sacrarum disciplinarum, prouti suus cuique Episcopus designant.

Ut vero primum per tempus auctosque proventus licebit, adolescentibus patere volumus, qui sacerdotium suscepturi, disciplinis sacris dent operam.

IL Collegii unus e S. R. E. Cardinalibus Patronus esto, quem Pontifex Maximus destinabit.

III. Collegio moderando tres praeerunt delecti viri, prudentia vitaeque integritate spectato*.

Horum alter, Rectoris titulo, suprema in Collegio auctoritate potietur; alter, rectoris vice, quae ille mandant, curabit reique econornicae administrandae praeerit; tertius magisterio spiritus fungetur, eique demandantur cura Hieronymiani templi sacrasque in eo caeremonias omnes ordinandi.

IV. Rectorem eligendi Summi Pontificis ius esto, nulla originis vel patriae ratione habita.

Alterum vero a Rectore et conscientiae magistrum Cardinalis Patronus nominet, audito Rectore.

V. Praeter habitationem et victum aliaque ad vitae usum necessaria, Rector tria millia libellarum italicarum quotannis a Collegio accipiet; vicerector vero et conscientiae moderator mille et octingentas.

VI. Iidem titulo Canonicorum ad honorem Collegiatae ecclesiae S. Hieronymi fruantur ; ita tamen ut eodem careant statim ac munere amoti fuerint vel quod officio desint vel gravibus aliis de causis.

VII. Patrimonii totius administratio penes Consilium in id designatum erit. Consilium vero quinque viris constabit; id est Collegii Rectore, qui et praeses erit, aliisque duobus moderatoribus, duobus praeterea a Cardinali Patrono electis.

VIII. Sacerdotes alumnos in Collegium cooptandi ius omne Cardinalis Patroni esto. Nullus autem cooptetur nisi praestanti ingenio integrisque moribus et ab Episcopo Ordinario propositus et commendatus. Eiusdem porro Cardinalis Patroni alumnos dimittendi potestas erit, si quem, moderatoribus auditis, disciplinae impatientem vel legum immemorem cognorit.

IX. Sacerdotes alumnos in Collegium mittendi ius habeant: Archiepiscopus Zagrabiensis, Episcopi Sirmiensis, Seniénsis et Crisiensis, graeci ritus unitorum.

Item Archiepiscopus Iadertinus; Episcopi Rhagusinus, Spalatensis, Sebenicensis, Pharensis et Catharensis.

Item Episcopi Veglensis, Tergestinus, Parentinus.

Item Archiepiscopus Vrhbosnensis ; Episcopi Mandelensis, Tribuniensis, Banialucensis.

Postremo Archiepiscopus Antibarensis.

X. Tot in Collegium alumni cooptentur, quot ex instituti reditibus ali queant. In cooptandis vero sic dioecesium singularum amplitudinis ac necessitatis ratio habeant, ut nulla prae alia potiore iure frui videatur.

XI. Alumni triennio vel saltem biennio in Collegio manebunt, iisque disciplinis operam dabunt, quarum peritia, Ordinarii iudicio, utiliores dioecesi suae eveniant.

Episcopis Chroatiae, in quorum dioecesibus palaeoslavicae linguae in sacra liturgia est usus, ius manet integrum sacerdotibus, quos Romam mittunt, iniungendi ut palaeoslavice discant litterasque glagoliticas probe norint.

— Haec de Collegio Hieronymiano Chroaticae gentis in Urbe statuimus, decernimus. Restat, ut sacerdotes alumni in illud cooptandi delatum a Deo beneficium pro merito aestiment et virtutum scientiaeque adipiscendae studio spem Nostram suorumque Episcoporum cumulate impleant.

Volumus praesentes litteras firmas, validas et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat et in futurum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari ; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari atque definiri debere, atque irritum et inane si secus super his a, quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de iure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 1 Augusti 1901, Pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

A. CARD. MACCHI

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Die 22 Iunii 1901.

Sess. 24, Cap. 1, De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Cum familia R. in oppido vulgo *Vésinet*, dioecesis Versaliensis, prope Parisiis, commoraretur, eius filius Vedastus in propriam domum excipere solebat matrem et filiam Palmyram quas Vedastus instituebat ad canendum in parochiali ecclesia oppidi. Hac de re amicitia inter familias inita est, et subinde Vedastus amore captus erga Palmyram, cum ea cogitare coepit de matrimonio contrahendo.

At huic desiderio iuvenum obstabat Vedasti mater, cui maxime displicebat quod filius nuberet puellae, protestantium sectae addictae. Equidem Palmyra, licet ritu catholico, ut plures testes referunt, susceperit baptisma, tamen ex matre luterana et ex patre nulli religioni addicto, in Helvetia nata, in luterana secta fuit educata ac templum protestantium frequentare solebat.

Vedastus autem, ut matrem sibi consentientem haberet, a Palmyra promissionem obtinuit, quod ipsa, antequam matrimonium contraheretur, ab haeresi protestantica ad catholicam rediret Ecclesiam. Imo, si vera sunt quae modo narrantur, vir formalem abiurationem ab haeresi in pactum deduxit; hanc vero conditionem mulier, quae has nuptias maxime optabat, se impleturam promisit.

Interea Vedastus, ut negotia suae familiae gereret, patriam dereliquit et Uticam Tunetis in Africani profectus est, ibique dum commorabatur, non una, sed pluries literas misit ad Palmyram, quam hortabatur ut quam primum con-

versionem ad catholicam fidem perficeret. Reque vera puella, in rudimentis catholicae doctrinae a quadam sanctimoniali edocta, sacro missae sacrificio saepius interfuit, ac in festivitate Natalis Domini an. 1889 ad Sacram Synaxim a parocho publice admissa fuit, quin tamen formalem ab haeresi abiurationem emitteret. Imo parochus loci haud necessariam putavit formalem abiurationem ; siquidem ad matrem viri ille scribebat : « Ce n'est pas la peine, je pense que la communion équivaut à l'abjuration ».

Animo laeto haec omnia excepit Vedastus et literas gratulatorias puellae misit; quocirca post aliquot menses in Galliam rediit et, obtento prius beneplacito propriae matris, die 27 augusti 1890 in parochiali ecclesia oppidi, magna cum laetitia utriusque familiae, Palmyram in legitimam uxorem duxit.

Absolutis nuptiis, neo-coniuges illico coniugalem vitam instaurarunt et Uticam Tunetis petierunt, ubi per decem menses commorati sunt. In Galliam reversi, Parisiis per quinque annos una simul maritalem vitam duxerunt, donec labente mense augusto 1895 vir uxorem in adulterio deprehendit ; et res eo usque pervenerunt, ut Vedastus uxorem dimitteret, quin amplius instaurata fuerit coniugalis vita.

Paulo post Palmyra in ius maritum vocavit, ut pensionem ab eo reciperet ; at tribunal laicum non solum hanc petitionem reiecit, sed in- favorem mariti, ob mulieris adulterium sententiam divortii obtulit.

Interea Vedastus, volvente an. 1898, cum mulier Parisiis domicilium- haberet, ubi, iuxta affirmationem aliquorum testium, vitam inhonestam ducit, ad Curiam Archiepiscopalem Parisien, supplicem misit libellum, in quo affirmabat, se Palmyram in uxorem duxisse, ea adiecta conditione, scilicet abiurationis ab haeresi ex parte mulieris; cum vero haec conditionem non impleverit, petebat ut matrimonium nullum declararetur ob non purificatam conditionem.

Curia Parisiensis per iudicem delegatum processum instituit, et audito viro, nec non pluribus testibus etiam ex officio vocatis, omnibus perpensis die 23 Iulii 1900 pro valore matrimonii sententiam obtulit. Notandum vero mulieris depositionem deesse, neque ex actis constare an fuerit rite citata ante prolationem sententiae ; quamvis constet eamdem fuisse citatam ad audiendam sententiam.

Sententia iudicis Parisiensis sequentis est tenoris:

« Attendentes quod matrimonii nullitas ob conditionem positam ex eo apparet quod unus vel alter contrahentium suum consensum tribuere non vult nisi impleatur talis eventus contingens futurus et henestus;

« Attendentes matrimonium si consensui honesta conditio imposita fuit ab alterutro coniugum in eo tantum casu esse nullum in quo ea conditio a coniuge cui imposita erat non fuit adimpleta;

« Attendentes quod in casu Vedastus actor eam suo matrimonio contrahendo cum Palmyra conditionem posuerat, ut puella ab haeresi protestantica ad Catholicam rediret Ecclesiam, in qua fuerat baptizata ;

« Attendentes Palmyram ne a matrimonio cum Vedasto arceretur parochum pagi " Le Vésinet ,, adiisse, ex parochi consilio cum monialibus quae inibi puellis educandis vacant de catholica doctrina sermones nonnunquam habuisse; a templo protestantium adeundo abstinuisse, sacro Missae sacrificio saepius interfuisse, et ad sacram synaxim in festo natalis publice admissam fuisse;

« Attendentes quod parochus pagi " Le Vésinet ,, diversas ob rationes non cognitas putavit non opportunum, in hoc casu, ritum publicae abiurationis, ad quem ritum prudentia et Canones recurrere suadebant, et ad quem ritum forsan recurrere potuit, cum facultatem a Censuris absolvendi pro tempore adventus Episcopus Versaliensis parochis concessisset; tali enim abiurationi Palmyra ut ex epistolis ab ea scriptis constat minime repugnabat ;

« Attendentes quod actor conditioni a se positae satis-

neri putavit postquam puella omnia peregerat quae a Parocho requisita fuerunt, Palmyra scilicet sine dispensatione impedimenti mixtae religionis ad matrimonii sacramentum admissam fuisse ;

« Attendentes vero Palmyram iuxta actoris eiusque patroni dicta, non sincere sed per iocum haeresim deseruisse et conditionem a sponso impositam fraudulenter evasisse ;

« Attendentes autem conditionem non potuisse ad internas animi dispositiones, sed ad exteriores tantum habitus internae conversionis signum extendi ;

« Dicimus, declaramus, et pronuntiamus non constare de nullitate matrimonii de quo agitur propter non impletam conversionis conditionem ».

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO VIRI. Advocatus, qui rationes actoris sustinet, hanc thesim probare contendit, Vedastum abiurationis conditionem in pactum deduxisse, hanc vero conditionem acceptasse Palmyram, sed flete et ex parte tantum implevisse.

Et in primis defensor existentiam conditionis probat ex epistolis et depositione sponsi. Sane, cum Vedastus in civitate Utica versaretur sub die 24 Martii 1889 Palmyrae epistolam misit, una cum exemplare alterius epistolae, ab eo iam Parocho du Vésinet transmissae. In ea autem epistola Palmyrae aiebat: «... faites tout votre possible pour prendre ma religion sans arrière pensé ; notre mariage dépend beaucoup des efforts que vous ferez de ce côté... comme je vous l'ai dit, je serais très-heureux d'apprendre que vous avez abjuré... prenez ma religion... Je vais me coucher, avec l'espoir que vous suivrez mes conseils - ce sera un grand bonheur pour votre enfant (ait ipse ad matrem Palmyrae) lorsqu'il apprendra de ce pays lontain l'abjuration de ma chère fiancée ». Ad Parochum autem : «... avec votre enseignement et vos bons conseils, elle abjurera et se fera catholique, et plus rien ne pourra entraver mon mariage ».

In altera autem epistola diei 26 Martii 1889, seu post duos dies tantum a prima, Vedastus urgebat: «... Travaillez à vous faire catholique, j'aurai un grand plaisir le jour où j'apprendrai que vous avez pris ma religion... ce sera le commencement de mon bonheur... bonheur que j'attends entièrement de vous ». Et in altera diei 26 Octobris 1889 laetissimus de proxima Palmyrae abiuratione, scribebat : «... Aussi nos travaux avancent fortement, ce qui me donne l'espoir que pour le grand acte que vous allez accomplir... je serai à vos côtés... ».

Haec omnia vero concordant cum iurata depositione ipsius viri, qui coram iudice affirmavit : « Je lui ai demandé directement de se faire catholique. Je l'aimais éperdument, et je voulais tout obtenir par le sentiment. Mais j'étais bien décidé à ne pas l'épouser si elle ne se faisait pas catholique... j'ai posé formellement cette condition : que Mlle Palmyre se ferait catholique, et je lui ai déclaré que c'était la question de Religion qui était pour moi la première des conditions. Je lui ai dit que je ne l'épouserai pas si elle ne se faisait pas catholique. Je le lui ai déclaré devant sa Mère et sa grand Mère. J'ai demandé à Mlle Palmyre de se faire catholique et pour cela d'abjurer le protestantisme... Mlle a toujours répondu - Oui - ».

Hanc conditionem vero acceptasse Palmyram, orator probat ex epistolis eiusdem sponsae, quae sub die 31 Martii 1889 ita Vedasto scribebat: « Vous voulez que je ne doute point de votre parole, doutez vous donc de la mienne, vous qui craignez que je n'accomplisse pas ma promesse d'abjurer le jour de notre union... je consens à faire abjuration publique et avant notre mariage ».

In altera vero epistola diei 30 Iulii 1889 Palmyra aiebat: «... nous bénirons ma mère qui fait un si grand sacrifice, en me laissant pour toujours partager vos croyances ». Item sub die 1 Augusti 1889: « J'espère que vous avez été joyeux en apprenant que Nanie (mater Palmyrae) veut bien me laisser suivre votre religion ».

Haec facta autem confirmat defensor ex iuratis testium depositionibus. Ita mater sponsi retulit: «Mlle de Pizzaro était protestante. Je le fis observer immédiatement à mon fils, qui me répondit: Oh! mais elle se fera catholique: J'avais, du reste, averti mon fils que le changement de religion de Mlle était une condition absolue, sine qua non, immuable de son mariage avec lui. C'était d'ailleurs aussi la condition qu'il mettait lui-même à son mariage.... Je sais très bien quelles étaient les intentions de mon fils. Il ne voulait épouser^Mlle Palmyre qu'à la condition qu'elle se ferait catholique ».

Cui concordat ipsiusmet sponsae avia, cuius testimonium faciendum esse dicit defensor, quia agitur de femina protestantica, quae nonnisi veritate ducta non deposuisset adversus nepotem, nec, saltem indirecte, contra propriam sectam. Ait enim : « Monsieur Bernard ayant fait du changement de religion une condition absolue. Ma petite fille Palmyra s'y est prêtée, et ma fille également. A partir de ce jour, ma petite fille à fréquenté l'église catholique et ma fille l'y accompagnait. C'était à la paroisse du Vésinet. Ma petite fille tenait beaucoup à ce mariage et aurait tout accepté à n'importe quelles conditions pour jouir de la liberté de femme mariée. Cette condition ayant donc été posée, Mlle Palmyra ma petite fille, l'a acceptée et a commencé à la remplir de la façon que je viens de dire, en fréquentant l'Eglise catholique ».

« Je suis sure, ait soror actoris, qu'il avait demandé comme condition absolue à son mariage le changement de religion de Mlle Palmyre... mon frère a dit plusieurs fois à ma mère, qui elle-même me l'a répété, qu'il ne se marierait avec Mlle Palmyre que si elle se faisait catholique ». Et Dña Eugenia Couvreux testatur : « Le changement de religion était une condition absolument exigée ». Concinunt Leonides Prévotaux, Tomas, et Clement Couvreux.

Probata existentia conditionis, ulterius defensor affirmat adiectam conditionem per abiurationem Palmyram non im-

plevisse. Equidem, refert orator, ex testimoniis Curiae Versalien, et Parochi du Vésinet emergit, nullum vestigium in illis archiviis repertum esse circa abiurationem Palmyrae; ita pariter ex testimonio celebrationis matrimonii a Parocho tradito. Similiter testes omnes nec vidisse nec audisse aut scivisse de abiurationis exequutione testati sunt. Imo ipse Parochus Matri Sponsi expressit: « Ce n'est pas la peine, je pense que la communion équivaut à l'abjuration ».

Neque, pergit patronus, Palmyra fidem catholicam sincere et ex animo in se recepit ; sed dumtaxat ad bonam fidem Sponsi eiusdemque parentum eludendam, interdum ad ecclesiam catholicam Oppidi se contulit, sacramque Synaxim semel excepit.

Reque vera de mala fide sponsae loquens defensor, recolit quod ipsa in epistolis ad virum missis, haud favorabilem se ostendit erga catholicam religionem. Ita in quadam epistola asserit : « Je vous trouve vraiment ignorant en ce qui concerne la religion protestante ; mais sachez donc et pour jamais, que ce titre porté si fièrement autrefois, et que j'ai banni de mon blason, me permet dès aujourd'hui d'être considérée comme catholique ». In altera epistola affirmat : « J'ai été ce matin à la messe, et j'ai bien prié pour vous. Comme il faut que je vous aime, chéri, pour aller m'agenouiller, dans cette église qui m'a fait tant de mal ! Enfin, j'ai promis d'y passer une année, je tiendrai ma promesse ». Item in epistola diei 30 Iunii asserebat : «Je me suis levée de bonne heure, afin d'accomplir ma promesse si pénible, que je vous ai faite, d'aller chaque Dimanche à la messe ».

Quocirca, pergit orator, Palmyra nec errores sectae protestanticae ullo modo abiuravit, sed decipiendi et matrimonium contrahendi tantum gratia ecclesiam catholicam interdum petiit, sacramque Synaxim semel excepit. Ad rem testis Eugenia Couvreux deposuit: « Je sais seulement, parce qu'elle (Palmyra) me l'a dit, qu'elle s'était faite Catholique, pour se marier avec Mr. Bernard, mais qu'elle

n'en remplissait pas les obligations. Quand on me demande si je vais à la messe, je réponds affirmativement, mais en réalité je n'y vais pas ». Concinit ipsiusmet Palmyrae avia, quae fatetur : « qu'il n'est pas à ma connaissance, non plus, que jamais il y ait eu, pour ma petite fille, une cérémonie quelconque d'abjuration du catholicisme pendant que, de fait, elle pratiquait le protestantisme, et que même elle fut admise à la scène ». Et Dna Maria Couvreux affirmat : « Pour faire le mariage, elle aurait embrassé n'importe quelle religion ou s'en serait passée tout â fait ».

Huc perducta oratione, patronus queritur quod parochus loci Vésinet, absque ulla abiuratione, sine debita proprii Episcopi venia, leviter imprudenterque Palmyram ad sacram Synaxim recipiendam admisit. Imo, iuxta oratorem talia abnormia parochus iste expressit, ut nonnisi a sacerdote vel prorsus mente capto vel in impiotate prolapso dicere possint.

Refert enim defensor, quod mater sponsi, cum parochum sciscitasset an Palmyra fidem catholicam recepisset, hanc responsionem habuit : « Que je prenais la chose très a coeur; que Mlle Palmyre était très instruite de la religion et qu'il y avait peu de différence entre ses croyances et les nôtres ». Palmyrae vero Parochus ita al locutus est : « Mon enfant, m'a-t-il dit, priez Dieu avec nous puisque tel est le désir de votre future famille, et de votre fiancé. Ecrivez-moi une lettre comme quoi vous vous engagez à suivre la religion catholique, mais ne faites aucun acte visible qui vous prive de retourner dans votre église primitive si vous n'épousez point celui que vous aimez ». Tandem eadem viri mater iterum parochum interrogans, an Palmyra abiurationem emisisset, Parochus ei reposuit : « Ce n'est pas la peine, je pense que la communion équivaut à l'abjuration ».

Quocirca, infert advocatus, parochus sponsum eiusque matrem in errorem induxit, eosque adduxit ne amplius a

Palmyra abiurationem requirerent. Siquidem illi ex Parochi verbis persuasum habuerunt Palmyram ea omnia satisfecisse, quae rite ad fidem catholicam amplectendam requiruntur. At e contra Palmyra nec intrinsecus nec extrinsecus religionem catholicam recepit, sed corde et animo in suis erroribus permansit, licet ad sacram Synaxim accederet. Unde optime animadvertit praedictus Vicarius : « Il n'est pas étonnant que la jeune fille se soit confessée et approchée de la Sainte Table. Je la crois capable de toutes les simulations... Je la crois capable de tout ».

Ergo, iuxta oratorem, vir non modo abiurationem externam, sed veram sinceramque ad fidem catholicam conversionem ab ea reposcebat ; sed cum ipsa nec extrinsecus per abiurationem, nec intrinsecus' per sinceram conversionem, conditionem in se receptam revera expievisset, idcirco nec verus consensus praestitus fuit, propptereaque, nec verum matrimonium, vitio nullitatis in radice laborans.

Quinimo, urget advocatus, cum ageretur de haeresi publica, formalis abiuratio erat omnino necessaria. Ad rem clarissimus De Angelis *(Praelect. Iur. Can. lib. V, tit. VII, tom. 4, pag. 191)* ait: « Ex iure vero Decret, *lib. V, de haereticis, tit. VII, cap. IX, — Ad Abolendam —* statutum est solis Episcopis ius competere absolvendi haereticos ac schismaticos post publicam eorum ab erroribus abiurationem et quidem coram testibus. — Unde ex dicto capite Decret. Episcopi possunt absolvere in foro externo haereticos a censuris quibus fuerint innodati ; ex *Conc. Trid. sess. 24, c. VI,* episcopis eis tantum, non eorum vicariis, absolvere, in foro conscientiae, haereticos occultos; sed nequeunt absolvere, in foro conscientiae, ab haeresi publica ».

Hoc quoque eruitur ex facultate absolvendi, quae confessariis, eam petentibus per S. Poenitentiariam conceditur. In paragrapho enim fert. pagellae S. Poenitentiariae, facultas absolvendi poenitentes a peccatis ob haeresim vel ob apostasiam a fide his verbis limitatur ac exprimitur : « exceptis haereticis publicis, sive publice dogmatizantibus ».

-Quod scatet ex Constit. - Apostolicae Sedis - Pii Papae IX, § 2, Excommunicationes lat. sent. speciali modo Rom. Pont. reservatae.

Ex instructionibus vero et responsionibus Sacrae Congregationis Supremae Inquisitionis fere semper requiritur, ut haeretici qui ad fidem catholicam revertere cupiunt, publicam abiurationem emittant coram Notario ac testibus, et iuramentum non amplius assentiendi abiuratis erroribus et non communicandi cum haereticis. Quod si aliquando in regionibus, in quibus haeresis impune grassatur, dispensatur a publica abiuratione, stricte tamen exigitur (uti ex responso a S. Oificio sub die 28 Martii 1900 dato) : « Quod abiuratio fieri potest coram quopiam ab Episcopo delegato ut notario et aliquibus personis uti testibus ».

Iamvero, ex supra recensitis defensor deducit, quod 1. Abiuratio, sive in forma publica sive privata, semper stricte requiritur, quaeque constare debet per scriptum signis testium et notarii consignatum, atque in Curiae tabulario depositum. — 2. Soli Episcopo Ordinario competit ius recipiendi abiurationem, vel ab eo specialiter ad hoc delegato. — 3. Episcopus nequit in foro conscientiae ab haeresi publica absolvere, ipseque solus (non autem eius Vicarius) potest in eodem foro conscientiae ab haeresi occulta absolvere.

Sed, cum haec omnia praestita non fuerint, concludit quod pessime se gessit Parochus, dum contra omne ius, ideoque sine ulla facultate et absque praevia abiuratione, publicam haereticam in foro conscientiae absolverit, eamque adhuc sic a censuris innodatam, ad sacram Synaxim recipiendam admiserit; atque ita in errorem Sponsum induxerit, qui, ex hoc facto et eiusdem Parochi asseveratone, conditionem impletam fuisse existimavit.

Postremo advocatus contendit, nihil omnino faciendas esse rationes decidendi, quae iudicum Parisiensium animum moverunt in iudicando. Ipsi enim primum affirmant, quod « in casu Vedastus conditionem posuerat, ut puella ab hae-

resi protestantica ad catholicam rediret Ecclesiam in qua fuerat baptizata ». At, respondet orator, iam satis demonstratum est, Vedastum non modo conditionem, ut puella rediret ad fidem catholicam, sed etiam ut protestantismum abiuraret formaliter posuisse.

Falsum vero esse dicit defensor, Palmyram « a templo protestantium adeundo abstinuisse ; sacro Missae sacrificio saepius interfuisse... » Etenim eius Avia sub iureiurandi fide deposuit : « Pendant que de fait, elle pratiquait le Protestantisme, et que même elle fut admise à la cène ». Et testis Clemens Couvreux : « Dans le moment où Mlle Palmyre était pour se marier, elle pratiquait la religion protestante, comme sa mère, avec qui elle allait au Temple Protestant ». Sed nec - sacro Missae sacrificio saepius interfuisse; - testes enim semel vel bis terque ad maximum Missae sacrificio interfuisse eam viderunt. Imo, teste Eugenia Couvreux, Palmyra aiebat « quand on me demande si je vais à la messe, je réponds affirmativement, mais en réalité je n'y vais pas ».

Insuper iudices affirmant: «quod parochus... diversas ob rationes non cognitas, putavit non opportunum in hoc casu ritum publicae abiurationis, ad quem ritum prudentia et Canones recurrere suadebant et ad quem ritum forsan recurrere potuit cum facultatem a censuris absolvendi pro tempore adventus Episcopus Varsaliensis parochis concessisset ; tali enim abiurationi Palmyra, ut ex epistolis ab ea scriptis constat minime repugnabat ».

Sed, opponit patronus, quod, ut supra demonstravit 1. SS. Canones, S. Officii instructiones Doctoresque, stricte abiurationem, publicam vel privatam, semper requirunt. 2. A publica haeresi in foro conscientiae, nec Episcopi absolvere queunt, ideoque a fortiori nequeunt sacerdotes. Possunt quidem Episcopi ab haeresi occulta absolvere, sed ipsi soli; quod de cetero ad rem non facit, cum hic ageretur de haeretica in loco publieissima. 3. Nec facultatem habuit Parochus a censuris (ab haeresi) absolvendi a Rmo Versa-

liensi Episcopo, nam in pagella casuum reservatorum in Dioecesi Versaliensi, sub titulo - casus DD. Episcopo reservati -, n. 2 habetur quidem - haeresis, schisma, apostasia a Religione christiana, etc., (quod nisi de haeresi Occulta intelligi potest), sed in epistola Ufficialis Curiae Versaliensis habetur: «... un article des statuts synodaux... donne le pouvoir des cas généralement réservés à tous les Chanoines curés inamovibles, etc. ». Sed cum hic de casibus tantum generatim reservatis agatur, idcirco intelligi nequit de illis Episcopo specialiter reservatis. Quod si Parochus aliquam specialem facultatem habuisset, de hoc constare deberet, sed, notat orator, nullum vestigium de hoc repertum est. Quinimo parochus pro suo arbitrio ita se gessit, quia ad matrem viri ipse affirmabat: « Ce n'est pas la peine (abiurationis), je pense que la communion équivaut à l'abjuration » ; et ad Palmyram vero expressit: « ne faites aucun acte visible qui vous prive de retourner dans votre Eglise primitive si vous n'épousez pas celui que vous aimez ».

Neque dicatur, « tali abiurationi Palmyra minime repugnabat »; ad rem enim orator recolit, quae die 8 Iulii 1889 ad virum sponsa scribebat: « Jamais jamais entendez-vous, je n'abjurerai ma religion ».

Tandem iudices affirmant : « attendentes quod actor conditioni a se positae satisfieri putavit postquam puella omnia peregerat quae a parocho requisita fuerant, Palmyram scilicet sine dispensatione impedimenti mixtae religionis ad matrimonii sacramentum admissam fuisse ». At reponit patronus, haec omnia adversus ipsum Parochum vertere, nemo est qui non videat. Nam, cum Sponsus nec theologus nec canonista fuisset, scire nequibat ea quae stricte requiruntur ad haereticos in ecclesia catholica recipiendos, et cum in regione longinqua degeret, putavit Parochum omnia rite prout par erat peragere, in eiusque iudicio se committere. Unde bene animadvertit mater Sponsi : « mais je me dis, qu'après tout, je ne pouvais pas être plus exigeante que Mr. le Curé ».

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS S. VINCULI. Ex adverso vinculi Defensor non negat, initio Vedastum expressam conditionem abiurationis exegisse, at contendit ab hac conditione ipsum Vedastum resiliisse, iis contentum quae Palmyra iam praestiterat; quocirca affirmat matrimonium absque ulla conditione initum esse. Et ad hoc probandum literas refert, quas per duos illos annos matrimonialis tractatus Vedastus et Palmyra inter se mutuati sunt.

Sane die 24 martii 1889 Vedastus ad Palmyram scribebat : « Je viens d'écrire à Monsieur le Curé du Vésinet, je vous envoie la copie de ma lettre ; vous pourrez juger combien votre pensée me ronge le cœur et combien je souffre loin de vous ». Enunciata epistola, ad parochum missa, sequentis est tenoris : « Je viens donc, mon Père, vous prier d'être mon protecteur auprès de mes parents en obtenant le consentement qu'ils refusent... si seulement vous pouviez obtenir d'eux une parole d'espoir, mon coeur serait joyeux.

« Cette jeune fille, il est vrai, est protestante, je crois vous l'avoir dit le jour ou j'ai eu le plaisir de m'entretenir avec vous, mais avec votre enseignement et vos bons conseils, elle abjurera et se fera catholique, et plus rien pourra entraver mon mariage si ce n'est la richesse.

« Que ma bonne Mère sache pardonner, Dieu sera là pour veiller sur notre petit ménage et elle aura deux enfants qui la béniront et qui l'aimeront bien. Travaillez, donc, mon Père, à ramener cette brebis égarée pour contribuer à mon bonheur futur, mon avenir est entre vos mains ».

Die 26 praefati mensis, idest duobus post diebus iterum ad eandem Palmyram scribit: « Priez bien, chère amie, pour votre fiancé, qui ne vit que pour vous. Travaillez à vous faire catholique, j'aurai un grand plaisir le jour où j'apprendrai que vous avez pris ma religion... ce sera le commencement de mon bonheur... bonheur que j'attends entièrement de vous ».

Palmyra vero ad Vedastum die 30 eiusdem mensis re-

scribit : « Votre lettre m'est parvenue ce matin avec votre prière de m'unir à vous pour invoquer notre Père à tous: n'est-ce-pas ce que j'ai fait bien souvent depuis votre départ ; mais je voudrais bien savoir si vous avez profondement pensé à la phrase qui suivait cette dernière, quelle demande m'adressez-vous donc ; si je crois avoir bien compris, j'ai lu votre désir de me savoir catholique pour votre retour, mais il était convenu ce me semble avant notre séparation que la grande question de la religion ne s'agiterait pas dans notre correspondance. Quel est le malin esprit qui vient souffler la discorde dans les nôtres? J'accéderais peut être à votre demande si je n'avais reconnu la plume de Mme votre Mère et sa volonté suprème... J'ai encore des choses plus sérieuses à vous remémorer, après ma visite au Curé de notre Paroisse, je suis entrée dans votre Eglise décidé à suivre de point en point ses conseils et ses instructions.

« " Mon enfant, m'a-t-il dit, priez Dieu avec nous puisque tel est le désir de votre future famille, et de votre fiancé. Ecrivez-moi une lettre comme quoi vous vous engagez à suivre la religion catholique, mais ne faites aucun acte visible, qui vous prive de retourner dans votre Eglise primitive si vous n'épousez point celui que vous aimez ,,. C'est ce que j'ai fait, ce que je fais, ce que je ferai, et rien de plus, jusqu'au jour où Dieu nous unira».

Rursus die 31 memorati mensis martii Palmyra scribit: « Ma lettre d'hier qui doit être à présent entre vos mains était comme une réponse à votre dernière. Je me rends compte du douloureux sacrifice que j'attends de votre filial aveuglement, mais je sens si bien que notre bonheur dépend de cette seule décision, que j'ai cru sage de la formuler.

« Vous parlez d'abjuration, mais comment ne réfléchissez-vous pas que le désir de Mme votre mère, concernant cet acte, n'est qu'un simple prétexte plus respectable que tout autre ? Je vous trouve vraiment ignorant en ce qui

concerne la religion protestante ; mais sachez donc et pour jamais, que ce titre porté si fièrement autrefois, et que j'ai banni de mon blason, me permet dès aujourd'hui d'être considérée comme catholique... Je consens à faire l'abjuration publique, et avant notre mariage, si Mme votre mère foule aux pieds son egoiste ambition, en accédant à notre bonheur, et en permettant que vous assistiez à cette triste cérémonie.

Die vero 8 Iulii 1889 Palmyra ad Vedastum scribit: « Inutile de faire parler le Curé de Bizerte, qui ne pourrait annoncer à vos parents qu'une seule chose, c'est que jamais, jamais entendez-vous, je n'abjurerai ma religion. On s'est conduit très mal dans votre Eglise, vis-à-vis de moi, aussi si je vais régulièrement à la messe c'est parce que je l'ai promis.

« Choisissez donc entre vos parents ou votre fiancée et ne me faites plus le chagrin de me parler de votre famille... Adieu, je vous aime toujours, et suis bien triste de vous causer de la peine, vous devez comprendre qu'il ne peut pas en être autrement ».

Quocirca, advertit vinculi defensor, post hanc explicitam Palmyrae epistolam Vedastus, praeterquam quod matrimonii tractatus minime interrupit, praeterquam quod de abiuratione locutus amplius minime est, coelum digito attigisse visus fuit statim atque accepit Palmyram (iudicio parochi), posse ad SS. Eucharistiae sacramentum admitti absque abiuratione, ac Palmyram esse paratam Synaxim die Nativitatis Domini suscipere. Reque vera Vedastus in uteris posthac datis primam illam sacrae communionis susceptionem semper habet veluti conversionis signum. Etenim die 26 Octobris ad Palmyram scribit : « Nos travaux avancent fortement ce qui me donne l'espoir que pour le grand acte (sacra Synaxis susceptione) que vous allez accomplir... je serai à vos côtés ».

Item die 10 insequentis Novembris scribit: « N'aie pas peur, Pipa, si les travaux ne sont pas terminés pour cette

grande date... Noël... j'irai quand même m'agénouiller avec toi à tes côtés devant ce Dieu que nous aimerons et auquel nous jurerons de nous être fidèles l'un l'autre ; ce jour sera bien beau pour moi... ».

Tandem Palmyra die 12 Decembris 1889 ad Vedastum -ait: « Quoique je doute forte (et j'ai des raisons pour cela) -de la moindre bonne disposition, et je dirai même de la moindre bonne foi de votre famille à notre égard, quoique j'en doute fort, pour vous rendre bien heureux je communierai à Noël, mais à une condition, et que vous devez vraiment remplir si vous m'aimez, c'est que vous n'accepterez plus des vôtres après ce grand acte la moindre objection puisque la condition de la religion qu'ils nomment " principale ,, sera remplie... ».

Iamvero, pergit defensor, exploratissimum est die Nativitatis Domini perfectum fuisse « ce grand acte » susceptionem nempe sacrae synaxis, per quam in recitata epistola Palmyra inquit : « La condition de la religion sera remplie ». Sane Vedasti soror iurat: « Ce que je sais très bien, c'est que Mlle Palmyre a communié à l'Eglise du Vésinet. Je l'ai vue moi-même à la Sainte Table le jour •de Noël 1889, et elle a communié à la Messe de huit-heures et demie. Nous y assistions ma mère, et moi ; Mlle Palmyre que nous n'avons vue ni avant ni après la Messe était à quelques rangs devant nous. En voyant Mlle Palmyre communier, j'en averti ma mère qui, ayant la vue basse, ne pouvait la remarquer ».

Uti falsum, reiicit defensor, quod ex adverso opponitur, Palmyram divinum convivium celebrasse, sacramentali haud praemissa confessione. Sacerdos enim Gabriel Vulliez, qui tunc temporis munere vice-parochi in parochia « du Vésinet » fungebatur, fatetur: « Ce que je sais, c'est que Mlle Palmyre est allée deux ou trois fois trouver Mr. le Curé Boutroux (parochum) avant le mariage, chez lui. Un jour, elle s'est confessé et a communié à la Messe de Mr. le Curé, à la quelle assistaient 15 à 20 personnes comme à

l'ordinaire ». Tandem Avia Palmyrae, refert: « Ce que je sais, c'est qu'elle a fréquenté l'église du Vésinet, a exposé son cas à Mr. le Curé du Vésinet, qui était Mr. Jouan, aujourd'hui décédé, qui l'a confessée et admise à la Sainte Communion ».

Ulterius sacramentali confessioni congruam quoque in catholica fide instructionem Palmyra praemiserat. Siquidem Vedasti mater fatetur: « J'appris par une des Religieuses (Sœur de la Croix, Religieuse de la paroisse), que Mlle Palmyre était venue dans leur maison pour s'instruire auprès d'une Religieuse chargée de faire la classe et de préparer les enfants du Catéchisme. Je parlais aussi de la question à Mr. Boutroux, Curé du Vésinet. Mr. l'abbé Bourtroux me répondit... que Mlle Palmyre était instruite de la religion ». Concinit Maria Bernard, viri soror, aiens: « J'ai su que Mlle. Palmyre (c'est une religieuse de la Sagesse qui me l'a dit) était allé voir une autre religieuse du même ordre, pour se faire instruire ».

Quocirca paucis verbis ita resumit defensor praesentem quaestionem: Palmyra a parocho et a sanctimoniali parochiae « du Vésinet » religionem catholicam docta est, Missae sacro diebus festis adfuit ac sanctissimum Eucharistiae sacramentum sumpsit die Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi. Haec promisit, haec perfecit : nihil praeter haec se praestituram tempore utili Vedasto denuntiavit. Si hisce omnibus tunc Vedastus contentus fuit, immerito nunc queritur. Quod enim ante matrimonii celebrationem ipsi placuit, postea displicere eidem non potest.

Quod si obiiciatur, Palmyram per haec a luterana haeresi haud fuisse ad religionem catholicam revocatam; reponit orator, ad controversiam nostram nil hoc referre. Matrimonii etenim catholici cum acatholica, salutari baptismate consecrata, valor ex se aeque consistit ; sed quaestio est num Palmyra praestiterit quod Vedasto promisit; et satis superque demonstrasse censet defensor, eam quod promisit perfecisse, idque significasse Vedasto eique explicitis

verbis denuntiasse : « C'est ce que j'ai fait, ce que je fais, ce que je ferai, et rien de plus, jusqu'au jour où Dieu nous unira ».

Quinimo cum octo ante matrimonii celebrationem mensibus Palmyra nitide professa sit se nec iotam nec apicem iis addituram quae iam expleverat relate ad religionem: « Après ce grand acte la condition de la religion sera complie... et rien de plus. Jamais, jamais entendez-vous, je n'abjurerai ma religion », si quid amplius Vedastus desiderasset, iuxta oratorem, id conceptis verbis exprimere debuisset, et tamquam conditionem, sine qua non, celebrationi matrimonii apponere.

Ast, concludit sacramenti vindex, neque vola neque vestigium est de decantata conditione in celebrati matrimonii instrumento, quod sic iacet : « L'an de Notre Seigneur mil huit cent quatre vingt dix et le vingtsept du mois d'Août... ont été publiés (sponsi) sans qu'il se soit produit aucun empêchement ou opposition, au prône de la messe paroissiale dans l'Eglise Ste. Marguerite du Vésinet le dimanche dix Août avec dispense de deux bans ; et l'Eglise de Bizerte, archidiocèse de Carthage les dix et quinze Août ; j'ai reçu dans cette Eglise leur mutuel consentement pour le mariage avec les cérémonies prescrites par la Sainte Eglise en présence de Mons. Charles Couvreux, Don Juan de Pizzaro, Etienne Paul Fontaine qui ont signé avec nous ».

Quibus auimadversis, propositum fuit resolvendum

Dubium

An sententia Curiae Parisiensis sit confirmanda vel infirmanda in casu.

RESOLUTIO. Sacra Congreg. Concilii, re disceptata sub die 20 Iunii 1901, censuit respondere: *sententiam esse confirmandam.*

ANAG-NINA

ONERUM

Die 19 Augusti 1899.

Per summaria precum.

COMPENDIUM PACTI. Ecclesiae Cathedralis Anagninae Capitulum reditibus fruitur praebendalibus qui universi constant distributionibus quotidianis. Quamobrem quum huius capituli quatuor canonici sacras disciplinas aut humaniores literas doceant in Episcopali Seminario indultum obtinuerunt absentiae a choro pro diebus et horis amissa tertia distributionum parte. - Vi huius rescripti isti contendunt, se non teneri ad Conventualem Missam celebrandam, minimeque teneri tum in Missa, tum in Vesperis ut ministros adesse, diebus videlicet et horis, quibus, etsi per vices haec explere cogerentur, magisterio vel alio officio, iuxta indultum legitime impediuntur quominus ista obeant. - Ex adverso caeteri eiusdem Cathedralis canonici, immemorabilem afferentes consuetudinem, necnon capitularibus ipsis freti constitutionibus, ius illud quatuor capitularibus inficiantur.

Disceptatio Synoptica

CANONICORUM INDULTARIORUM IURA. Canonici indultam haec praemittunt, videlicet, S. C. C. edixisse canonicos indúltanos non cogi posse, ad alium ipsorum loco sufficiendum, tum quoad Conventualem Missam, tum quoad alias functiones explendas, cum nempe praepediuntur quominus indulto uti possint obtento, nulla cuiuscumque contrariae consuetudinis, ut aiunt, etiam « ab immemorabili » ratione habita. Nempe indultarii fruuntur hac concessione sub certa conditione, nempe dimissa tertia distributionum parte pro diebus et horis. Huius rei gratia in medium proferunt quasdam eiusdem S. C. decisiones, quae declarant, canonicos aegrotantes minime teneri per alium Missam Conventualem et evangelium canere, S. C. C. in Calaritana *Onerum,*

17 Sept. 1831; quemadmodum et canonicum iubilatum S. C. O. in Senensi, 12 Maii 1759 ; quamvis Missa conventualis, prout confirmatum fuit a Benedicto XIV, necnon ab ipsa S. C. C. divini officii praecipuam partem constituat. Idcirco a fortiori deduci posse autumant, a choro dispensationem ad tempus obtinentem, ad Conventualem celebrandam minime teneri. Eo vel magis quod tum aegro tans, tum iubilatus distributiones haud amittant, quod dici nequit de obtinente ad tempus dispensationem, qui quidem cum illis in tertia parte destituatur, suam stipendii partem pro Conventuali, ab aliis canenda, impendit. Ad rem Pallottini: « Legitime absens non tenetur subrogare alium ad Missas conventuales canendas, etsi consuetudo immemorabilis extet, qua canonici qualibet ex causa absentes, alium sacerdotem, qui missas cantet, proprio aere subrogare adstringatur » *Collectio Resolut. S. C. C. v. Canonici § ILn. 262.* Idque confirmari videtur ex S. C. C. decisione in Signina Indulti, 22 Iul. 1826. — Signinae siquidem cathedralis canonicus Bruno, cum ad capellani cantoris ipsius Summi Pontificis officium evectus esset, indultum a S. C. C. die 20 Februarii 1823 impetravit « abessendi a choro durante munere omissis etc, ». Eiusdem vero cathedralis canonici immemorabilem obiicientes consuetudinem, postularunt ut praedictus canonicus, quamvis distributiones amitteret, alium quoad Conventualem eo absente sufficeret. Negotium ad Sacr. Congr. Concilii delatum est, his propositis dubiis : « I. *An canonicus Bruno teneatur per alium canere Missas adventitias et conventuales in casu;* et quatenus affirmative : II. *An ad eum spectet ius percipiendi emolumenta pro Missis adventitiis in casu* ». Et S. C. C. responsum tulit « Ad I. *Negative.* Ad II. *Provisum in primo* ». Ex his iidem canonici indultarii inferunt eos, dimissa tertia pro diebus et horis, haud ad Conventualem celebrandam, munusque vespertinis horis ministrorum gerendum, adstringi; eaque per alium, cum impedimento detinentur, explenda non teneri.

Has rationes ab indultariis adductas adversae partis canonici diluere satagunt advertentes,, ea quae S. C. C. in Signina reposuit, non esse ad praesentem casum trahenda. Quandoquidem, aiunt, praeter immemorabilem consuetudinem, capitularis Anagnina constitutio advertenda est quae in cap. XIII, a. 1 haec habet: « Quicunque sua hebdomada, seu alio tempore, quo aut suo nomine, aut hebdomadarii vice munus obibit canendi Missam Conventualem, Epistolam, seu Evangelium, nisi opportuno tempore convenerit, et sui officii munus per se ipsum, vel si legitimo detineatur impedimento, per alium non obierit, hoc ei poenae mulctaeque sit, ut trium dierum distributionem amittat eo ipso, eamque simplicem duplicemve pro ratione dierum aut officiorum, in quibus muneri suo defuerit, et eo casu ne aliquorum culpa Divina officia perturbentur, suppleant, et onus praestent omnino Canonici minores eiusdem ordinis. Si autem ex eodem ordine aliquis non adsit, onus illud ad proxime superiorem devolvatur, et spectare decernitur, quod in quacunque functione observandum erit ». Ad intelligentiam cuius capitis canonici qui indultariis contradicunt, duplex distinguunt genus, eorum videlicet qui a choro utpote legitime impediti absunt. Scilicet sunt illi qui ut praesentes habentur, omnesque ideo beneficii reditus percipiunt. Sunt autem alii qui duas tantum partes lucrantur, tertiam choro adstantibus relinquentes. Primi generis sunt ii qui in cap. XII eiusdem constitutionis recensentur, id est infirmi,Theologalem obtinens, Poenitentiarius, Visitatione Dioecesana impediti, etc. Secundae speciei sunt illi qui vel lege, vel speciali S. Pontificis indulto a choro eximuntur, dimissa tertia pro diebus et horis, quibus aliquo distinentur officio, prout sunt indultarii ratione magisterii. Iamvero arguunt, utriusque speciei capitulares commune sortiuntur genus quo conveniunt, quodque comprehendit absentes ob legitimum choro accedendi impedimentum. Quare inferunt dictum caput XIII eiusdem Constitutionis « qui legitimo detinentur impedimento » de illis loqui legitime in genere im-

peditis, videlicet ad utramque speciem pertinentibus; non quidem exclusive de illis, de quibus sermo in cap; XII habetur, quosque profecto ad unam tantum speciem pertinere affirmant.

Omnibus autem nota est regula illa iuris, quod scilicet « ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus ». Iamvero in d. articulo nullum nec tacite nec expresse discrimen instituitur inter eos, qui legitime ratione magisterii praepediuntur, et reliquos qui alia ex causa impediti existunt. Proinde si legislator, aiunt, noluisset ibi magistros indúltanos recensere, sed legitime tantum absentes, de quibus sermo est in cap. XII, id profecto edixisset; eo vel magis quia de lege poenali agebatur, pro quo sanciendo iure praesumitur legislatorem sat manifestis accuratisque verbis voluisse uti.

Insuper quamvis praedictum cap. XII quibusdam absentibus distributiones lucrari permittens, videlicet capitularibus in Visitatione sive urbana, sive dioecesana Episcopum comitantibus, canonicis adversetur sanctionibus; tamen animadvertunt S. C. C. id non reprobasse prouti liquet ex decisionibus ab eadem S. C. relate ad ipsas constitutiones capitulares latis, atque in eadem Constit, insertis, *pag. 40,41.* Quod quidem argumento est, autumant, leges alicuius capituli cathedralis particulares, quamvis sacris canonibus adversas, aliquando tamen harum a suprema Ecclesiae auctoritate rationem haberi posse, praesertim si eaedem recognitae ab hac ac confirmatae fuerint. Idque revera quoad ipsorum constitutionem factum esse asserunt, ea scilicet exequendi causa quae Concilium Romanum prov. ad rem statuit an. 1725, *tit. II, cap. IV;* cui ipse Ioannes Baptista Bassi Anagniae Episcopus adfuit, eique subscripsit. Quid. igitur mirum est, aiunt, si S. C. C. *caput XIII,* etsi iuri communi obstans plane ratum habuerit?

Quare, aiunt, manifestum est, constitutionem capitularem praecipere omnibus in genere legitime absentibus, ideoque etiam indultariis, ut per alium suum munus obeant, id-

que non modo vi legis particularis singulos obligantes . canonicos ; sed et vi pacti obligationisque ab iisdem ultro susceptae, videlicet cum paulo post captam sui beneficii possessionem, iureiurando spoponderunt, se obsequuturos esse constitutionibus.

Inde inferunt, praedictum constitutionis caput, etsi ut lex particularis, utpote legi communi contraria praecipue quoad aegrotantes, minime vim haberet obligandi, hanc tamen ut onus voluntarie ab ipsis susceptum mutuaretur. Quae exinde assensio secumfert, iuxta ipsos, cuicumque privilegio renuntiationem etsi Pontificio, ipsos canonicos a subrogatione peragenda, eximenti.

Addunt canonici quotidianos Anagninae cathedralis reditus esse lib. 3,50: punctaturas autem, iuxta ipsius Capituli constitutionem *cap. 1 De divinis officiis,* **a.** *2, in tresdecim* puncta singulis diebus dispesci, quorum duo Missae conventuali assignantur; adeo ut canonicus absque iusta causa ab hac absens, $^{2}/_{13}$ libellarum 3, 50 amittat, seu 55 fere centesimas libellae partes. Verum indultarius canonicus e choro docendi causa absens, tertia solummodo eiusdem summae parte destituitur, videlicet 18 cent. Parva quidem, ut aiunt, compensatio, quae tum pro *applicanda Missa,* tum propter incommodum ab aliis substinendum,. profecto impar habenda est; cum ad Missam conventualem fere summa lib. 2 determinata fuerit; quandoquidem et pro ministrorum munere ad minus centes. 75 adsignentur.

Praeterea gradum facientes ad S. C. C. decisionem, in Signina supra relatam, opinantur ipsi, illam responsionem indúltanos potius respicere habitualiter a beneficii loco absentes, adeo ut choro adesse nunquam possent; qui proinde beneficii sui tertiam partem dimittunt aliis canonicis adiiciendam, praecipue ratione incommodi. — E contra Anagninae Cathedralis indultarii, ibi assidue non modo commorantur, et choro diebus omnibus, quibus scholae vacant, adsunt ; imo etiam ex indultariis duo, una vel altera tantum hora, munus magisterii explentes choro quotidie intersunt.

Quare tertiam distributionum partem, quam ipsi impendunt pro diebus et horis, quibus a choro absunt magisterii causa, haud parem esse autumant ad ea omnia compensanda, quae ceteri canonici ipsorum vice explere coguntur.

Ex adverso, indultara reponunt, in casum in medium proferri capitulares constitutiones, quae, iuxta ipsos, neque in cap. XIII, nec alibi de Indultariis loquuntur, sed de legitime tantum absentibus, quibus ex eodem cap. XIII onus incumbit tum Conventualem, tum ministrorum munus per alium explere. Atqui, aiunt, isti prout in cap. XII legitur - qui quidem ut praesentes censentur, - non alii sunt nisi aegrotantes, tum etiam Theologalem obtinens ac Poenitentiarius quando nempe hi suo funguntur munere ; item comitantes Episcopum in visitatione Dioecesis aliique : quin tamen de indultariis in genere, mentio quidem habeatur. Quare cap. XIII Constit. *« Quicumque etc.* » illos respicere videtur, quos taxative ut legitime absentes in alio capite, scilicet XII eadem Constitutio recensuit. Proinde onus conventualem celebrandi Missam, explendique per alium ministrorum munus ab eodem cap. XIII tantum legitime impeditis imponi, de quibus in eodem cap. XII habetur sermo; minime autem Indultariis qui inter ipsos nusquam recensentur. Quod quidem aequitati consonum esse asserunt; illi enim cum causa absentiae hii collegis relinquant, opus sane est, ut suis impensis alios, pro ipsis legitime absentibus, subrogare studeant. Quod de indultariis dici nequit, qui quidem quandam impendunt summam, ut iis oneribus quae ipsis absentibus alii substinere coguntur, quodammodo satisfaciant.

Ea insuper quae ceteri canonici affirmant, probari possent, addunt Indultarii, si duplex illa distinctio ab ipsis excogitata legitime absentes respiciens, in citata Capituli constitutione revera fieret ; siquidem tunc iure affirmari posset, legislatorem per verba « qui legitimo detinentur impedimento » omnes legitime absentes voluisse comprehendi, ac proinde etiam Indúltanos. Atqui ne verbum quidem de

illa distinctione in cit. Const. habetur relate ad Indúltanos, sed tantum sermo est de legitime absentibus, prout in cap. XII numerantur, quibus ius est totum percipiendi reditum. Ideoque cum seq. cap. XIII illos « qui legitimo detinentur impedimento » iubeat ut per alios Missae Sacrificium celebrandi munus obeant ; in aperto est de illis loqui qui priori cap. XII legitime absentes dicuntur. Ratio igitur haud apparet quare ea quae in cap. XIII leguntur, etiam Indultariis aptare velint.

Quin imo animadvertunt, etsi ea quae in cap. XIII referuntur, etiam indultariis aptari deberent, profecto iure inferri opus esset, quemadmodum eos pro sua hebdomada ad conventualem Missam canendam per se vel per alium teneri ; a pari et iuribus frui ipsis fas esse quae iisdem in cap. XII dictae Constitutionis tribuuntur, scilicet, ut legitime absentes non amitterent tertiam distributionum partem. Equidem Constitutio in cap. XII. a. 28 ita se habet: « Sic autem omnes in omni distributionum genere, eo praesentium iure utantur et fruantur, toties quoties earum rerum causa, quarum cura illis demandata est, revera impediti sunt, quominus in Choro ad divina officia convenire possint : quibus in occupationibus an vere impediti fuerint, meminerint se se Deum habere testem et iudicem, cui si falsum dixerint, rationem sunt reddituri ». Item in eodem cap. a. 30: « Facultas vero quaecunque in omnibus iis, de quibus supra, casibus conceditur, ut absentes perinde ac praesentes distributionum participes sint, ad omnes, tam quae modo extant, quam quae futurae sint distributiones, pertineat ».

Nec profecto locum in casu habere existimant illud ab adversariis allatum, scilicet « ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus ». Siquidem cum ipsi, id est Indultam, generali lege a celebranda Missa conventuali eximantur, quemadmodum etiam ab officio tum in Vesperis, tum in Missis canendis praestando ; si exinde Constitutiones hoc eisdem ius sublatum voluissent, profecto id expresse

«edicere debuissent. Eo vel magis aiunt quod de odiosis ageretur : etenim Indultam tertiam relinquentes partem ex qua Missarum stipendium sumendum, easque insuper propriis expensis explere curantes bis solvere cogerentur. Quare legislator, subdunt, si tale onus ipsis imponere voluisset, profecto aperte'declarasset, iuxta illud « Legislator quod voluit expressit ».

Nec admitti posse addunt, eos ad Conventualem celebrandam munusque ministrorum gerendum, magisterii causa absentes, per alium teneri, saltem vi pacti obligatorii ab ipsis ultro suscepti, scilicet cum paulo post captam possessionem iusiurandum dedere, se dictae obtemperaturos Constitutioni, prout in capite XVII, a. 2 praecipi videtur : « In alio autem Conventu Capitulari, si nihil obstabit, fidei professionem flexis genibus emittat, iuretque se legisse statuta, eorumque observantiam promittat sub poenis in eisdem contentis ». Animadvertunt nempe ipsorum iusiurandum non modo ea quae in cap. XIII continentur respicere, prout alii canonici vellent, iubentia scilicet Conventualem per se vel per alium celebrari ; sed totam Constitutionem, una cum cap. XII ubi aperte asseritur legitime absentes •omnes beneficii sui reditus percipere, quin aliquid ceteris relinquere cogantur collegis, iuxta ea quae in aa. 28, 30 supra relatis habentur. Quare inferunt, si ipsi (Indultam) hac ratione onera substinere coguntur, cur eisdem deneganda erunt iura, quae ipsis eadem Constitutio tribuit ? Proinde arguunt, aut Indultariis iuris communes praescriptiones sunt aptandae aut capitulares Constitutiones. Si primum profecto tertiam sui beneficii partem amittant oportet pro diebus scilicet et horis, quibus a choro Ob officia in indulto adnotata impediuntur, quin tamen teneantur, dummodo legitime impediti, ad Conventualem celebrandam. Sin alterum admittatur, profecto iuxta ipsum cap. XIII per alium quidem ad celebrandam Conventualem, etiam legitimo existente impedimento, tenebuntur; verum vi ipsius cap. XII immunes a relinquenda tertia sui beneficii parte, dicendi erunt.

Relate autem ad praesumptam renuntiationem ab alii» obiectam canonicis, respondent Indultarii quod « voluntas non fertur in ignotum ». Exploratissimi siquidem iuris est nullam esse renuntiationem nisi eiusdem, saltem indistincte, obiectum dignoscatur. Atqui ut haec quodammodo rata haberetur, opus esset ut verba cap. XIII « si legitimo detineantur impedimento » aptanda ipsis forent, quod quidem adhuc sub iudice esse omnes norunt. Quin imo aiunt, cum ipsi, utpote doctorum munere in Seminario fungentes, indultum iuxta ius commune impetraverint audito capitulo, quin hoc quodammodo obsisteret, iure inferri posse autumant, ceteros canonicos, suis quae nunc ostentant valedixisse iuribus, et assensum praebuisse, ut scilicet Indultarii iuxta ius commune indultum obtinerent, quin et iis quae art. I. praedicti cap. XIII imponuntur, subiicerentur.

Praeterea addunt Indultarii, non satis probasse adversarios, Capitulares Constitutiones ita intelligi posse ut derogent iuri communi. - Equidem particularis cuiusdam Constitutionis lex, nequit generali derogare, nisi illa fuerit a Suprema Auctoritate approbata. Atqui nulla in casu Supremi Antistitis approbatio apparet. Neque erui haec approbatio potest, aiunt ex iis quae in Concilio Rom. an. 1725 statuta reperiuntur, cuique Anagninus Episcopus Bassi interfuit. Siquidem praecipitur ibi : « Ecclesiam Capitulis... ut antiqua, si qua habent statuta, et capitulares constitutiones depromant ; et ubi non adsint, sex infra saltem menses post praesentis concilii publicationem, sub ecclesiastici interdicti poena omnino conficiant: et utraque, antiqua scilicet et nova, - per Nos, quoad nostrae almae Urbis Ecclesiarum statuta, et reliqua suos respective per Episcopos, - accurate examinanda et corrigenda deducant, atque approbanda praesentent », videlicet per suos respective dioecesanos episcopos. Quin imo addunt non modo eadem verba cap. IV Conc. Rom. fidem haud faciunt ipsorum Constitutiones fuisse a Romano Pontifice approbatas ; sed quaedam continent Indultariis potius faventia. Subditur enim ibi « Episcopi igi-

"tur in iis examinandis, si quid contra ius, vel Tridentini Conc. decreta, aut pontificias Constitutiones irrepsisse cognoverint, super eo Sedem consulant Apostolicam, a qua iuris remedia expectent, etc. ». Ex quibus praesumi posse videtur, quod si decantata cap. XIII verba etiam Indultariis aptanda fuissent, idem procul dubio Anagniae Episcopus Bassi, examinandis et corrigendis supradictis Constitutionibus praefectus, canonico praesertim iure peritissimus, Apostolicam Sedem consulere haud destitisset, a qua iuris remedia expectaret. Iamvero ne vestigium quidem huius rei in tabulis Capituli ipsius reperiri affirmant.

Iidem insuper indultarii animadvertunt, quod immerito ceteri canonici rationes ab ipsis allatas infirmare audeant, cum scilicet asserunt eosdem indultarlos Conventualis tantum tempore a choro absentes, duorum dumtaxat punctorum tertiam partem amittere, seu centes. 18. - Omnibus namque compertum est, ex indultariis duos magisterii munere quatuor cum dimidio horis quotidie incumbere, quin proinde choro adesse possint, dum sacra explentur officia. Alii duo quamvis minus temporis impendant in magisterio, at sacris intersunt officiis pro parte tantum; diebusque exinde quibus scholis incumbunt, sex vel septem fallentiarum puncta subeunt, quum integrum diei servitium 13 punctis distinguatur. Insuper hebdomada, qua scilicet quisque Missam Conventualem obire debet, canonicis singulis spatio trium mensium semel obtingit, dum e contra fallentiae quotidie habentur. Quare Indultarii arguunt partem quam ipsi impendunt, optime sufficere ad incommoda canonicorum rependenda, nec non eleemosynam pro Conventuali compensandam, quemadmodum et pro ceteris officiis. Sane Indultarii aiunt, non minus quam lib. 150 quotannis ratione amissarum distributionum impendunt. Conventuales autem Missae pro quocunque canonico singulis annis triginta fere adnumerantur, quarum dimidia pene pars ab ipsis indultariis personaliter celebratur, diebus videlicet quibus scholae vacant. Supersunt igitur, aiunt 15 tantum Missae ab uno-

quoque indultario celebrandae; seu potius, cum Indultam quatuor numerentur, 60 Missae, quarum cum unaquaeque eleemosyna sit lib. 1,75 una cum applicatione et incommodo, prout ex decisione nuper a Capitulo habita constare affirmant, ideo lib. 105 in earum celebratione impenduntur. Atqui prout ex tabulis distributionum ipsius capituli patet, ab an. 1895 usque ad an. 1899 (detractis videlicet annuis lib. 105 supradictis, quas Capitulum pro illis 60 Missis impendere debuisset), iidem Indultarii pro absentia haec solvisse ostendunt, quibus canonici integre potiti sunt: « an. 1895 L. 401,75 nette; an. 1896 L. 430,85 nette; an. 1897 L. 512,70 nette; an. 1898 L. 382,02 nette; an. 1899 L. 216,28 nette ». Neque mirum, aiunt, si prout alii canonici affirmant, canonicus Sacram Theologiam in Seminario tradens an. 1899 lib. 13,41 tantum solverit, quasi id ex eo sit repetendum, quia an. 1899 facultas Indultariis concessa est, ut duobus vacationum mensibus ex constitutione Anagnina uti possent, non secus ac ceteri canonici. Nam e contra id factum esse animadvertunt, quod a mense Augusti eiusdem anni 1899 dioecesanum Seminarium per annum permanserit clausum, adeo ut ex tunc Canonici indulto haud frui potuerint. Ceteroquin nec ipsi reticere debuissent, eundem canonicum magistrum 11 mensibus ac 13 diebus choro adfuisse. Nonne autem laudandi ipsi canonici indultarii forent, cum vacationis tempore, quin solatio fruantur, choro adesse studeant?

Recolunt denique Indultarii S. C. C. decisionem in Signina 22 Iul. 1826, apte ad rem facere. Equidem tum Signinae cathedralis canonicus, tum Anagninae cathedralis indultarii tertiam sui beneficii partem choro adstantibus impendunt. Si quod relate ad quantitatem discrimen adest, ex eo repetendum quod primus habitualiter a choro aberat, et quamvis tertia quam relinquebat maior esset, maiora tamen erant a collegis pro eo sustinenda onera. E contra tertia quam Anagninae Cathedralis canonici indultarii relinquunt ea est inferior, utpote hi, cum indulto pro diebus et horis

tantum gaudeant, suam sex fere mensibus integram operam praebent, atque totum dum adsunt, reditum percipiunt.

ANIMADVERSIONES EX OFFICIO. Denique pro meo munere aliqua advertam in propositam controversiam quae considerari debet sub duplici aspectu ; nempe tum iuris communis, cum iuris particularis Ecclesiae Anagninae ratio habenda est. - Ius commune quod attinet in primis advertatur. Missam Conventualem comprehendi uti partem in servitio chorali quod Divino Officio constat et Missa Conventuali ; uti refert Benedictus XIV *Inst. 107 § 2 n. 11* docens : « Quod si Missae Sacrificium inter horas canonicas haud refertur, tamen Officii Divini nomine satis intelligitur, uti constat ex canone - De iis test. 12.° Ceterum officia publica id est Vesperas, matutinum, sive Missam aliter quam in principali Ecclesia celebrare non liceat ». Proindeque qui immunes sunt a servitio chori, aeque a Missa Conventuali celebranda immunes censentur. Re quidem vera S. C. C. in Calaritana *Onerum* die 19 Sept. 1831, censuit canonicos aegrotantes non teneri per alium Missam Conventualem celebrare; siquidem proposito dubio: « *An canonici aegrotantes teneantur per alium Missam Conventualem et Evangelium canere* », R. *Negative.* Et in una Senensi *Celeb. et applicationis Missae Conv.* diei 12 Maii 1759 proposit dubio: « *An canonicus iubilatus teneatur celebrare vel per se ipsum, vel per alium Missam Conventualem per turnum eamque applicare pro benefactoribus* », R. *Negative.* - Ex benignitate autem iuris communis hi omnes, sive aegrotantes, sive iubilati, distributionibus fruuutur quotidianis non secus ac praesentes. — Dum e contra indultariis a S. C. C. prouti in themate, fit venia abessendi, legitima et certa de causa, amissa tamen pro diebus et horis tertia distributionum parte. - Atqui, ex ipsa mente Concilii Tridentini, eleemosyna Missae Conventualis e distributionum massa desumenda est; nam in cap. 3 Sess. 21 de Ref. iubetur: « Divinis interessentes, ne qua in parte minuatur divinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium prae-

stetur, per quotidianas distributiones consultum est ». Intentioni autem Concilii Trid. inhaerens Benedictus XIV Const. « *Cum semper oblatas* » § 18 cavet : « Aliorum pariter exceptio fuit quod Missa Conventualis non semper a canonicis et dignitatibus celebretur, sed aliquando etiam a Beneficiatis et Mansionariis, quod minus aequum videtur pro Missae celebratione omni eleemosyna carere quae unde desumi valeat ignoratur. - Cui rei pariter consultum est demandando ut ea desumatur ex massa distributionum ».

Accedit constans ac perpetua praxis S. C. C. quae sive ante sive post laudatam Constitutionem usque censuit eleemosynam pro applicatione Missae Conventualis desumendam esse ex massa distributionum ; ita in S. Severi *Meemos. Missae Content.* 18 Febr. 1764, § 5, et in aliis relatis in Monasterien. *Vis. SS. LL.* 6 Decembr. 1845. - In praesenti autem themate maximi facienda esse videtur decisio S. C. C. in Ferrarien. 18 Martii 1719 in qua proposito dubio n. 7 : « *An eleemosyna Missarum Conventualium desumenda sit ejc massa distributionum vel ex fructibus praebendae singulorum canonicorum»* responsum prodiit: *«Esse desumendam ex massa distributionum ».*

Quamobrem indultarius, qui pro diebus et horis fruitur indulto, dimissa tamen tertia distributionum parte, cogi non potest ad Missam Conventualem per alium canendam, quum ipse, in distributionibus quas amittit, congruam relinquat mercedem pro Missae conventualis applicatione. Quam regulam si animo repetant canonici, qui indultariis contradicunt, perspicient non esse difficilem intellectui nec contrariam iuris regulis decisionem a S. C. C. editam in Signina in casu nostro simillimo, quia quaerebatur an Bruno Milone canonicus Cathedralis Signinae, cooptatus inter cantores Capellae Pontificiae Capellanis, et a S. C. C. die 20 Februarii 1823 donatus indulto: « abessendi a choro durante munere, amissis etc. » deberet, nihilominus, per alium canere Missas Conventuales et adventicias. Hoc contendebant 7 canonici, innixi consuetudini immemorabili quam aiebant

usque religiose observatam fuisse a Capitularibus. - Propositis rogandi formulis « I. *An canonicus Bruno teneatur per alium canere Missas adventicias et conventuales in casu* ». Et quatenus: « II. *An ad eum spectet ius percipiendi emolumenta pro missis adventiciis in casu;* S. C. C. die 22 Iulii 182.6 rescripsit: « Ad I. *Negative,* ad II. *Provisum in 1.* ».

Sed canonicis indultariis, asserunt contradictores obstare ius particulare Ecclesiae Anagninae comprehensum in cap. XII et XIII Constitutionum Capitularium. Nam in cap. XII statuitur taxative : « Qui absentes in praesentium numero censeantur » et praesentes censentur etiam ad effectum lucrandi distributiones quotidianas ; in subsequenti vero capite XIII, art. primo, decernitur, eiusmodi fíete praesentes Missam Conventualem et alia ministeria per alium obire debere. - Iamvero uti EE. PP. recte aestimare possint, quinam habeantur ficte praesentes ex iure particulari Ecclesiae Anagninae, in allegatum adnecfendum esse duxi controversum caput XII Constitutionum Capitularium. Quaeritur enim an hoc ius particulare praevaleat in casu iuri communi. — Porro regula generalis est — per speciem derogatur generi - ex reg. 34 in 6 ; quandoquidem ius particulare derogat generali, tamen in eo dumtaxat in quo particulare opponitur generali. - In themate autem ut pateat an ius particulare Ecclesiae Anagninae se opponat iuri communi, decernendum est an iure particulari caveatur de indultariis de quibus agitur. — Sed in littera legis ne verbum quidem de indultariis. - Sed neque huius legis intentione videntur comprehendi ; siquidem, in cap. XII et XIII refert de ficte praesentibus, qui lucrantur distributiones quotidianas dum induit irii has non lucrantur. Quocirca si lex particularis vellet indultariis applicari, censendi essent inter ficte praesentes, qui distributiones quotidianas lucrantur. - Denique ne comprehendi quidem posse videntur indultarii in lege Anagnina ; quippe indultarii non vi Constitutionum immunes sunt a servitio chori, sed vi privile-

gii Pontifìcii. Ergo ex iure Pontifìcio seu communi, quod antea explicatum est, repetenda sunt iura et obligationes indultariorum, prouti factum est in citata Signina, non obstante immemorabili consuetudine contraria ex iure particulari.

Quibus animadversis quaesitum fuit quid esset precibus respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re discussa sub die 17 Augusti 1901, censuit respondere: *Indúltanos, in casu, non teneri praestare per substitutum servitium altaris.*

PETROCORICEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII.

Die 25 Maii 190i.

Sess. 24. cap. 1. De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Antonius agricola et Maria, ambo in dioecesi Petrocoricensi domicilium habentes, die 21 Maii 1896, in aetate tum ille constitutus annorum 24, haec vero annorum 21, matrimonium inter se rite inierunt.

At his nuptiis miserrimus cito secutus est exitus; siquidem coniuges ob defectum vaginismi quo laborabat mulier, nunquam valuerunt matrimonium consummare. Brevi post Maria molestias experiri, coepit, ob quas necesse fuit peritum artis consulere, qui retulit mulierem tali organismi defectu laborare, ut ad copulam perficiendam esset omnino necessaria chirurgica operatio, quam revera ipse medicus, perspecto periculo, opportunam non existimavit.

Quocirca concordia inter coniuges vix sperari poterat; et revera dissensiones, lites inter ipsos supervenerunf. Unde mulier, cum ob inutiles conatus ad copulam eius sanitas periclitaretur, post tres menses ab initis nuptiis, marito valedixit et ad tribunal civile recursum habuit, a quo obtinuit sententiam corporalis separationis. Vir et ipse iudi-

cem civilem adivit et peracta medicali inspectione in corpore mulieris, in suum favorem sententiam divortii habuit.

Insuper vir ad S. Sedem supplicem misit libellum, postulans ut suum matrimonium, utpote non consummatum, solveretur. Reque vera die 30 Aprilis praeteriti anni Ordinario Petrocoricensi rescriptum fuit, ut super asserta non consummatione et causis dispensandi processum conficeret, ac simul eidem Ordinario dabatur potestas « adiiciendi processui ecclesiastico testimonia medicorum edita in iudicio civili, inductis , si fieri potest, iisdem medicis, ut coram ecclesiastico tribunali praecedentia testimonia iureiurando confirment, quatenus obtineri non possit, ut novae inspectioni mulier se subiiciat ».

Sane Curia Petrocoricen., constituto tribunali, virum excussit ac septimae manus testes, quorum unus ex officio est vocatus. Mulier et ipsa arcessita obtemperare renuit ac physicum examen subire ; attamen coram parentibus et quodam sacerdote confessa est suam impotentiam ad actum coniugalem. In actis prostat quaedam attestatio medici, qui mulierem iam inspexerat, et de mulieris impotentia testimonium reddidit in iudicio civili. Verum, testante Curia Petrocoricen., praefatus medicus haud potuit adduci ad iuratum testimonium coram iudice ecclesiastico.

Episcopus Petrocoricensis, acta S. C. transmittens, haec inter alia significabat :

« I°. Videtur orator dignus, ut ipsi dispensatio concedatur, quippe qui matrimonium appareat non consummasse et a parocho et testibus habeatur ut rudis quidem agricola, sed christiana religione sinceriter imbutus; insuper cum sit pauper et in aetate fiorente, magnam ex novo matrimonio utilitatem perciperet, tum ut operibus facilius vacet, tum ut animae suae saluti, vitata Incontinentia, provideatur : addo etiam periculum esse in mora ne pessimis impiorum consiliis , quae iam non defuerunt, tandem impulsus , ad unionem mere civilem recurrat, quod facile evenire posset cum a Iudicibus Civilibus divortium iam obtinuerit.

« 2°. Omnia in processu cum magna diligentia et sinceritate acta sunt, et si quid minus ad strictam iuris normam intercesserit, in causa fuit quod *cum orator ullis solvendis expensis sit omnino impar,* necesse fuit, ut tribunal ad urbem Sarlatum viginti leucis distantem se conferret ad interrogandos oratorem et testes, nec iter facile inchoari iterum posset, et idcirco oratur ut in quantum opus sit *sanatio actorum* concedatur ».

Disceptatio Synoptica.

VOTUM CANONISTAE. Die 21 Maii 1896, in parochiali ecclesia civitatis vulgo Sarlat, dioecesis Petrocoricensis, rite servatis servandis, coniugium iniere Antonius, annos tunc natus 24, et Maria annum 21 agens, ambo ex eadem dicta dioecesi oriundi. Prima iam a nuptiis nocte, vir coniugali iure uti voluit : ast eheu ! vix tacta mulier exclamat se acerbissimo dolore in genitalibus percuti, neque esse aptam ad rem perficiendam. Elapsis duobus mensibus, quin coniuges matrimonium suum consummare potuerint, uxor coniugale tectum deseruit, nunquam ad virum reversura. Paulo post, apud civilem iudicem causam divortii introduxit, atque sententiam affirmantem impetravit. Nunc autem maritus novas nuptias conciliare exoptans, a Pontifice dispensationem super suum primum matrimonium, tanquam ratum et non consummatum, enixe atque instanter expostulat.

Pro more itaque a S. C. C. iussus, Petrocoricensis episcopus processum confecit atque acta iudicialia Romam transmisit, quae tamen cum minus esse ad normam iuris conscripta ipse perspexisset, eorumdem sanationem, in quantum opus fuerit, efflagitat, quia prae difficultatibus et circumstantiis maior diligentia in conficiendo novo processu adhiberi non posset.

Idcirco, utrum ex inspectis actis, prout iacent, sufficienter tum de inconsummatione constet, tum de dispensandi rationibus et causis, iam inquiramus.

Stante vigenti disciplina, ex tribus hauritur inconsummationis alicuius matrimonii probatio : ex iurata coniugum scilicet confessione : ex utriusque partis septimae manus depositione ; ex inspectione sponsae corporis.

Iam vero in themate, cum uxor vadimonium recusavit ad corporis inspectionem deventum non est, atque solius actoris iuratam habemus confessionem a suis testibus confirmatam. Sane , si per viam strictioris iustitiae procedendum foret, ulterius progredi vix aut ne vix quidem liceret.

Ast in causa sumus gratiosae dispensationis atque in huiusmodi maxime causis contumacia unius coniugis non potest nocere alteri, neque, uti explicite dicit Ursaya, corporis inspectio copulative requiritur, sed adminiculative tantum. Imo docent Gonzales, Ledesma, Gutierez, Clericatus, Cosci etc. non requiri de necessitate probationes certitudinem physicam facientes ; sed « sufficere certas certitudine morali, quae *suadere valeant* iudicis animum, quemadmodum sunt coniecturae, iudicia, praesumptiones et alia argumenta coniunctim consideranda ». Cosci *De sep. Tori, L 3, c. 2, n. 140.*

En autem quae acta nos docent.

Testante episcopo Ordinario Petrocoricen., « videtur orator dignus ut ipsi dispensatio concedatur, quippe quod matrimonium appareat non consummatum, et ipse a parocho et testibus habeatur ut rudis quidam agricola, sed christiana religione sinceriter imbutus ».

Sub sacramento igitur actor, coram iudice ecclesiastico de copula interpellatus, respondit, nullimode matrimonium consummare potuisse.

Septimae autem manus testes, prout de iure, circa duo sub iuramento deposuerunt, de actoris scilicet credulitate atque de propria quoad inconsummationem opinione. Ad primum quod attinet, uno ore omnes testati sunt Antonium virum esse honestum, religiosum, omni fide dignum. Quod testimonium eo maioris ponderis videtur, quod praeter oratoris fratrem testes ceteri non ex consanguineis sed vicinis

erant, inter quos quidam parochus atque dominus qui tanquam servum Antonium conducebat.

Ad alterum etiam integra septima manus persuasum habet, matrimonium non fuisse unquam consummatum, eo quia inhabilis ad copulam mulier inveniebatur. « L'opinion publique est qu'elle est mal conformée. Je l'ai entendu dire à des femmes ».

Ita testis primus. A tertio haec addita sunt : « La mère de Marie me raconta qu'elle avait été dans le même état que sa fille, au début de son mariage et que cela avait duré neuf mois.- Elle a détourné sa fille de subir l'opération, déclarée indispensable par les médecins, parce que cette opération était dangereuse ». Actoris frater sic testatus est: « La femme n'était pas ouverte et pour cette raison ne pouvait pas consommer l'acte. Ce n'était pas seulement douloureux: l'acte conjugal était impossible sans que la femme subît une opération ».

Testante demum parocho S. Andreae loci vulgo *Allas*, interrogata, quare filiam ad peritum non ducebat, qui eam inspiceret, mater respondit : « Nous l'avons montrée à deux médecins, MM. Sarrazin et Pontoux. Ils ont déclaré qu'une opération chirurgicale serait indispensable, mais que cette opération est dangereuse et pourrait entraîner la mort. Il y a á l'entrée une masse de chair, qui empêche toute approche ».

Demum fatentem habemus mulierem contumacem, ad coniugalem actum plane se esse imparem.

R. « D. Dupeyroux sacerdos, ut testis ex officio vocatus, coram iudice deposuit se speciali ad id accepto mandato, semel et iterum Mariam adiisse, ut eam personaliter ad comparendum persuaderei ; mulierem autem instantibus etiam parentibus, continuo respondisse : « Je n'irai pas : *ils savent bien comment je suis faite.* Antoine veut se remarier: qu'il se marie! »

Hucusque acta processualia : sed ex iis etiam quae extraiudicialia praesto sunt, summi iudicis animum in gra-

tiosa causa moveri posse diximus. Porro inter haec eminet tum sententia civilis iudicis divortium pronuntiantis, tum medici periti qui eodem iubente feminam inspexerat, attestatio.

Civilis iam sententia ceteris omissis, sic habet : « Attendu qu'il est établi que le sieur Antoin_____malgré les souffrances intolérables que causaient à sa femme les rapprochements sexuels et malgré l'impossibilité matérielle où elle se trouvait d'accomplir l'acte conjugal, Antoin a cependant sans aucun ménagement abusé de ses droits de mari etc. ».

Periti vero attestatio ita sonat :

« Je soussigné docteur en médecine à Sarlat, certifie en mon âme et conscience, que la femme Marie .... née Salviat a été examinée par moi et qu'il m'a été donné de constater qu'elle n'a pas été déflorée à la suite de son mariage avec Antoine, qu'elle est atteinte d'une hyperesthésie vulvaire si prononcée, que toute relation sexuelle lui est absolument impossible. Dans ces conditions je déclare la femme Marie ... dans l'état actuel inapte à remplir les devoirs conjugaux ».

Haec autem omnia et singula , si coniunctim considerare velimus , talis utique indolis videntur esse , quae de non consummatione in casu moralem certitudinem creare valeant.

Ad causas iam atque rationes devenimus, iure necessarias et sufficientes ut implorata dispensatio concedatur. Huiusmodi autem auctoribus canonistis potius sunt : nullitatis matrimonii ob impotentiam probabilis suspensio; coniugum irremediabilis dissociatio, animarum aeterna salus.

Porro quod in themate sat probabilis sit, ob mulieris arctitudinem atque genitalium hyperesthesim, matrimonii infirmitas, ex superius dictis deducitur, cum ex peritorum declaratione, sine gravi vel etiam mortis periculo, apta ipsa reddi non posset.

Ad animorum dissociationem quod spectat, post civilis

divortii sententiam talis iam est, ut vix aut ne vix quidem, etiam volentibus sponsis, possibilis sit vitae communis instauratio ad quam mulier tamen, atrocium dolorum non. immemor, unquam consentire non videtur.

Demum maxime urget, id ipso declarante episcopo Petrocoricensi, oratoris aeterna salus. « Hic cum sit pauper et in aetate fiorente magnam ex novo matrimonio utilitatem perciperet, tum ut operibus facilius vacet, tum ut animae suae saluti, vitata incontinentia , provideatur. Addo etiam periculum esse in mora, ne pessimis impiorum consiliis, quae iam non defuerunt, tandem impulsus, ad unionem mere civilem recurrat ».

Quare ad dubium : *Utrum tuto S. S. consiliari possit, quatenus super matrimonio de quo in casu, tanquam rato et non consummato, dispensare dignetur,* responderem *Affirmative.*

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Quod anno 1896, mensis vero Maii die 21, Antonius, in aetate annorum 24 iam tum constitutus, contraxit cum Maria 21 annos nata, matrimonium , opere imperfectum mansisse ob impotentiam mulieris, contendit.

Lectissimus consultor, quamvis videat et ipse acta processus *minus esse ad normam iuris conscripta,* ope tamen sanationis posse suppleri censet, et ad inscriptam rogationis formulam responderi : *Affirmative.*

At adeo perfunctorie facta est iudicialis inquisitio , ut absque novis actis, nisi omnia me fallant, haud certi esse possimus de asserta matrimonii inconsummatione atque de necessaria ad dispensandum causa.

Enimvero matrimonii non magis certa est inconsummatio, quam certum sit vitium quo in organis genitalibus laborat Maria : quam ad rem in actis prostat tantum extraiudiciale testimonium medici Sarrazin, quod sic iacet :

« Je soussigné, docteur en médecine Sarlat (Andoque), certifie, en mon âme et conscience, que la femme Marie .... a été examinée par moi et qu'il m'a été donné de constater

qu'elle n'a pas été déflorée à la suite de son mariage avec Antoine ; qu'elle est atteinte d'une hyperesthésie vulvaire si prononcée que toute relation sexuelle lui est absolument impossible. Dans ces conditions, je déclare la femme Marie ... dans l'état actuel, inapte à remplir les devoirs conjugaux. Je declare, en outre, qu'il serait absurde de laisser uni à elle par le lien du mariage un homme que le *vaginisme,* dont il s'agit, empêche de poursuivre l'œuvre matrimoniale ».

Cordatus quisque videt quantum absit ut recitatum testimonium aliquo in pretio haberi possit. Praeprimis enim testimonium illud in iudicio attendi nequit, quippe quod concinnatum est extra iudicii aulam. Deinde medicus Sarrazin in calce monet se testimonium uteris consignasse die 19 Aprilis 1900, sed alte silet diem, mensem et consulem, sub quibus Mariam recognoverit. Postremo Sarrazin est *testis singularis,* et proin hac etiam de causa nil probat.

Dixi : *testis singularis:* quia testes alii de vitio, quo laboraret Maria, agentes, loquuntur de auditu: de scientia propria loquitur tantum Antonius ; qui praeterquam quod est testis in causa propria, cum medico Sarrazin egregie pugnat. Nam iuxta peritum Sarrazin vitium Mariae consisteret in *vaginismo,* contra iuxta Antonium et testes de auditu consisteret in « une masse de chair qui empêche toute approche ».

Heic quaero, cur ad iudiciale examen adductus non est saepedictus medicus Sarrazin. Imo ex actis perhibetur de re instructus , etiam medicus Pontoux : reverendissimus episcopus Petrocoricen. in Uteris diei 24 Aprilis 1900 commemorat testimonia a medicis exhibita laico magistratui, cur et ista actis inserta minime sunt ?

Excussi testes dicunt vitium, quo afficitur Maria , esse publice notum, ac ipsam Mariae matrem ope medicalis incisionis ab eodem vitio liberatam fuisse. Idcirco vicini, affines, propinqui ac potissimum Mariae mater ad examen adducendi erant et qua testes de re instructi et utpote septima manus.

Paucis : e re nata nec de matrimonii constat inconsummatione nec de causis ad dispensandum necessariis. Ne causa autem Antonius cadat I°. demonstrare debet, Mariam vitio laborasse tempore initi matrimonii ; hoc ut matrimonii certa sit inconsummatio : 2°. vitium illud esse *incurabile;* hoc ut innotescat dispensandi causa.

Quibus animadversis, propositum fuit resolvendum

Dubium

An sit consulendum 8S'7)o super dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii re disceptata sub die 25 Maii 1901, censuit respondere: *Affirmative.*

NOLANA

PII LEGATI

Die 22 Iunii i 901.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Carpofarus Caccavale Canonicus in suprema sua voluntatis significatione die 7 decembris anni 1875, legavit favore coniugum Caccavale fundum, cum onere cedendi centum canne eiusdem fundi, quatenus Sodalitium B. Virginis Mariae producere vellet ulterius aedificium Ecclesiae in dicta area.

Ecclesia, de qua agit testator, pertinet ad Sodalitatem sub titulo Mariae Virginis sine labe conceptae, et hodie sodalitas supplex adit S. C. C. ut sibi vindicet ius, testamento sibi comparatum, nimirum obtinendi - *canne cento di detto territorio* - ad effectum ulterius producendi aedificium Ecclesiae in dicta area. - At contradicit hodiernus legati fundi possessor, nempe Aloysius Manfredi, frater Henrici Manfredi parochi loci - *Vico di Palmo, Compania* - et olim Patris Spiritualis Sodalitatis oratricis, qui conten-

•dit se non centum *canne*, sed eam cessurum esse mensuram soli necessariam pro quantitate aedificii noviter extruendi.

Disceptatio Synoptica

ANIMADVERSIONES EX OFFICIO. In primis, fundi possessor iure merito advertit se non cessurum fore rem legatam -quousque sibi non pateat satisfactum fuisse conditioni, cui adnexum est legatum. - Siquidem in themate agi de legato *sub conditione* versatur extra quamcumque dubitationis aleam. Iussit enim testator, cedendam esse sodalitati certam mensuram areae *dummodo ista manus admoveat Ecclesiae aedificio amplificando.* - Quamobrem iure merito fundi possessor negat se daturum esse expetitam soli quantitatem nisi certior fiat de serio et efficaci Sodalitatis proposito, molitionem nempe Ecclesiae aut Sacrarii ulterius producendi. Ad rem tradit Reiffenstuel titulo *De testamentis num. 685:* « Quando legatur aliquid in diem vel sub conditione de futuro non transit dominium in legatarium, donec dies determinata adveniat et conditio adimpleatur. Communis *arg. 1.3% Sin autem 3, C. Communia De leg.* Ratio patet, «quia ante adventum conditionis nondum debetur, imo conditione non adimpleta omnino expirat iuxta dicta; ergo dominium ad eumdem non transit, consequenter nec fructus ». Equidem ex re legata fructus hactenus iure percepit fundi possessor et percipere prosequetur donec dies non veniat reddendi legatario rem legatam. - At praeterea hic contendit se non centum *canne* debere, sed eam soli mensuram accommodatam molitioni Ecclesiae aut Sacrarii, prouti ait testator - *da servire a tale uso.* - Porro iste interpretationi innititur voluntatis testatoris qui non taxative sed demonstrative innuit certam mensuram, quasi ultimum terminum ad quem pertingeret eius liberalitatem.

Ex adverso Sodalitati favet non praesumpta sed expressa testatoris voluntas; nam si in genere « contractus ex conventione legem accipere dignoscuntur » *reg. 85 iuris*

in VI, non minus in legatis condendis legem dicit testator, et valet effatum « testator quod voluit expressit, quod non expressit noluisse intelligendus est ». Iamvero ni velimus cavillari, verba « *dovranno cedere gratuitamente* antiche canne cento di detto territorio da servire a tale uso » diserte significant mentem testatoris nulla limitatione affectam, eiusque liberalitatem in causam piam, neque luxuosiorem praebent neque inutilem. Sane centum *canne,* mensuram aequant quinquaginta quadratorum passuum (italice *metri* quadrati) quae area etsi novae molitioni tota non inservit, in reliqua parte exornat aedificium idemque utpote divino cultui dicatum removet a profanis usibus, quibus parietes externae templorum saepius non sine magno dedecore, addicuntur. - Ceterum fundi possessor, uti advertit, ius habet ad fructus integri praedii sibi retinendos quousque res sub conditione legata, non debeat, verificata conditione , legatario tradi ; sed nullo sane iure tantummodo ex parte reddere valet expetitam soli mensuram, ea potissimum de ratione, quia emptor recognovit eiusmodi integram soli mensuram legato deberi, quamobrem pretium non solvit correspondens huic fundi portioni ; sed qui *venit contra factum suum dolo agit ;* quae regula iuris rom. ita exprimitur iure can.: « Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat a quo non potuit inchoari » *(reg. 73 iuris in VI).* - Quod si sodalitas subest tutelae auctoritatis civilis , non secus ac antea subsit regio assensui, hoc non prohibet quominus primo et principaliter, ex suo instituto, subsit auctoritati ecclesiasticae, uti evincitur ex cit. Sypontina et ex Baren, agitata apud S. C. C. superiore mense. - Ceterum hic res est de iustitia servanda in exequendis legatis piis, et eiusmodi causae sunt magnopere favorabiles, scilicet expediendae servato, quantum fieri potest, iure causae piae. - Ipsa autem civilis auctoritas quae iam approbavit et hinc, nomine sodalitatis, excepti legatum, non tantum annuet precibus sodalitatis, sed ei non permittet partim tantum recipere controversam soli mensuram.

Quibus animadversis, quaesitum fuit quid esset precibus respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 22 Iunii 1901, censuit respondere: *Attentis expositis. Confraternitati deberi integram portionem fundi a testatore designatam.*

EX 3. CONGREGATIONE RITUUM

DECRETA NOVISSIMA

1AURETANA: Dubia quod coniunctionem hymnorum, et quoad doxologiam ***Iesu tibi sit gloria.***

1. Semel coniunctis hgmnis historicis infesto, non amplius coniungendus est hymnus impeditus ceteris diebus Octavae.

2. *Doxologia* Iesu, tibi sit gloria *dicenda est in Vesperis, etsi sola habenda sit, post hymnum dictum, commemoratio officii illam eæigentis.*

LAURETANA.

Hodiernus Ordinator Calendarii pro Clero Basilicae et dioeceseos Lauretanae, de consensu sui Rmi Episcopi, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humillime proposuit, nimirum:

I. Quarta die infra Octavam, et die octava Nativitatis S. Ioannis Baptistae, debetne Vesperarum hymnus, qui iam in testo dictus est, coniungi cum hymmo Matutini, sub unica conclusione, prout factum est in festo, iuxta Rubricas Generales, *Tit. XX, num. 3?*

II. Hymnus de secundis Vesperis in festo SS. Simonis et Iudae Apostolorum, debetne concludi cum doxologia *Iesu, tibi sit gloria,* si in eisdem Vesperis facienda sit commemoratio Officii votivi de SSmo Eucharistiae Sacramento, vel de Immaculata Conceptione B. M. V. in crastina die celebrandi?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Se-

cretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, ita rescribendum censuit:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative,* iuxta Rubricas generales Breviarii, Tit. XX, num. 4.

Atque ita rescripsit, die 2 Iulii 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. * S.

f D. PANICI, Archiep. Laodicen. *Secret.,*

COLIMEN, dubia diversa.

1. *Sacrista, vel Acolytus, nequit media cordulae distensione, aut relaxatione SS. Sacramentum in tabernaculo expositum diseooperire aut velare.*

2. *Nequit SS. Sacramentum ante Missam exponi ac velari et post* Aufer a nobis, *ut dictum est supra, ostendi et thurificari.*

3. *Diaconus in Missa solemni librum Evangeliorum* in medio *altaris collocare debet.*

4. *Post S. Sanguinis sumptionem, ablutio statim sumenda est, etiamsi reliquiae nonnullae maneant in calice.*

5. *Subdiaconus, post Epistolam, benedictionem a Celebrante recipere debet ante eum genuflexus in suppedaneo, e cornu Epistolae, Aram habens a dextris.*

6. *Etiam Sacramento exposito, Celebrans et Ministri ad sedendum accèdent per breviorem.*

7. *Nisi constet de Indulto, post Constit. Apost. an. 1898, nequit cantari Missa* Salve, radix, *singulis in Sabbatis, ubi adest Sodai. SS. Rosarii.*

8. *Extra necessitatis casum, non licet uti instrumento ad ungendos infirmos, aut pueros in baptismo..*

9. *Relinquitur Ordinarii placito Vesperas secunda vel prima hora noctis canere, in casu speciali.*

10. *Altare* Sepulcri, *non debet esse Altare maius, in eoque non sunt apponenda ostensoria etc., ad ornatum.*

11. *Acolythus ad elevationem thuriflcare nequit a parte Evangelii.*

12. *Quando chorale officium non per solvitur, non prohibentur plures Missae cum cantu, de eodem Saneto vel mysterio.*

COLIMEN.

Rmus D. Iosephus Amator Velasco, Dioeceseos Colimen. Vicarius Gubernator, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia enodanda humillime proposuit, nimirum:

I. Variis in Ecclesiis Dioeceseos Colimen, iam inde ab immemorabili tempore mos viget, iuxta quem in expositione SS. Eucharistiae Sacramenti velum extensum in tabernaculo expositionis plicatur; et ipsum in repositione explicatur, media cordulae cuiusdam distensione in expositione, aut relaxatione in repositione: quae omnia a sacrista vel acolytho peraguntur; quaeritur: An continuari possit haec praxis?

II. Item, moris est, ante Missam solemnem, post cereos accensos, in throno expositionis ostensorium cum SS. Sacramento collocare, super quod velum explicatur ad cooperiendum, donec, vel incepta Missa, et *Aufer a nobis* dicto, Sacerdos thuriflcat: in cuius thuriflcationis actu, praevia eiusdem veli plicatione, ut dictum est, expositio absque ullo cantu fit. Huiusmodi usus probandusne est?

III. Rubrica dicit *'.....delato etiam per Diaconum libro Evangeliorum ad Altare;* haec verba *ad altare* interpretandane sunt *in medio altaris?*

IV. Post sacrosancti sumptionem Sanguinis et ante ablutionem, quaedam consecrati vini particulae in calice manent; quaeritur: an in casu ablutio sumenda sit, vel iterum admovendus sit calix ori celebrantis, ut eae reliquiae Sanguinis singillatim sumantur?

V. Ubinam genuflectere debet Subdiaconus, ut Celebrans eum benedicat, post cantatam Epistolam, an inter aram et Celebrantem in suppedaneo, an potius inter parietem et ipsum Celebrantem in plano ?

VI. Cum Rubricae dicant, quod Celebrans et Ministri in Missa solemni pergere debent ad sedendum per breviorem, an permitti possit in Missa cum Sanctissimo Sacramento exposito per longiorem recedere in eundo ad sedilia?

VII. Quadam in Ecclesia huiusce Dioeceseos, ubi sodalitas SS. Rosarii canonice est erecta, per sabbata singula, uno dempto, scilicet sabbato maioris Hebdomadae, Missa *Salve, radix sancta* canitur. Quaeritur: an locum habere possit haec Missa in omnibus sabbatis, post Constitutionem Apostolicam *Ubi primum,* sexto nonas Octobris anno 1898 editam?

VIII. Servarine licebit consuetudo instrumento quodam utendi ad ungendos infirmos; similiter et pueros baptizatos, quamvis periculum contagionis non adsit?

IX. Licetne canere Vesperas secunda vel prima hora noctis, atque in illis Sanctissimum exponere, ea de causa scilicet quia Ordinarius permittit expositionem in Vesperis?

X. An tolerari possit Feria V in Coena Domini altare maius Ecclesiae Sepulcri altare esse : necnon in ipso altari Sepulcri ostensoria, calices et ciboria ornati causa exponere?

XI. Quum Diaconus a cornu Epistolae Sacerdoti assistat ad elevationem, permittine potest acolytho Sanctissimum a parte Evangelii thuriflcare ?

XII. Quando Ecclesia Cathedralis officium chorale non persolvit, quia Capitulo caret, plures Missae eadem die et de eodem officio cantarme possunt?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii , exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibus accurate perpensis, ita rescribendum censuit:

Ad I et H. *Negative.*

Ad III. *Affirmative,* seu *in medio altaris.*

Ad IV. Servetur Rubrica Missalis.

Ad V. *Affirmative* ad primam partem (1), *Negative* ad secundam.

Ad VI. Serventur Rubricae.

Ad VII. *Negative,* nisi constet de Indulto.

Ad VIII. Servetur Rituale Romanum, et dentur Decreta

(1) Subdiaconus igitur benedictionem post Epistolam a Celebrante acceptura, genuflectere debet in suppedaneo, non in plano, neque in gradu inferiori ante celebrantem ipsum, qui ad eum parumper convertitur, et ante ipsam Aram, quae ad dexteram eiusdem Subdiaconi manet. Hoc animadvertisse iuvabit, eo quod verba in dubio allata *inter Aram et Celebrantem,* non sunt accipienda stricto sensu, quasi deberet Celebrans se retrahere ad locum Subdiacono suppeditandum, sed quasi dicerent infra angulum a Celebrante et Altari efformatum.

num. **3051,** *Portus Aloisii,* 9 Maii 1857, ad II (1), et *num.* **3276,** *Toletana,* 31 Augusti 1872, ad I, III et IV (2).

Ad IX. Pro prudenti Ordinarii placito.

Ad X et XI. *Negatine.*

Ad XII. *Affirmative,* iuxta Decretum *num.* **3921**, diei 30 Iunii 1896 (3). '

Atque ita rescripsit, die 12 Iulii 1901.

D. **CARD**. FERRATA, *Praef.*

L. * S.

f D. **PANICI**, Archiep. Laodicen. *Secret.*

ROMANA. Dubium quoad officium S. Barnabae.

Festum aut Officium S. Barnabae Ap., in occursu, concursu et repositione ratione dignitatis, ceteris paribus, praeferendum est festis aut Officiis aliorum Sanctorum.

(1) « II. Circa Extremae Unctionis administrationem Libellus inscriptus: Ordo administrandi Sacramenta ex Rituali Romano extractus, et iussu Episcoporum in Anglia adhibendus, dicit: *Intincto stilo vel pollice in Oleo Sancto,* etc. Quum vero Theologorum non una sit sententia circa consuetudinem adhibendi stilum in hac Sacra Unctione, et Theologi ipsi concludant, quod quisque sequatur usum Ecclesiae suae; quaeritur: Utrum in Dioecesi ista Portus Aloisii, in qua invaluit usus stilum seu virgulara argenteam adhibendi in administratione Extremae Unctionis, usus ipse tuto continuari possit? *Resp.:* Negative, excepta necessitatis causa ».

(2) « I. Attenta praxi communi et perantiqua utendi penicillo seu virgula argentea in administrando Baptismi Sacramento in Ecclesia, loco pollicis manus dexterae, abolenda ne erit huiusmodi consuetudo, utpote contraria Rituali Romano? *Resp.:* Affirmative, excepta necessitatis causa, iuxta Decr. S. R. C. in una *Portus Aloisii,* d. 9 Maii 1857, ad II. » — «III. Utrum possit continuari consuetudo administrandi sanctum Sacramentum Extremae Unctionis, utendo penicillo seu virgula argentea, generaliter et extra casum necessitatis, loco pollicis intincti in Oleo Sancto, iuxta praescriptum in Rituali Romano? » — « IV. An praedicta praxis servari liceat extra casum necessitatis, saltem quando Unctio Extrema ministratur sine populi concursu? *Resp.:* ad III et IV: Provisum in primo ».

(3) « Plures Missas de eodem Sancto vel Mysterio in eadem Ecclesia prohibitas, illas esse quae, praeter Conventualem nunquam in Collegiatis Ecclesiis omittendam, in officiatura chorali concinuntur, vel aliquam cum eadem relationem dicunt. Quapropter praefatas Missas sive ad petitionem viventium, sive ex fundatione, dummodo ante vel post absolutum chorale Officium, ac sine ulla cum eo' relatione concinantur, non esse vetitas ».

ROMANA.

In ordine divini Officii recitandi Sacrique peragendi pro anno 1901, ad usum Rrni Capituli et Cleri Patriarchalis Basilicae Vaticanae, ad diem 11 Iunii, festum S. Barnabae Apostoli dupl. mai. habet integras Vesperas, in concurrentia cum festo S. Leonis III Pont. Conf. eiusdem ritus et aeque primario. Quum vero circa has Vesperas ita dispositas aliqua exorta fuerit dubitatio, quidam calendaristae a Sacrorum Rituum Congregatione opportunam declarationem super dignitate S. Barnabae Ap. ir* Sacra Liturgia humillime expostularunt (1).

(1) Tota ratio ortae difficultatis circa qualitatem apostolatus S. Barnabae in hoc sita est, quod Apostoli, a Christo Domino constituti, duodecim sunt, quibus adiectus est vocatione divina per ipsum Christum Iesum post suam adscensionem, S. Paulus, cui cum S. Petro principatum est meritus apostolorum. Barnabas vero neque ab Ecclesiae Patribus, neque a Sacra Liturgia duodecim Apostolis aequiparatus unquam invenitur. Licet ergo in Actibus Apostolorum *(XX, 2)* legatur, Spiritum Sanctum dixisse prophetis et doctoribus Ecclesiae Antiochenae : *Segregate mihi Saulum et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos,* nempe inter gentes, ut Paulus ait *(Gal:,* II, 9); nihilominus inter veros Apostolos, uti Mathias et Paulus, nequaquam adnumeratus est. Hinc est quod Augustinus *(Expositio super Ps. 86)* et Beda *(In Natal.* S. Benedicti), prout legitur in Breviario Romano *(Com. Ap. in 2 et 3 Noct.),* dicunt, Paulum tertiumdecimum locum obtinuisse inter Apostolos ; nemo autem similiter quartumdecimum dixit obtinuisse Barnabam.

Quae cum ita sint, videretur deesse omnino, in sancto Barnaba, qualitas Apostoli stricte sumpti; ideoque illum ius nullum habere praelationis super alios Sanctos, iuxta ordinem hierarchicum festorum a Rubrica acceptum *(Tit. XI. n. 2),* nempe: 1. Festa Domini; 2. B. M. Virginis; 3. Angelorum; 4. S. Ioannis Bapt.; 5. S. Ioseph; 6. Apostolorum.

Sed contra, optimo iure S. R. C hoc Decreto suo recognovit et statuit, praecellentiam S. Barnabae super alios Sanctos tribuendam esse. Et sane; festa Evangelistarum non inveniuntur in citata Rubrica, quae ordinem ponit festorum, iuxta dignitatem personalem, nihilominus, pluribus Decretis, ut, ex. gr., 4 Septembris et 18 Decembris 1773, S. R. C. eosdem honores et privilegia tribuerat festis Apostolorum et Evangelistarum.

Neque hic aliquis dicat, haec duo decreta expuncta fuisse, ideoque nullius amplius esse roboris, quia ratio eorum omissionis in nova collectione, non est quod aliter nunc iudicaverit S. R. C, circa paritatem iurium Apostolorum et Evangelistarum, sed quia novo unico Decreto N. 3808, de festis primariis et secundariis, idem statutum est.

Si ergo Evangelistae praeferri debent ceteris Sanctis, licet in Litaniis Sanctorum nominentur post S. Barnabam, tanto magis praeferendus erit S. Barnabas, qui in Litaniis locum tenet, ultimum quidem, sed reapse inter Apostolos, et ante Evangelistas similis privilegii participes.

Et Sacra eadem Congregatio, porrectis precibus annuens, circa huiusmodi quaestionem, praehabito voto Commissionis Liturgicae, exquisivit etiam specialiter suffragia duorum ex suis Consultoribus, quae omnia scripto exarata praeloque impressa, una cum informatione, subiecta fuerunt iudicio Emorum Patrum. Itaque infrascriptus Cardinalis, ipsimet Sacrae Congregationi Praefectus, et Relator, in Ordinariis Comitis die 30 mensis Iulii nuper elapsi ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit, nimirum: An festum et Officium S. Barnabae Ap. in occurrentia et concurrentia cum Festis et Officiis aliorum Sanctorum, necnon in repositione, ceteris paribus, sit praeferendum?

Porro Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus hinc inde accurate perpensis, ac praesertim iis, quae in Sacra Scriptura atque in Libris Liturgicis Ecclesiae Orientalis et Occidentalis de S. Barnaba perleguntur, rescribendum censuit:

Affirmative, ratione dignitatis apostolicae.

Quam resolutionem, Sanctissimo Domino Nostro Leoni Pa-

Porro cuique notum est, ordinem excellentiae personalis festorum sumi debere ex ordine invocationis Sanctorum in Litaniis ; ergo...

Neque dicendum hoc argumentum nimis probare, ideoque nihil, quia festa Evangeli starum sunt ritus dupl. 2 classis, et S. Barnabae dupl. mai., nihil ergo refert praenominatio S. Barnabae in Litaniis. Responsio in promptu est; etiam festa S. Laurentii et S. Stephani ritu gaudent dupl. 2 classis, et tamen invocantur inter martyres, eorumque festa nullo gaudent iure praelationis personalis. Ritus ergo festorum nihil probat contra nostrum assertum. S. Barnabas nominatur in Litaniis inter Apostolos, ideoque ante Evangelistas, ergo Ecclesia eum dignitate apostolica potiri considerat. Quia vero non est unus ex duodecim, ritu duplici maiori, et non 2 classis, festum eius celebrandum mandat.

Nec tantum in Litaniis S. Barnabas inter Apostolos invenitur; sed et in ipsis liturgicis officiis: ex quo enim festum ipsius in Ecclesia celebrari coepit, semper eius officium ex officio Apostolorum sumptum est, ac in Missa additum *Credo,* nulla profecto alia ratione, quam apostolatus. Imo et S. R. Congregatio Decretum tulerat, iampridem, quo festum S. Barnabae in paritate ritus praeferebatur festis aliorum Sanctorum in repositione. Quod si in nova editione hoc Decretum amplius non invenitur, nihil inde, nam Decretum contra dictam praelationem minime est latum. Et forte S. C, ut intimius quaestionem consideraret, •illud tunc omisit, ut magis patesceret ratio ipsius.

Bene ergo, hoc Decreto, S. R. C. respondendum censuit petitioni : *Festum S. Barnabae, eiusque Officium, in occurrentia et concurrentia cum festis et officiis aliorum Sanctorum, necnon in repositione, ceteris paribus, est praeferendum* ratione dignitatis apostolicae.

pae XIII per ipsum infrascriptum Cardinalem relatam, Sanctitas Sua ratam habuit et probavit, die 11 Augusti 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praef.*

L. S.

f D. PANICI, Archiep. Laodicen. *Secret.*

VICENTINA. Dubia diversa.

1. *Consuetudo, qua populum ab Altari benedicit Sacerdos superpelliceo et stola indutus, servari potest.*

2. *Si Missa de requie etiam lecta Matutinum sequatur, absolutiones faciendae sunt post Missam.*

3. *Ps.* De profundis etc- *post absolutionem recitari debent in reditu ad Sacristiam.*

4. *Servari potest consuetudo thus adhibendi in exequiis de sero persolvendis.*

5. *Feria VI in Parasceve, per Celebrantem, Lignum seu Reliquiae S. Crucis, aut imago Crucifixi diseooperiri potest et debet.*

6. *Post Missam Praesanctificatorum removenda sunt ornamenta Altaris* Sepulcri.

7. *f.* Dominus vobiscum *omittendus est ante Orationes, quae dicuntur post Litanias B. M. V., exposito vel non Sacramento: item post Hymnos Sanctorum iuxta Rituale Romanum.*

VICENTINA.

Hodiernus Magister Caeremoniarum dioecesis Vicentinae, de consensu Rnìi sui Episcopi sequentium dubiorum solutionem a Sacra Rituum Congregatione humillime postulavit, nimirum:

L Potestne servari consuetudo, qua Sacerdos superpelliceo et stola indutus post Litanias et preces ad altare recitatas, ascendit super gradus altaris et benedicit populum, signum crucis super illum formans, his verbis: « Benedictio Dei omnipotentis etc. » uti fit post communionem datam fidelibus extra Missam?

II. Absolutiones ad tumulum suntne faciendae immediate post Matutinum, si Missa de Requie, ritu permittente, sit potius lecta quam cum cantu?

III. Psalmus *De profundis* cum versiculis et Oratione post absolutionem ad tumulum recitandus debetne persolvi in Sacristia an in Choro ante altare maius?

IV. Plerumque in civitate efferuntur cadavera • sub vesperas. In Ecclesia preces exequiales persolvuntur super iisdem antequam terrae tradantur. Estne adhibendum thus circa feretrum, uti fieri solet quando exequiae post Missam peraguntur?

V. Feria sexta in Parasceve, post orationes, debetne per celebrantem discooperiri Lignum seu reliquiae S. Crucis, vel imago Crucifixi?

VI. Utrum post Missam Praesanctificatorum removenda sint ornamenta Altaris in quo SSmum Sacramentum Fer. quinta praecedente fuit reconditum?

VII. Consuetudo hic viget dicendi *f. Dominus vobiscum,* ante orationes, quibus Litaniae B. M. V. vel hymni in Sanctorum honorem concluduntur coram SS. Sacramento publice exposito; cum non immediate, sed post cantum *Tantum ergo* et orationem *Deus, qui nobis,* detur benedictio cum eodem, potestne talis consuetudo servari ?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto Commissionis Liturgicae, ita respondendum censuit:

Ad I. Attenta consuetudine, *Affirmative,* iuxta decretum n. **2745,** *Veronen.,* 27 Augusti 1836, ad 4.

Ad II. In casu fiant post Missam de Requie sive lectam sive cantatam.

Ad III. Servetur Rituale Romanum.

Ad IV. Si adsit consuetudo, servari potest.

Ad V. Alterutrum fieri posse et debere.

Ad VI. *Affirmative.*

Ad VII. Stetur decretis, praesertim n. **1265,** *Granaten.,* 16 Iunii 1663, ad 7; n. **1548,** *Salernitana* 28 Septembris 1675, et n. **3751,** *Bobien.,* 20 Novembris 1891 (1).

Atque ita rescripsit. Die 20 Augustii 1901.

D. **CARD**. FERRATA, *Praef.*

L. S.

D. **PANICI**, Archiep. Laodicen. *Secret.*

(1) Decr. 1265. «____VII. An in festo Corporis Christi, in reponendo SSmo Sacramento, servanda sit dispositio Caeremonialis Episcoporum quoad Orationes, vel potius Ritualis Romani, ubi dicitur, addi: *Dominus vobiscum?* R. Ad 7: Servanda est dispositio Caeremonialis Episcoporum *I. 2, cap. 33, vers.* Quo facto, ubi nulla fit mentio de versu *Dominus vobiscum,* sed iubetur tantum post *f. Panem etc.* et b). *Omne deleetamentum.* . . . .cantari Orationem. Et sic servat in Urbe SS. Dominus N., quod servetur ab omnibus, quidquid alii in contrarium asserant».

UTINEN. Dubia quoad anniversaria etc.

1. *In anniversario Episcoporum prima ex Missis pro* **Der** *functis dicenda est, cum unica Orat. propr.j item in annivers. Episcopor. et Canonicor.; in anniversario Canonicorum Missa de anniversario, vel ad libitum, eum unica Orat. propr.*

2. *In occursu diei octavae B. M. V. cum festo dupl. mai. Eiusdem, agendum est de die octava.*

UTINEN.

Reverendissimus Dominus Philippus Mander Canonicus Cathedralis Utinen., de consensu sui Rmi Archiepiscopi, sequentia dubia S. Rituum Congregationi pro opportuna solutione humillime exposuit, nimirum:

I. In anniversario Episcoporum et Canonicorum quotannis in Cathedralibus ex praescripto Caeremon. Episcoporum, Lib. 2, Cap. 37, infra octavam defunctorum celebrando, quaenam Missa, ex diversis pro defunctis in Missali notatis usurpanda est, et quot Orationes in eadem dicendae sunt?

II. An occurrente die octava alicuius Festi B. M. V. cum altero Festo mobili eiusdem B. M. V. ritus duplicis maioris, agi

Decr. 1548 idem repetit, iisdem fere verbis.

In Decr. 3751 quaeritur: « I. An ante Orationem post Litanias, dicto *f. Ora jpro nobis, etc.,* dicendi sint *ff. Domine exaudi. . . . .* et *Dominus vobiscum i* Et II, an in casu affirmativo, cum talis sit praxis universalis, si in aliqua paroecia hi *ff.* adiicerentur, possit Epus. praecipere ut tantum *f. Ora pro nobis, etc.,* dicatur ? III. Tenendum ne est tamquam norma generalis, quod versiculi *Domine, exaudi etc.,* et *Dominus vobiscum* praemittendi sint Orationi, iis tantum in casibus, in quibus Rituale Romanum illos praescribit?

Ad quae tria S. Cong. respondit: *Servetur Rituale Romanum.*

Animadvertendum, quod in novissima editione typica Ritualis Romani, loco citato, fuit ablatus *f. Dominus vobiscum,* ideoque cum Caeremoniali Episcoporum concordat.

Duo priora Decreta respiciunt versum *Dominus vobiscum,* immediate ante Orationem SSmi Sacramenti, et ante benedictionem; et casus respiciebat tantum festum Corporis Christi; tertium Decretum vero, in duabus prioribus petitionibus, supponit utique SSmum Sacramentum expositum, sed respicit *jry.* dicendos post Litanias aliasque preces, ante Hymnum SSmi Sacramenti.

In omnibus his casibus prohibet S. R. C. t. *Dominus vobiscum.* Ast ad tertiam petitionem ultimi Decreti respondetur, semper standum esse Rituali Romano. Igitur quamvis in petitione 7 Decreti supra relati in *Vicentina* mentio fiat de Sacramento exposito, nihilominus responsio est generalis, omnesque casus amplectitur.

debeat de die octava, translato Festo mobili occurrente, vel potius de Festo mobili, et nihil de octava, prout Rubrica specialis praecipit in occurrentia Festi SSmi Nominis Mariae cum die octava Nativitatis Eiusdem?

Et Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, audito voto Commissionis Liturgicae, ita respondendum censuit:

Ad I. In anniversario Episcoporum prima Missa erit dicenda, cum unica Oratione propria, iuxta decreta: n. **3213,** *Olomucen.,* 5 Martii 1870 ad V., et n. **3920,** diei 30 Iunii 1896. Item in anniversario Episcoporum et Canonicorum. Pro anniversario autem Canonicorum unica dicenda est Oratio propria iuxta citatum decretum, n. **3920,** et quoad Missam detur decretum n. **204=0,** *Urbis,* 3 Octobris 1699 (1).

Ad II. *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam.

Atque ita rescripsit, die 20 Augusti 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praef*

L. % S.

D. PANICI, Archiep. Laodicen. *Secret.*

(1) Haec sunt verba Decreti 2040 : *Satis explicari in Rubrica Missalis Romani, in fine quartae Missae pro defunctis.* Sed quid ibi dicit Rubrica ? Hoc tantum, nempe quod *Epistola et Evangelium unius Missae dici possunt et in* •*alia similiter pro defunctis.* Hoc est cum in quatuor Missis pro defunctis, praeter Orationes, nihil habeatur, quod speciali modo aptetur circumstantiis, quibus inscribuntur, et, praeter Orationes, Epistolas et Evangelia, omnia sint communia; imo ipsamet Epistola atque. Evangelium unius Missae optime alteri conveniat; retentis Orationibus specialibus, quaelibet earum dici poterit quotiescumque pro defunctis celebrare contigerit. Hinc, pro anniversario Canonicorum, ad libitum una prae altera Missa sumi valet, quod ceterum Decreto 2417, in una *Ordinis Carmelitarum excalceatorum provinciae Poloniae,* ad 8, cohaeret, quo edicitur: «Una vel altera Missa (ex quatuor in Missali pro defunctis assignatis) dici poterit in sepultura cadaveris vel in *anniversario* pro sacerdote defuncto, dummodo pro eo Oratio : *Deus, qui inter apostolicos sacerdotes,* omnino adhibeatur (Die 29 Ianuarii 1752) ».

Sed opponi potest Decretum 3213, ad V, in quo statuitur, in anniversario Canonicorum et aliorum, excepto anniversario Episcopi, legendam esse Missam *ut in anniversario defunctorum, et non ut in Missis quotidianis.* Sed haec dispositio Decreti respicit potius ordinem Missarum prouti prostant in Missali, ut excludere videatur rationem Missae quotidianae, quam non habet anniversarium: et minime opponitur dispositioni Rubricae in fine quartae Missae. Exceptis igitur Missis pro Summis Pontificibus et pro Episcopis, pro quibus statuitur prima, pro reliquis legenda venit *regulariter* tertia, vel, si libeat, quaecumque alia, praeter Orationem, quae erit respective propria.

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

DUBIUM quoad vinum pro Missa utendum.

Beatissime Pater,

Archiepiscopus N. ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, humiliter exponit:

In regionibus nostris admodum difficile est verum et genuinum vinum pro SSmo Missae Sacrifìcio mihi comparare. Fidi namque debeo mercatoribus extraneis et ignotis, qui aliquando iam non genuina merce defraudarunt. Nunc ab aliquo tempore in ipsa civitate N. quidam vir ex uvis nostrae regionis vinum parare coepit. Sed, cum haec uva egentissima sit materia saccharina et consequenter vinum inde proveniens non multum *alcool* contineat, curatione aliqua opus est, ut vinum elevetur ad illum gradum *alcoolicitatis,* quem eius conservatio requirit. Hunc in finem laudatus vir methodum evaporationis musti adhibere proponit ad vinum pro SSmo Sacrificio parandum, ea quidem ratione ut liquor ex uvis expressus, ad dimidium decoctus, vinum producat quod 14 vel 16 gradus *alcool* habeat.

Ad omnem tamen in re tanti momenti dubitationem tollendam, Archiepiscopus Orator humiliter declarari postulat:

Utrum licitum sit ad SSmum Missae Sacrificium offerendum, huiusmodi vino uti.

Feria IV, die 22 Maii 1901.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab EEinis ac RRmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita, proposito praedicto dubio, praehabitoque RR. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres decreverunt :

« Detur Decretum diei 5 Augusti 1896, quod sonat : Utrum « licitum sit ad S. Missae Sacrificium conficiendum uti vino ex « musto obtento, quod ante fermentationem vinosam per eva« porationem igneam condensatum est? — Resp.: Licere, dum« modo decoctio huiusmodi fermentationem alcoolicam haud « excludat, ipsaque fermentado naturaliter obtinere possit et de « facto obtineatur ».

Sequenti vero feria VI die 24 Maii 1901 in solita Audientia SSmi D. N. Leonis Div. Prov. Pp. XIII a R. P. D. Commissario S. Officii habita, SSmus D. N. resolutionem EEmorum Patrum adprobavit.

I. Can. M**ANCINI** S. R. et U. Inquis. *Notarius.*

LITTERAE SSmi D. N. Papae Leonis XIII. — Oe Seminario Clericorum Athenis instituendo.

Urbanitatis veteris Graecia lumen atque omnium mater artium, post tot rerum casus ac tantas varietates fortunae, nihil tamen consenuit in memoria atque admiratione hominum; immo potius nemo adeo agrestis est, quin eius magnitudine gloriaque cogitanda moveatur. Nobis profecto graii generis insidet in animo non memoria solum cum admiratione coniuncta, sed plane caritas, eaque vetus. Mirari ab adolescentia assuevimus ionias atticasque litteras, maximeque illam veri investigandi scientiam, in qua valuerunt principes philosophorum vestrorum usque adeo, ut mens humana longius progredi solo naturae lumine nequaquam potuisse videatur. Ista quanti sit apud Nos sapientia graecorum, satis declarat cura diligens et multiplex, quam in restituenda celebrandaque Doctoris angelici philosophia ex hoc Pontificatus fastigio posuimus. Nam si de gloria sapientum virorum magnam partem, nec sane iniuria, capiunt ii, quorum secuti disciplinam magisteriumque sint in adipiscenda sapientia, certe honorem Aristoteli vestro iudicabimur habuisse hoc ipso, quod honore affecimus beatum Thomam Aquinatem, e discipulis magnisque sectatoribus Aristotelis facile praestantissimum. — Quod si de re christiana loquimur, numquam non probata Nobis graeca disciplina sacrorum: in ceremoniis ritibusque religiosis, quos a maioribus acceptos caste curat Graecia custodiendos, Nos quidem effigiem moris antiqui et iunctam varietati maiestatem vereri semper consuevimus. Cumque ritus istos et aequum sit et expediat, uti sunt, ita manere integros, idcirco urbanum Collegium alumnorum ritu graeco, a rrfbgno Athanasio nuncupatum, ad institutum revocavimus fonnamque pristinam. Similique ratione, quotquot graeca Ecclesia Patres Doctoresque tulit, tulit autem Dei beneficio complures et magnos, eorum in Nobis omnium reverentiam debitam cum aetate adolevisse putatote. Quid est quod Cyrillum et Methodium in maiore lumine atque in amplioris honoris gradu collocari, vix prope inito Pontificatu, placuit? Voluimus, pietate ducti, virtutes utriusque eorum recteque facta ab oriente ad occidentem notiora fieri, ut qui de catholico nomine universe meruissent, ab universitate catholicorum augustius colerentur. — E decessoribus autem Nostris ne putetis

parum Nos eorum memoria delectari, quibus ortum et genus Graecia dederit. Imo vero mire afficimur erga illos, nec raro Nobiscum revolvimus quam sapienter christianam rempublicam per adversa atque aspera, ut temporibus illis, gradientem iuverint, auxerint: quam fortiter magna pars, ut Anacletus, ut Telesphorus, ut Hyginus, post gloriosos labores defuncti martyrio. Quamquam, ut vera fateamur, vix unquam contingit graecos origine Pontifices recordari, quin moerens et cupiens anquiral animus magnum quiddam sequioris aevi calamitate deperditum; priscam illam dicimus intactam a dissidio coniunctionem, qua continebantur salutariter graeci latinique inter se tum, cum, quae pars terrarum Socratem et Platonem genuisset, ab ea ipsa saepe arcesserentur qui Pontifices maximi fierent. Mansisset plurimorum magnorumque communio bonorum, si concordia mansisset.

Utcumque sit, nullo modo despondere animum veteris recordatione memoriae, sed potius excitari necesse est ad salutarem vigilantiam, ad fructuosos labores. Vos quidem pergite, venerabiles fratres, episcopale munus fungi sollerter, ut facitis : date operam ut quotquot sacrae potestati vestrae parent, sentiant quotidie magis quid ab ipsis postulet catholica professio, vestroque discant exemplo debitam patriae caritatem cum fidei sanctae amore studioque coniungere. Ad Nos quod attinet, rem apud vos catholicam tueri, conservare, munire firmiter, quantum opera et contentione possumus, studebimus. Hoc animo consilioque, quia probe intelligimus plurimum praesidii ad mores, ad disciplinam civilem, ad ipsum catholici nominis decus in institutione animorum esse ingeniique artibus positum, conferre aliquid conati iam sumus in eruditionem adolescentis aetatis, condito Athenis aliquot ante annos Lyceo, in quo iuventuti catholicae copia esset dare operam litteris, in primisque linguam percipere, quae Homero Demosthenique pertractata tantum habuit ab utroque luminis. Modo communes litterae vestrae, die IX Septembris datae, aliud quippiam suadent non absimili genere ibidem inducere, quo adolescentium clericorum eruditioni consulatur. Nostram habetis consentientem sententiam: nimirum perutile perque opportunum iudicamus, domicilium istud litterarum Atheniense, quod diximus, sacrorum quoque alumnis patere, qui scilicet tradant ibi se politiori humanitati colendos, nec theologiam, neu philosophiam prius

attingant, quam sermonem patrium patriasque litteras in ipsa civitate principe penitus arripuerint. Qua ope et tuebuntur profecto melius dignitatem ordinis sui, et in muneribus sacris multo versabuntur utilius. Quamobrem consilium libentes cepimus, in ipsis Lycei supra dicti aedibus, uti vobis videtur, Seminarium constituere adolescentibus clericis ritu latino, genere graeco, nec exceptis ceteris graeco sermone orientalibus. Totius rationem operis temperationemque instituti, Nostrum erit, dandis in eam rem litteris, alias describere.

Ceterum, respicientes paulisper animo, in Pontificibus superioribus eamdem, quam in Nobis, voluntatem reperietis fuisse, nec eos officium ullum, quod genti vestrae profuturum videretur in eorumque potestate esset, praetermisisse. Sic Pium V historia testatur ex eo foedere principum christianorum, quod ad Echinadas insulas tam magnifice triumphavit, hunc fructum capere voluisse, ut non modo Italiam tueretur, sed etiam ut Graeciam universam liberaret. Usque adeo de re publica deque salute graecorum Pontifex sanctissimus laborabat. Quod si spes hominem et conata sua fefellerunt, at certe magnum illud consilium fuit et plenum caritatis, nec stetit per eum quominus eveniret. Multo autem recentiore memoria, cum dominatum externum depellere et suum vindicare ius patres vestri contenderet, quot ea tempestate vertere solum coactis perfugium tutum romanae civitates praebuere! Nec ii poterant accipi a Pio VII liberalius, quippe qui et patere fines principatus sui extorribus iussit, et studuit praeterea omni, qua posset, ope et ratione succurrere.

Ista quidem non aliam ob caussam commemorantur hoc loco, nisi quo ex hac ipsa consuetudine benevolentiae germana indoles romani pontificatus consiliaque vera cernantur. Praeiudicatae opiniones, quas olim flebilium casuum vis quaedam inseverit, quidnî, auxiliante Deo, sensim cedant veritati ? Res aequo animo iudicioque integro aestimantibus facile appareat, nihil esse gentibus orientalibus redintegrandâ cum romana Ecclesia concordia metuendum: nihil omnino de dignitate, de nomine, de omnibus ornamentis suis decessurum Graeciae: quin etiam non parum et praesidii accessurum et gloriae. Ad florentem rei publicae statum quid aetati Constantinianae defuit? quid tempora Athanasii aut Chrysostomi desidera vere ? quibus temporibus sancta apud omnes romani Pontificis potestas erat,

eidemque ut beati Petri successori legitimo et, quod consequitur, rectori christianae reipublicae gubernatorique summo oriens perinde atque occidens parebat, idem utrimque sentientibus ac profitentibus animis.

Nos interim, quod et possumus et debemus, commendare gentem vestram universam perseverabimus communi omnium liberatori Iesu Christo, haud frustra, uti confidimus, advocata Virgine Deipara, quam et honorare graeci cultu praecipuo, et *usquequaque sanctam* appellare venusto nomine verissimaque sententia consuevere.

Divinorum munerum auspicem et benevolentiae Nostrae testem vobis, venerabiles fratres, Clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XX Novembris An. MDCCCCI, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

LEO PP. XIII

EX ACTIS CONSISTORIALIBUS

De Consistorio habito die 16 Decembris 1901

ALLOCUTIO SSmi D. N. Leonis Papae XIII.

Venerabiles fratres,

Afferre iucundiora velimus: at contra impellimur ac propemodum cogimur temporibus eas impertire vobis acerbitates, quarum ipsarum caussa in sollicitudine assidua volvitur Nobis extremum hoc spatium aetatis. Videlicet quae rem catholicam non sinant quiescere, caussae plures passim sunt, illaeque non leves. Persequi singulas, nequaquam est propositum; veruntamen singulare quoddam in conspectu esf fidei et morum discrimen, idque intestinum et domesticum, quod nulla ratione debet Nobis silentibus maturescere. Hocne igitur apud Italorum gentem, tot iam indigne eversis rebus, supererai, ut nec sanctitas coniugiorum in tuto esset, cui quidem civiles procellae

ad hanc diem pepercerunt? Si qua est auctoritas senectuti, si iustum inest in apostolica voce momentum, si quicquam denique valet paterna in communem patriam voluntas, eos omnes, quorum in deliberatione versatur rogata lex de divortiis, non monemus tantummodo, sed plane obtestamur, per sibi quidquid est earum et sacrum, desistere coepto velint. Animadvertere et serio considerare ne recusent, sanctum, individuum, perpetuum esse iure divino maritale vinculum christianorum; neque id ius abrogari, nec ei derogari ullo unquam tempore ullâque hominum lege posse. Adscribere christianas nuptias iis velle rebus, quae contrahantur, distrahantur, iure civili, magnus ac perniciosus est error. Etenim humanae redemptor et restitutor naturae Iesus Christus Filius Dei, consuetudine deleta repudii, ad vim rationemque antiquam Deo ipso auctore *ab initio* constitutam, revocavit matrimonium; auctumque dignitate et virtute sacramenti, e negotiorum genere communium imperioque potestatis civilis, imo etiam ecclesiasticae exemit. Quae nuptias consequuntur in rerum genere civilium, de iis statuat potestas reipublicae; ultro progredi, Dei nutu prohibetur. Omnis ergo lex, quae rata esse divortia iubeat, iubet contra fas, apertaque cum iniuria creatoris summique legumlatoris Dei : proptereaque caussam dare adulterino foederi potest, coniugio iusto non potest. Illud auget culpam, quod continere divortia intra provisos terminos, tam difficile factu est, quam sistere in medio cursu acerrimarum flammas cupiditatum. — Perperam vero suffragium petitur ab exemplis peregrinis, in re non dubie nefaria: minuatne aut excuset peccata cuiusquam, multitudo similia peccantium ? Eo vel maxime quod nusquam recepta legibus facultas divortiorum, quin reclamarit vehementer opposituque auctoritatis suae restiterit, ubicumque potuit, custos et vindex divini iuris Ecclesia. Nec audeat sperare quisquam, minus memorem officii hodie futuram, quam antea fuerit. Non connivebit ullo modo, non aquiescet, non feret remisse Deo sibique factam iniuriam. — Qua iniuria teterrimus fons includitur maiorum : et hanc ob rem ex eis ipsis hominibus, qui instituta catholica non undequaque probant, aut omnino non probant, plurimos tamen cernere est, qui salutis publicae ratione adducti, pro perpetuitate coniugiorum docte et animose contendant. Revera, hoc semel constituto, rescindi maritale vinculum fas esse, lege evertitur constans et stabilis natura matrimonii:

hinc illa proclivi itinere consequuntur, quae Nosmetipsi alias deflevimus, debilitari utrimque amorem mutuum, perniciosa incitamenta suppetere ad infidelitatem, in discrimine esse tuitionem institutionemque liberorum, dissidiorum inter familias foveri semina, totas domos perturbari funditus, atque in summam humilitatem evadere conditionem mulieris. Quoniam vero et prosperitas domesticae societatis et ipsae imperiorum opes moribus bonis vigent, corruptis dilabuntur, pronum est intelligere, quam sint et privatim et publice calamitosa divortia, utpote quae a demutatione morum popularium profecta, ad infinitam licentiam vulgo deducunt.

Intendentibus se istiusmodi periculis, plane intelligi potest, quo Nos animo simus, praesertim quod eo minus tanta calamitate digni nostrates sunt, quia multo maxima pars mores et instituta catholica studiose ac fideliter divino munere retinent, exemplo patrum et maiorum. Nihilominus spes est, meliora ad extremum consilia fore eorum, qui de rogatione decernent. Quantumvis enim politicorum ardore studiorum occupentur,, non tamen habent avitae religioni clausas aures: neque omnino iudicium recti eamque rerum gerendarum prudentiam deserent, quam Italorum ingeniis natura ingeneravit.

Coniunctis Nobiscum animis, contendite ab omnipotenti Deo, venerabiles fratres, ut tot ipsius ornatam beneficii muneribusque gentem in hoc tam diffìcili tempore tueri benigne velit.

SSmus Pater praemissa relata allocutione, proposuit sequentes Ecclesias:

Titularem Ecclesiam Episcopalem Erythren. **sub Archiepiscopo Ephesino, vacat, per promotionem R. P. D. Victoris Van den Branden ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Tyrien., favore R. D. Francisci Zorn de Bulach,. Presbyteri Argentinensis.**

Titularem Ecclesiam Eepiscopalem Cadaren. **sub Archiepiscopo Caesariensi, vacat, per promotionem R. P. D. Nicolai Iosephi Camilli ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Tomitanam; favore R. P. D. Venceslai Frind, Presbyteri dioeceseos Litomericensis.**

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Ptomaiden. **vacat, per promotionem R. P. D. Laurentii Passerini, S. R. E. Vicecamerarii, ad Patriarchalem Ecclesiam Antiochen. latini ritus; favore]R. P. Fr. Aloisii Canali, ex Ordine Minorum, Presbyteri Parmensis.**

Cathedralem Ecclesiam de Pace **in ditione Boliviana Americae Meridionalis vacan, per obitum bo: me: Ioannis Iosephi Baldi via, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. Fr. Nicolai Armentia, ex Ordine Minorum, Presbyteri dioecesis Victoriensis.**

Cathedralem Ecclesiam Belemen. de Para in Brasiliana Republica, vacan, per translationem R. P. D. Antonii Emmanuelis de Castilho Brandao ad Sedem Cathedralem de Alagoas, favore R. P. D. Francisci do Rego Maia, Episcopi Petropolitani, ad primodictam Belemen. de Para Ecclesiam ex benignitate SANCTITATIS SUAE per Apostolicas litteras in forma Brevis expeditas translati.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Samien. sub Archiepiscopo Rhodio, vacat, per translationem R. P. D. Caroli Antonii Niedzialkowski ad unitas Sedes Cathedrales Luceorien. ac Zytomirien. favore R. P. D. Thomae Iacobi Conaty, Presbyteri dioeceseos Campifontis.

Cathedralem Ecclesiam de Spiritu Sancto in Brasiliana República, vacan, per translationem R. P. D. Ioannis Baptistae Correa Nery ad Sedem Cathedralem de Pouso Alegre, favore R. D. Ferdinandi de Souza Monteiro, e Congregatione Missionis, Presbyteri eiusdem dioeceseos de Spiritu Sancto.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Argiven. sub Archiepiscopo Corinthio, vacat, per translationem R. P. D. Antonii Valbonesi ad unitas Cathedrales Ecclesias Urbaniensem et S. Angeli in Vado , favore R. P. D. Antonii Montinho, Praelati Mozambicensis.

Cathedralem Ecclesiam Meten, vacan, per obitum bo : me: Francisci Ludovici Fleck, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti; favore R. P. Villibrordi Benzler, ex Ordine S. Benedicti, Presbyteri dioecesis Paderbornensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Gazen, sub Archiepiscopo Caesariensi, vacat, per promotionem R. P. D. Pauli Sellinosi ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Marcianopolitan.; favore R. D. Alphonsi Archi, Presbyteri Faventini.

Metropolitanam Ecclesiam Caesar aug ustan. vacan, per obitum clar. me. Antonii Mariae dum viveret S. R. E. Presbyteri Cardinalis Cascajares et Azara, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Ioannis Soldevila et Romero, Episcopi Tirasonensis, ad ipsam Caesaraugustan. Ecclesiam ex benignitate SANCTITATIS SUAE promoti ad praesentationem Serenissimae Reginae Catholicae Regentis.

Cathedralem Ecclesiam Novarien, vacan, per promotionem R. P. D. Eduardi Pulciano ad Sedem Metropolitanam Ianuensem, favore R. P. D. Mathiae Vicario, Episcopi Salutiarum.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Europen. sub Archiepiscopo Hierapolitano, vacan, per translationem R. P. D. Caietani Quattrocchi ad Sedem Cathedralem Mazariensem, favore R. P. D. Volfangi Radnai, Presbyteri dioeceseos Magno-Varadinensis.

Metropolitanam Ecclesiam Ianuen, vacat, per obitum bo. me. Thomae Reggio, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Eduardi Pulciano, Antistitis Novariensis.

Cathedralem Ecclesiam Alba-Regalen, vacan, per obitum bo. me. Philippi Steiner ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iulii Városy, Presbyteri archidioeceseos Colocensis.

Cathedralem Ecclesiam Sabarien. vacan, per obitum bo. me. Cornelii Hidasy, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Guillelmi István, Episcopi titularis Domitiopolitani.

Cathedralem Ecclesiam Cortonen. vacan, per translationem R. P. D. Guidonis Corbelli ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Heliopolitanam, favore R. D. Michaelis Angeli Baldetti, Presbyteri archidioeceseos Perusinae.

Cathedralem Ecclesiam Angolen. et Congen. vacat, per dimissionem a R. P. D. Antonio Dias Ferreira in manibus praefatae SANCTITATIS SUAE libere ac sponte peractam et ab EADEM admissam, favore R. P. D. Antonii Iosephi Gomer Cardoso, Episcopi titularis Arethusii atque Praelati Mozambicensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Bagen, sub Archiepiscopo Sardiano, vacat, per obitum bo. me. Francisci Fogolla, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Ioachimi Silvera de Souza, Presbyteri dioeceseos Mariannen., ad eamdem Ecclesiam Bagen. ex benignitate SANCTITATIS SUAE per litteras Apostolicas in forma Brevis expeditas promoti ac deputati in Coadiutorem cum futura successione R. P. D. Ioannis Antonii dos Santos, Episcopi Adamantini in Brasiliana Republica.

Ecclesiam de Alagoas in Brasiliana Republica, per decretum S. Congregationis Consistorialis incipien « *Postremis hisce temporibus* » diei 2 iulii 1900 ad Cathedralis honorem evectam et a primaeva sua erectione iam vacantem, R. P. D. Antonii Emmanuelis de Castilho Brandao, Episcopi Belemensis de Para.

Metropolitanam Ecclesiam ladren, vacat, per obitum bo. me. Gregorii Raicevic ultimi illius Archipraesulis extra romanam curiam defuncti, Ecclesiae statum nec non super qualitates R D. Matthaei Dvornik, Presbyteri Spalatensis, per Apostolicas Litteras in forma Brevis ad eamdem Metropolitanam Sedem ladren, ex benignitate SANCTITATIS SUAE promoti, ad nominationem Sacrae Caesareae Maiestatis Francisci Iosephi I. Austriae Imperatoris, Bohemiae et Hungariae Regis Apostolici, uti Dalmatiae Regni etiam Regis, vigore Indulti Apostolici.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Naupacten. vacat, per assignationem Tituli S. Marcelli factam Emo ac Rmo Dno Casimiro S. R. E. Presb. Card. Gennari, R. P. D. Blasii Pisani, Episcopi titularis Caesareae in Mauritania.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Troaden, sub Archiepiscopo Cyziceno, vacat, per successionem R. P. D. Iulii Mauritii Abbet ad Sedem Cathedralem Sedunensem, favore R. P. D. Raphaelis Virili, Presbyteri Romani.

Cathedralem Ecclesiam Bugellen. vacan, per obitum bo. me. Dominici Cumino, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Iosephi Gamba, Presbyteri dioeceseos Astensis.

Metropolitanam Ecclesiam Leopolien. Ritus Armeno-Catholici, vacan, per obitum bo. me. Isaaei Isakowicz, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Iosephi Teodorowicz, Presbyteri archidioeceseos Leopoliensis Armeni ritus.

Cathedralem Ecclesiam Jaurinen. vacan, per obitum bo. me. Ioannis Zalka, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Nicolai e comitibus Széchényi, Presbyteri eiusdem dioeceseos Jaurinensis, ad nominationem Sacrae Caesareae Maiestatis Francisci Iosephi Primi Austriae Imperatoris, Bohemiae et Hungariae Regis Apostolici.

Cathedralem Ecclesiam Leodien., vacan, per obitum bo. me. Victoris Iosephi Doutreloux, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti favore R. P. D. Martini Huberti Rutten, Presbyteri dioecesis Leodiensis promovendi.

Cathedralem Ecclesiam Regien, vacan, per obitum bo. me. Vincentii Manicardi, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Angeli Arthuri Marchi, Presbyteri archidioeceseos Bononiensis.

Cathedralem Ecclesiam Matriten.-Compluten. vacan, per promotionem R. P. D Iosephi Mariae Cos et Macho ad Sedem Metropolitanam Vallisoletanam, favore R. P. D. Victoriani Gujsasola et Menendez, Episcopi Giennensis.

Cathedralem Ecclesiam Giennen. vacan, per translationem ad Sedem Cathedralem Matritensem-Complutensem R. P. D. Victoriani Guisasola et Menendez, favore R. P. D. Salvatoris Castellote et Pinazo, Episcopi Minoricensis.

Cathedralem Ecclesiam Salutiarum vacan, per translationem R. P. D. Mathiae Vicario ad Sedem Cathedralem Novariensem, favore R. P. Ioannis Oberti, ex Ordine Clericorum regularium pauperum Matris Dei scholarum piarum, Presbyteri dioeceseos Aquensis.

Metropolitanam Ecclesiam Guadalaxarensem in Republica Mexicana, vacat, per obitum bo. me. Hyacinthi Lopez, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iosephi a Iesu Ortiz, Episcopi Chihuahuensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Eleutheropolitan. sub Archiepiscopo Caesariensi, vacat, per translationem R. P. D. Boleslai Hieronymi Klopotowski ad unitas Sedes Cathedrales Luceoriensem ac Zytomiriensem, favore R. P D. Francisci Borgiae Krasl, Presbyteri archidioeceseos Pragensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Pharsalen. vacat, per obitum bo. me. Nicolai Contieri, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Alexandri Bavona, Presbyteri archidioeceseos Aquilanae.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Pompeiopolitan. vacat, per obitum bo. me. Petri Strobino ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Francisci d'Albore, Episcopi Monopolitani.

Ecclesiam de Manizales in Columbiana Republica, per Decretum Sacrae Congregationis Consistorialis incipiens *«Apostolicae Sedi»* diei 11 aprilis 1900 ad Cathedralis honorem evectam et a primaeva sua erectione iam vacantem favore R. D. Gregorii Nazianzeni Hoyos, Presbyteri dioeceseos Medellensis.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Heliopolitan. vacat, per obitum "bo. me. Augustini Accoramboni ultimi illius Archiepiscopi apud romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Guidonis,Corbelli, Archiepiscopi Episcopi dimissionarii Cortonensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Cybistren. sub Archiepiscopo Tyanaeo, vacan, per promotionem R. P. D. Ioannis Katschthaler ad Sedem Metropolitanam Salisburgen., favore R. D. Eduardi Herrmann, Presbyteri dioeceseos Varmiensis.

Cathedralem Ecclesiam de Tulancingo in Mexicana Republica, vacan, per dimissionem a R. P. D. Maximiano Reynoso et del Coral in manibus praefatae SANCTITATIS SUAE libere ac sponte peractam et ab Eadem admissam ; favore R. P. D. Iosephi Mora, Episcopi Tehuantepecensis.

Ecclesiam Pouso Alegre in Brasiliana Republica, per Decretum S. Congregationis Consistorialis incipiens « *Regio latissime patens* » diei 4 augusti 1900 ad Cathedralis honorem evectae et a primaeva sua erectione iam vacantem, favore R. P. D. Ioannis Baptistae Correa Nery, Episcopi Ecclesiae Spiritus Sancti.

Cathedralem Ecclesiam Tirasonen. vacan, per promotionem R. P. D. Ioannis Soldevila et Romero ad Metropolitanam Sedem Caesaraugustanam, favore R. D. Iosephi Mariae Salvador et Barrera, Presbyteri archidioeceseos Granatensis.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Gortynen. **certo modo vacantem, favore R. P. D. Donati Sbarretti, Episcopi S. Christophori de Habana.**

Titularem Ecclesiam Episcopalem **Hermopolitan. sub Archiepiscopo Antinoè'nsi, vacat, per translationem R. P. D. Boberti Brindle ad Cathedralem Ecclesiam Nottinghamensen, favore R. D. Ioannis Benlloch et Vivo, Presbiteri Valentini.**

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

——«fSfr——

IANUEN.

TRANSLATIONIS COLLEGIATAE

Die 20 Iulii 1901.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Ioannes Thomas Invrea ultimo quo decessit suae voluntatis elogio anno 1650 bona reliquit quibus Ianuae Ecclesia extruetur sub titulo « S. Maria del Rimedio » cui inservirent presbyteri, ea potissimum adiecta conditione ut hi quotidie in ea missam celebrarent pro testatoris anima eiusque familia ; servato iure patronatus favore heredum fundatoris.

Extructam Ecclesiam Litterae Pontificiae diei 15 Iulii 1796 in Collegiatam Insignem erexerunt, ei addictis, praeside Abbate, duodecim Canonicis, quatuor Mansionariis et octo capellanis, qui in ea deberent divinum officium recitare, iunctionibus et processionibus interesse « nec non missam in dicta ecclesia pro ipsius fundatoris anima iuxta illius mentem, quotidie applicandam, etiam quotidie celebrare ». Sed hodie, deficientibus reditibus praeter Abbatem, numerantur octo canonici et novem alii presbyteri, mansionarii nempe et capellani.

Sub die 8 Aprilis 1797 a legitima auctoritate missarum onus diminutum fuit; quamobrem Abbas et canonici ad unam, reliqui presbyteri ad duas missas tantum pro singula hebdomada obligati sunt. - Deinde a. 1855 eiusmodi reductio-

nis venia concessa est etiam presbyteris, qui unam dumtaxat missam pro unaquaque hebdomada posthac celebrarunt et applicarunt ad mentem fundatoris nec non eodem anno, omnibus impertita fuit bimestralis vacatio ab onere celebrationis in ecclesia S. Mariae, ita tamen ut semper manerent in servitio tres quartae partes canonicorum et presbyterorum, servato in reliquis rescripto diei 8 Aprilis 1797, idest: *firmo manente onere celebrandi, per decem menses, missam in supradicta collegiata ecclesia.*

Ad haec, adverti debet onus praeterea inesse Collegio missae *conventualis,* nec non missae pro populo diebus festis, siquidem Collegiata ecclesia iurisdictione pollet parochiali in singulos presbyteros ecclesiae addictos nec non in clericos et alios homines ecclesiae servitio destinatos.

Anno 1898 civilis potestas, pro ampliandis viis Urbis Ianuen., ecclesiae S. Mariae - *del Rimedio* - iussit demolitionem. - Verum Patroni, qui a fisco bona praebendalia Collegiatae vindicarunt, vulgo *affrancarono,* novam extruere ecclesiam spoponderunt et Archiepiscopus Ianuen, referebat uteris diei 7 Decemb. 1900 « *i patroni quattro mesi fa appena cominciarono i fondamenti* ». Donec vero ecclesia penitus aedifìcaretur, Archiepiscopus statuit, transferri ecclesiam collegiatam a S. Mariae *del Rimedio* - in ecclesiam parochialem dicatam SS. Andreae Ap. et Ambrosio, edicens expresse « che le funzioni tutte della collegiata con le rispettive officiature ed oneri dovranno in questo tempo di permanenza provvisoria celebrarsi ed adempiersi in detta chiesa ».

Sed canonici, saltem ex his nonnulli, arbitrantur, se non teneri in dieta ecclesia parochiali eisdem satisfacere oneribus, quibus satisfacieban^ in propria ecclesia. - Verum Abbas collegiatae, Iacobus Poggi, idemque parochus ad SS. Andreae Ap. et Ambrosii, enixius contendit, canonicos et presbyteros Collegiatae eadem onera habere atque adimplere in ecclesia parochiali debere ac adimplebant in propria ecclesia.

Re sane vera canonici renuunt celebrare quotidie missas in ecclesia SS. And. et Amb. rati se teneri tantum ad celebrandas missas in ecclesia « S. Maria del Rimedio », quae amplius non extat. - Episcopus interpellatus ab Abbate Collegiatae, eodemque parocho ecclesiae SS. And. et Amb., noluit dirimere controversiam remittens omnes ad S. C. C.

Abbas Iacobus Poggi, relata historia Collegiatae, prosequitur :

« Essendo demolita la Chiesa del Rimedio, la Collegiata fu trasferita nella chiesa di S. Ambrogio con decreto di Mons. Arcivescovo in data 30 Aprile 1898 del tenore seguente :

« Art. 1. La provvisoria ufficiatura del Capitolo di N. S. del Rimedio è trasferita temporaneamente nella chiesa parrocchiale di S. Ambrogio in questa città.

« Art. 2. Le funzioni tutte della Collegiata con le rispettive ufficiature ed oneri dovranno in questo tempo celebrarsi ed adempiersi in detta chiesa.

« Essendovi alcuni Canonici che non adempiono all'obbligo della celebrazione della messa in S. Ambrogio , specialmente nei giorni festivi, benché esortati da Mons. Arcivescovo, dicendo pubblicamente non esservi obbligati ed essere dispensati dai signori Patroni, il sottoscritto Abbate, come capo della Collegiata fa istanza presso ***Y*** Emza V. Rma perchè con ***Y*** autorità di cotesta veneranda Congregazione, voglia dichiarare l'obbligo della quotidiana celebrazione della messa doversi adempiere nella chiesa di Santo Ambrogio, ove si fanno tutte le funzioni della Collegiata, come si adempiva nella demolita chiesa del Rimedio; e non potere gli attuali patroni dispensare da un obbligo portato dal testamento, dalla bolla papale, e dai rescritti sopra indicati ».

Quibus omnibus Canonici opponunt :

« 1. L' obbligo della celebrazione quotidiana fu imposto dalla bolla di fondazione per la chiesa di N. S. del Rimedio, allo scopo che questa fosse convenientemente officiata;

ora demolita la chiesa di N. S. del Rimedio, non si vede perchè tale obbligo debba dirsi trasferito in un' altra chiesa, estranea alla Collegiata ».

« 2. La chiesa di S. Ambrogio è parrochiale e provvista sufficientemente di mezzi e di redditi. Perciò il provvedere al servizio spirituale della medesima non appartiene alla Collegiata che vi si trova provvisoriamente *ospite,* ma al parroco ed ai suoi amministratori ».

« 3. Se nelle presenti circostanze anormali dei due enti, Parrocchia e Collegiata, si volesse imporre ***Y*** obbligo della celebrazione quotidiana nella chiesa parrocchiale ai canonici, questi diverrebbero altrettanti cappellani della parrocchia, la quale licenziati i suoi preti stipendiati, si avvantagerebbe di tutti gli utili, addossando ai canonici che non percepiscono mai alcun emolumento dalla parrocchia, tutti gli oneri ».

« 4. Mons. Arcivescovo interpellato in proposito non volle definire tale questione ».

« 5. I signori Patroni che operarono lo svincolo della Collegiata presso il Governo, interrogati in proposito risposero che essi non credono a ciò tenuti i RR. Canonici ».

« 6. I suddetti canonici fanno poi osservare alla Emza V. che dagli atti compiuti dagli interessati della parrocchia, si vorrebbero assoggettare i medesimi canonici a celebrare a giorno ed ora fissa, servitù questa ben più grave di quella che secondo la bolla di fondazione e la secolare consuetudine li legava quando eran nella propria chiesa ».

« 7. Finalmente che un reale vantaggio della presenza della Collegiata in S. Ambrogio sia derivato alla parrocchia, lo prova il fatto che fu dispensato dal servizio qualche cappellano che vi celebrava col relativo stipendio; e se un qualche vantaggio derivasse ai canonici dal non celebrarvi continuamente, questo non sarebbe mai adeguato a quello che loro proveniva dagli incerti che percepivano nella loro chiesa, e dei quali sono affatto privi nella provvisoria lor sede ».

Animadversioni Canonicorum qui affirmant se nullum ex parochia percipere emolumentum, Abbas respondet: « Se per la demolizione della chiesa possa essere avvenuta qualche diminuzione, lo stato finanziario dei capitolari fu migliorato per altri avventizi di maggior rilievo; cioè « 1. per una distribuzione di L. 180 che la chiesa di S. Ambrogio lascia ai Capitolari, per V assistenza alle messe cantate con musica ».

« 2. Per L. 400 circa che il Capitolo spendeva per predicazioni che ora invece vengono divise fra Capitolari senza alcun onere sostenendo la chiesa di S. Ambrogio co testa spesa ».

Episcopus autem remittens utriusque partis animadversiones S. C. Cong. die 7 Dec. 1900 ita prosequitur: « L'esponente domandò in proposito il parere dei Patroni; quindi considerate tutte le circostanze, fece annunziare alla Collegiata che egli non giudicava di decidere sull' obbligo posto in questione, ma insieme considerando non essere equo, che la chiesa dei SS. Andrea e Ambrogio abbia solo pesi e non vantaggi dalla presenza della Collegiata, esortava i Canonici a volersi trovar d'accordo e disporre le cose in modo, che la metà di essi celebri sempre, specialmente nei giorni festivi, nella chiesa predetta. Ma poco dopo il pretato Abbate riferì e lagnossi all' Esponente che l'indecisione e l'esortazione sua aveva avuto per effetto di mettere in tutti i canonici ed anche nei cappellani la persuasione di non essere tenuti alla quotidiana celebrazione nella chiesa dei SS. Andrea ed Ambrogio, sicché ora le loro assenze sono assai più frequenti che per l'innanzi.

« Così stando le cose, 1' Arcivescovo crede consiglio prudente di astenersi dal dare provvedimenti e comandi sul caso, e invece implorare dalla S. C. del Concilio una decisione in proposito, come mezzo solo efficace ad estinguere lunghe e dolorose controversie ; facendo cioè definire, se nel caso esposto, i Canonici, Mansionari e Cappellani prefati abbiano obbligo di celebrare ognuno per dieci mesi dell'ari-

no nella chiesa dei SS. And. e Amb. fino a che la loro Collegiata non abbia Chiesa propria, oppure a dare in proposito quelle disposizioni ed ordini che la S. Cong. crederà più convenienti ».

Disceptatio Synoptica

ANIMADVERSIONES EX OFFICIO. Modo in solutionem huius quaestionis prae oculis habenda est praescriptio Conc. Trid. in *Sess. 2L cap. 7,* ita expressa « Quum illud quoque valde curandum sit ne ea quae sacris ministeriis dicata sunt temporum iniuria obsolescant et ex hominum memoria excidant, *Episcopi etiam tamquam Apostolicae Sedis delegati* transferre possint beneficia simplicia etiam iuris patronatus ex Ecclesiis quae vetustate vel alias collapsae sint, et ob eorum inopiam nequeant instaurari vocatis iis quorum interest, in matrices aut alias Ecclesias locorum eorumdem seu viciniorum arbitrio suo; atque in eisdem Ecclesiis erigant altaria vel cappellas sub eisdem invocationibus ; *vel in iam erecta altaria vel cappellas transferant cum omnibus* emolumentis vel oneribus prioribus Ecclesiis impositis. - Parochiales vero Ecclesias etiam si iuris patronatus sint, ita collapsas refici et instaurari procurent ex fructibus et proventibus quibuscumque ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus_____Quod si nimia egestate omnes laborent, ad *matrices seu viciniores ecclesias transferantur* cum facultate tam dictas parochiales quam alias ecclesias dirutas in profanos usus non sordidos, erecta tamen ibi cruce, convertendi ».

Sed canonici contradictores obiiciunt, eiusmodi translationem quam iussit Archiepiscopus non eam esse de qua cavet Concilium Trid., nempe de translatione *absoluta,* sed modo rem esse de translatione *temporanea,* adeo ut Ecclesia in quam transferuntur beneficia non est *propria* Ecclesia, sed *aliena.* Quamobrem Canonici arbitrantur, se non teneri ad onera adimplenda in Ecclesia non *propria.*

Sed contra est, S. C. Congregationem usque recognovisse hanc potestatem Episcoporum esse extraordinariam, utpote *delegatam ab Apostolica Sede,* et hinc ipsos procedere ad necessariam commutationem ultimae voluntatis fundatorum nomine et auctoritate Sanctae Sedis. Proinde, facta translatione, ecclesia *propria* evadit ea in quam facta est translatio; quamobrem S. C. C. censuit Episcopum non teneri ad reportanda beneficia translata ad *novas* Ecclesias, denuo extructas quando idem Episcopus iudicet, divino cultui satius satisfactum iri in Ecclesia ubi reperiuntur translata. Sane in Aesina *Translat. Eccles, parochialis 4 Decemb. 1709* proposito dubio « An Episcopus teneatur removere parochiam ab Ecclesia S. Sebastiani Patronali communitatis et illam reportare ad antiquam ecclesiam S. Iacobi » S. C. C. respondit « Negative ».

Translatio vero fit cum *omnibus emolumentis et oneribus.* - Quare in Cremonen. *Translat.* S. C. C. censuit ad III. « *Eosdem beneficíalos cogi posse ab Episcopo ad celebrandum seu celebrare faciendum in die festivitatis illius Sancti, sub cuius invocatione beneficium est erectum nisi aliud constet in erectione seu fundatione* ». Item in Ariminen. *Demolitionis et translationis die 10 Februa. 1788 § Valde;* et Balneoregien. *Translationis die 20 Iulii 1805 § Translationes.*

Hisce animadversis, quaesitum fuit quod responsum dandum esset precibus in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re disceptata sub die 20 Iulii|1901, censuit respondere : *Per translationem Collegiatae, etiam onera translata fuisse,, atque in Ecclesia SS. Andreae\ip. et Ambrosii a Canonicis esse adimplenda.*

MASSILIEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Die 7 Septembris 190i.

Sess. 24, cap. 5, De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Vertente anno 1899 die 11 Aprilis, Francus, triginta tres annos natus, et Theodora in aetate annorum trium supra viginti tum constituta, rite copulabantur in Ecclesia S. Vincentii a Paulo.

Eodem die quo nuptiae initae fuerant, sponsi, pro recepto more, voluptuarium iter aggressi sunt et Lutetiam Parisiorum petierunt. Mox plures Galliae civitates simul peragerunt, donec duobus post circiter mensibus in patriam reversi sunt. Tum vir cum sponsae parentibus conquestus est de non secuta matrimonii consummatione ob invincibilem reluctantiam suae uxoris, quae marito coniugalia iura praestolari abscisse semper recusavit. Siquidem narratur, quod Theodora secreto animo quemdam virum coniugatum deperibat, cui promisit non alii se tradere quam illi soli. Quinimo , si vera narrantur, eousque processit huius flagitiosi hominis impudentia ut, sponsis ab itinere Massiliam reversis, statim misit ad neonuptam in mutuae fidei signum adamanteum annulum, qui libenter acceptus manum Theodorae exornavit.

Hac de re omnino impossibilis facta est coniugalis vita; quocirca Theodora, ipsa die qua persolutum fuit nuptiale iter, marito valedixit, et non amplius reditura, ad propria rediit. - Huiusmodi status pertaesus infelix vir, ut suae libertati prospiceret, ad Sacratissimum Principem misit libellum postulans solutionem matrimonii, quod ob repugnantiam uxoris consummatum non fuit. Has preces commendans Curia Massiliensis, haec simul advertebat : « I°. Le mariage de M. Franc et de Mlle Theodora a été purement un mariage de proposition, décidé par leurs familles, et nullement un mariage de sympathie et d'inclination réciproques ;

» 2°. Outre l'extrême et excessive réserve, avant le mariage, de la jeune fille à l'égard de son fiancé, il a été notoirement constaté par les personnes présentes que la jeune épouse n'a eu que de la froideur et même un dédain offensant pour son époux, tout le temps de la réunion de famille et de la réception qui ont suivi la cérémonie, le jour de la célébration de l'union.

» De plus, il est venu à la connaissance de la Curie episcopale, par une source tout à fait digne de foi et complètement désintéressée, que la résistance opiniâtre et inflexible de la dame Theodora a pour cause une, coupable liaison, antérieure au mariage, et que la dite dame aurait pris l'engagement de ne se donner à personne, autre qu'à son amant, ce que des témoins graves sont en état d'attester dès à présent, de vive voix et par écrit ».

Iuxta morem, preces ablegatae fuerunt Curiae Massilien., quae, constituto tribunali, coniugum iuratam depositionem excepit, et ad examen septimae manus testes, nec non aliquos ex officio vocavit. Mulierem ad physicum sui corporis experimentum arcessivit, quod revera ob eiusdem denegationem peractum non est.

His omnibus absolutis, Iudex Massiliensis acta transmittens, haec simul significanda duxit: « Les témoins, interrogés avec grand soin, sont tous dignes de foi et paraissent avoir apporté dans leurs dépositions la plus entière sincérité ».

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO VIRI. Qui actoris iura tuenda suscepit suam orationem exorditur, monens ex triplici capite probari matrimonii non consummationem, nempe ex iurata partium depositione, ex testimonio, quod vocant septimae manus, et ex mulieris inspectione. Cum autem mulier coram iudice declaraverit : « Je n'accepte pas de subir l'inspection medicale », impossibilem evasisse dixit in casu physicam probationem. Iamvero hoc physicum argumentum non taxative seu copu-

lati ve, sed adminiculative requiri docet Ursaya *(Discept. Eccl., t. 3, d. 21, n. 39)* dicens: « In Cap. *Laudabilem,* de Frig. et malef. ad probandam virginitatem.., non praescribitur copulative septima propinquorum manus et recognitio facienda per Obstetrices, sed aperte statuitur sufficere solam confessionem Coniugum, cum septima manu propinquorum ». Cui consonant Coscius *de Separ. tori, lib. 3, cap. 2., n. 126;* Clericatus *de Sacram. Matrimonii, decis. 13, n. 39 ;* card. De Luca *de Sacr. Matrimonii, disc. 7, n. 7,* aliique permulti.

Hanc vero Canonistarum doctrinam fundamentum habere dicit defensor in ipso Cap. *Laudabilem,* in quo Coelestinus III tradit : « Si autem quod nunquam se invicem cognoverint ambo fateantur cum septima manu propinquorum vel vicinorum bonae famae, si propinqui defuerint, factis sacrosanctis evangeliis uterque iureiurando dicat quod nunquam per carnis copulam una caro effecti fuissent, et tunc videtur quod mulier valeat ad secundas nuptias convolare ».

Et iure merito, iuxta patronum, exploratio virginitatis adoptata fuit, uti probationis adminiculum, non uti probatio taxativa, secus viduis, et corruptis ab alio, uti valde praesumitur in casu, quam a marito, denegaretur hoc remedium utpote quae per aspectum corporis probare non possent matrimonium non fuisse consummatum, ceu recte advertit Sánchez *(de Matrim, lib. 7, disp. 108, n. 6).*

Quocirca aliquas affert decisiones v S. C. C, in quibus unicum vel fere unicum argumentum pro inconsummatione fuit religiosi coniugis iuramentum, quod moralem certitudinem non excedit. Ita in Frisingen. an. 1817; Gandaven. an. 1820; in Parisien, diei 26 Iunii 1858; in Augustodunen. diei 15 Iulii 1893; in Tergestina, 21 April; 1877; in Praesmilien. diei 13 Iunii 1896; aliisque permultis, in quibus tanta vis tribuitur ab hac S. Congr. iuratae depositioni unius tantum ex coniugibus ut, aliis probationibus sepositis, dispensationem largiendam esse reposuerit.

His praehabitis, ad meritum quaestionis descendens de-

fensor, in primis matrimonii non consummationem probat ex iurata coniugum depositione.

Vir enim a iudice percontatus : « A la question neuvième de votre précédent interrogatoire, vous avez répondu et affirmé que durant le voyage de noces, c'est-à-dire pendant deux mois et demi, il vous a été impossible de consommer votre mariage avec Mme Theodora ; tout au plus, dites-vous, il y a eu des tentatives non suivies de résultat. Persistez-vous dans votre précédente déclaration ? » - Respondet : «Je persiste dans cette déclaration. D'abord, la nuit passée chez M. Theodora (la 2ème après le mariage), j'ai pu obtenir, il est vrai, de n'être pas absolument repoussé dès ma première demande ; mais il m'a été néanmoins impossible de produire le rapprochement des organes de facon à ce que l'union sexuelle ait eu lieu. Ensuite au Havre, chez mon frère, quelque chose de semblable s'est également produit, mais sans résultat encore au point de vue de l'union physique des organes, ma femme opposant la force d'inertie à mes instances, et gardant une position telle qu'il m'était impossible de l'atteindre pour la consommation. Elle a toujours eu pendant notre cohabitation une résistance passive, insurmontable et invincible. Elle refusait en fait, non en paroles seulement ».

Quaesitus de causa ait : « Aujourd'hui, je crois en savoir la vraie cause. Un ami de la famille de Theodora habitant Limoges, M. Jean marié et père de deux enfants, n'avait pas craint d'inspirer une folle passion à ma fiancée, dans une ville d'eaux , où environ deux ans avant le mariage, il l'avait rencontrée. Y avait-il eu de coupables relations entre eux ? C'est possible et probable. Mais, en tout cas. ils entretenaient une inconvenante correspondance avant comme après mes fiançailles.... Celui qui m'a le plus éclairé sur ce point, c'est le R. Père Albéric, capucin. Ce père m'a précisé les faits plus démonstratifs de l'inconduite de ma femme dès avant notre mariage, me citant M. et Mme Bardy, actuellement fixés à Aix, 66, Cours Sextins, les-

quels sont depuis longtemps en relations avec la famille N. (Mme Bardy ayant été couturière chez M. N.), et m'ajoutant que ces personnes savent et lui ont dit que Mlle N. avait conçu une passion folle pour M. Jean, et qu'elle était en correspondance, suivie avec lui bien avant qué nous fussions fiancés, et qu'au cours même des fiançailles , elle a dit a Madame Bardy qu'elle n'appartiendrait jamais à celui qu'elle devait épouser____».

Testimonio iurato viri, saltem quoad substantiam, concordat depositio mulieris, quae a iudice sciscitata : « Est-il vrai qu'à Marseille, après la célébration du mariage et durant tout le voyage de noces, vous n'avez jamais eu aucune relation conjugale avec M. Franc ? » Recise respondit : « Non, aucune » - Rursus quaesita : « Pour quelles raisons -avez-vous constamment repoussé les demandes de M. Franc? » - « Parce que M. Franc m'a maltraité dès ïe premier soir, et toujours dans la suite ».

Quod si coniuges in assignanda causa non secutae consummationis haud concordes fuerint, hoc sibi prodesse dicit defensor, cum coniugum discrepantia in accidentalibus clare demonstret nullam intercessisse inter ipsos collusionem ; ideoque utriusque coniugis confessio de matrimonii inconsummatione maiori adhuc in pretio habenda est, ut ait ad rem nostram Card. Cosci, *De separ. tor. coniug., lib. 3, cap. 2, n. 134:* « Praesertim si longe a quacunque fraude et collusione... eamdem negent (coniuges) consummationem ».

Testimonium coniugum comprobat patronus iurata depo^ sitione utriusque septimae manus testium, qui nedum iuramentum credulitatis emiserunt, sed et quod magis est testantur se, tempore haud suspecto, didicisse matrimonium non fuisse consummatum. - Sane mulieris pater, excipiens in domo sua coniuges e nuptiali itinere redeuntes, statim audivit generum querentem de iugali iure sibi ab uxore constanter denegato : « M. Franc s'est plaint à moi des refus constants de ma fille à lui accorder l'accomplissement de ses devoirs conjugaux. Je l'attribue aux mauvais procédés,

aux paroles vives et autoritaires de Monsieur Franc dès le premier soir du mariage. De plus, quand M. et Mme père et mère de M. Franc, nous faisaient part, à ma fille et à moi, de ce refus, Mme Theodora n'a pas protesté, ce qui me fait comprendre que réellement la consommation du mariage n'a jamais eu lieu entre ma fille et son mari ».

Mater Actoris deponit: « A la rentrée du voyage des époux, après les avoir reçus à la gare et avoir constaté l'humeur massacrante de la jeune femme et la tristesse extrême de mon fils, je les ai accompagnés en voiture chez le père de la mariée, où je les ai laissés, en leur rappelant d'être exacts au dîner qui devait avoir lieu à midi, chez moi. Avant l'heure du repas, je vis arriver seul mon fils, qui, en proie à la plus vive douleur, me fit part de tout ce qui s'était passé en voyage ; non seulement elle ne lui avait jamais accordé d'accomplir ses devoirs conjugaux, mais elle lui avait refusé tout témoignage d'amitié, le repoussant et le griffant quand il voulait essayer lui-même de lui témoigner quelque affection... Je l'attribue à son affection illégitime pour M. ».

Concinit Andreas actoris pater, qui, absoluto nuptiali itinere, matrimonii non consummationem ab ipso filio didicisse affirmat : « Environ deux mois. Mon fils m'a dit, dès le lendemain après la célébration, quand sa mère et moi nous l'avons revu, qu'il n'avait jamais pu consommer le mariage. Soit chez Mr. le père de Theodora la première nuit des noces, où mon fils, vu l'état de violence où était sa femme, fut obligé de s'étendre sur un fauteil, sans avoir pu se mettre dans le lit préparé pour les époux, soit chez Mr. André, père de Theodora, où les époux passèrent la seconde nuit, la consommation n'a pas eu lieu ». Eadem refert actoris frater.

Insuper depositionem affert R. P. Alberic D'Oraissy, Ordinis Min. Capuccin., qui deponit, post coniugum separationem Francum sibi enarrasse, nunquam valuisse uxorem inducere ad matrimonium consummandum , idque libenter

credidit ex iis quae a personis de re bene doctis et fide dignis, iam noverat. En eius verba : « Mr. Franc m'a dit très énergiquement qu'il n'avait jamais pu, malgré toutes ses instances , consommer le mariage. Ces affirmations sont d'autant plus dignes de foi, que Mme Bardy, actuellement fixée à Aix, et confidente de Mme Theodora, bien avant la célébration du mariage, tout dernièrement encore, m'a rapporté ces paroles de celle-ci: " Si mon mari avait été plus gentil , peut-être lui aurais-je accordé quelque faveur ,,. Puis se reprenant : " Non, jamais, jamais ,,. Ce qui voulait dire : quand même il aurait été gentil , je n'aurais jamais consenti à me livrer à lui. D'ailleurs, avant le mariage, elle avait promis à Mr. N. de ne se donner à personne autre et de se réserver pour lui seul. Ce renseignement m'a été donné par Mme Bardy, que j'ai déjà nommée ».

Eadem referunt Rev. D. Emeric Aumônier, qui nuptiis solemniter benedixit, Melania Eyrand et plures alii, quos inter Theresia Chaine, de re optime instructa propter intimam familiaritatem cum Theodora. Testis fatetur : « Pendant mon séjour à Marseille, après le voyage de noces, sur mes instances et mes questions réitérées, Mme Theodora a fini par m'a vouer qu'elle avait constamment refusé à son mari le devoir conjugal ».

Nec aliter fatentur testes ex parte mulieris, licet per aliam rationem asserant recusati iugalis debiti factum advenisse ob viri rusticitatem. Ita Andreas Theodorae frater suam depositionem sic concludit : « Je crois devoir ajouter que bien que Monsieur Franc, après la nuit passée chez moi, en me disant qu'il était content, m'ait donné lieu de croire que le mariage avait été consommé cette nuit-là, cependant : 1. par la demande qu'il m'a réitérée à ce même moment de l'accompagner à Nice ; 2. par l'ensemble de ses plaintes, téléphonées de Lyon et exprimées plus en détail à leur retour, je suis porté à croire que le mariage n'a pas été consommé, étant donnés, d'un côté, le caractère entier

de ma sœur, et, de l'autre, le caractère faible et le manque de tact et d'habileté de son mari ».

Iosepha, sponsae soror, testatur se die reditus ab itinere sponsorum, qui fuit etiam dies separationis, incitasse sororem ad implendum coniugale debitum, ut evitaret separationis scandalum, hanc autem ei respondisse « *il a été trop brutal*». Ergo, pergit orator, hucusque coniugalis actus numquam impletus fuerat, secus otiosa fuisset illa exhortatio.

Non diffitetur advocatus testem in conclusione fidem minuere Theodorae, matrimonii non consummationem affirmanti. Sed, reponit defensor, recolens iuridicum adagium: unus testis nullus testis. Insuper ita vero locuta est testis Maria Allègre, quia cum esset Theodorae affinis, studuit attenuare eiusdem reitatem minuendo fidem coniugi affirmanti matrimonii non consummationem.

Item ad obviandam aliam difficultatem quae a lectissimo Vinculi Defensore desumi possit ex ambiguitate verborum quae eadem testis Allègre praetendit audivisse a Theodora, videlicet : « Mais, a-t-elle ajouté, vous pensez bien que nous ne sommes pas restés trois mois ensemble, habitant la même chambre et n'ayant qu'un seul lit, sans qu'il se soit passé quelque chose entre nous » , respondet defensor, in primis incertum esse an Theodora huiusmodi locutionis sit auctor, siquidem a iudice percontata respondit : « Je ne me rappelle pas avoir tenu ce propos ». In hypotesi vero quod ea verba protulerit, sic eorum sensum explanat : « Si j'ai tenu ce propos, dans ma pensée, il n'a pas pu signifier que le mariage a été consommé. Peut-être ai-je répondu ainsi pour me débarasser de quelque question indiscrète et pénible pour moi ; mais, à coup sûr, je n'ai pas voulu dire que le mariage a été consommé; car malgré les instances de Monsieur Franc, je me suis toujours refusée à la consommation, et j'y suis parvenue jusqu'à la fin ».

Omne dubium vero evanescere dicit, si verba mulieris referantur ad aliquos conatus copulae, de quibus ipse actor

loquitur in sua depositione. Siquidem vir hac super re a iudice interrogatus, respondit : « J'explique ce propos par les demandes réitérées que j'ai faites au sujet de la consommation, et par les essais de rapprochement que j'ai tentés, mais toujours vainement, comme je viens plus en détail de le dire ; c'est-là, en effet, faire " quelque chose ,, en vue de la consommation, mais non *consommer.* Ma femme, par sa position physique, ne m'a point permis de l'atteindre pour produire l'union des organes ».

Et his omnibus igitur, contendit patronus, credendum est omnino iurato testimonio coniugum, septimae manus suffragio suffulto. Hinc sibi locum vindicare tuetur dispositionem Coelestini III in Cap. *Laudabilem, de Frig. et malefic.* Cui decreto et praxim S. Congregationis suffragari memorat in omnibus casibus, in quibus deficit physica corporum exploratio, ut ex. gr. in Burdigalen. *26 Febr. 1825;* Ianuen. *23 April. 1844;* Parisien. *26 Iunii 1858;* Lycien. *30 Iunii 1877* etc.

De causis dispensationis disserens patronus, praenotat sufficere etiam levissimam causam, quando unus coniugum dispensationem petit et alter non opponitur. Ita Coscius *de Sep. thori lib. 1, cap. 16, n. 297.*

At in casu non deesse graves rationes ad dispensandum probat orator, et primam ponit in dubio utrum pars rea requisitum ad matrimonii validitatem consensum revera praestiterit ; eo quia insano amore capta ante nuptias erga uxoratum hominem, huic soli se tradere promiserat, excludens ius in suo corpore coniugi futuro, quemadmodum ante matrimonium fidenter ipsamet manifestavit suae intimae familiari Theresiae Chaîne. Quod consonat cum iis quae audivit Rev. Sac. Emeric, aumônier des Dames de St. Joseph de Cluny.

Iamvero, pergit defensor, receptissima sententia est invalide contrahere illam partem, quae matrimonium ineundo gerit animum non se obligandi ad debitum reddendum, seu non transferendi ius sui corporis in coniugem. Testis Card.

D'Annibale in *Summul. Theol, pars II,* § *430, n. 40;* et *pars III,* § *313¿ n. 3,* ubi ad rem citat etiam D. Thomam, Sánchez, Bened. XIV, necnon decisionem S. C. C. diei 8 Iulii 1724.

Alteram gravissimam dispensationis causam deducit orator ex mulieris adulterio, imo scitum in iure est vel ipsam adulterii suspicionem dispensandi causam praebere posse, ceu docet Coscius *de Sep. thori coniug. lib. 1, cap. 16 > n. 269,* et huiusmodi suspicionem prae oculis habuisse visus est Sacer Ordo in Albiganen. Matrim. 16 Septembr. 1801. Hanc causam in rem nostram concurrere ex processus tabulis liquido constat. Etenim Francus, durante nuptiali itinere, Lemovici permagnam habuit suspicionem adulterii inter uxorem et N. qui perdite diligebatur.

Tandem, concludit, tum coniuges tum sacramentales testes uno veluti ore asseverarunt, nullam prorsus affulgere reconciliationis et concordiae spem. Francus enim pertaesus inhonestos mulieris mores ac non emendatum vitae tenorem, aegroque animo ferens magis in dies negligi ac despici, absolute recusavit infelicem cum muliere dolosa adultera et sibi invisa vitam resumere. En declaratio viri : « Je pris le parti de la laisser chez ses parents à dater de ce jour 17 Juin 1899 ».

Non dissimilis est declaratio mulieris, quae a iudice percontata : « Y a-t-il quelque espoir de réconciliation ? » respondit : « Absolument aucune ».

ANIMADVERSIONES SACRI VINCULI DEFENSORIS. Altera ex parte vinculi defensor contra coniuges matrimonii non consummationem affirmantes, gravissimum opponit testimonium Mariae Olivae , quae, ascito iuramento , ad quaestionem : « Savez-vous de Mme Theodora si son mariage avec M. Franc n'a pas été consommé ? » nitide reponit : « Madame Theodora m'a dit qu'elle avait refusé à son mari le devoir coniugai la première nuit, et après la scène de Limoges. Mais, a-t-elle ajouté, vous pensez bien que nous ne sommes pas restés trois mois ensemble, habitant la même chambre

et n'ayant qu'un seul lit, sans qu'il se 'soit passé quelque chose entre nous ». - Urgenti autem iudici: « Quel sens avez-vous donné à ces dernières paroles de Mme Theodora : Il s'est passé quelque chose entre nous ». « S'agit-il de la. consommation, ou de simples tentatives? ». Maria respondet : « J'ai cru qu'elle me parlait de la consommation réelle du mariage ; mais si elle a voulu parler simplement de tentatives, je l'ignore, elle ne s'en est pas expliquée ».

Quaestionem vero : « Peut-on avoir pleine confiance en la véracité de Madame Theodora sur ce point? » Maria dimittit : « Après avoir cessé toute relation avec Mme Theodora depuis son mariage, j'ai cru bon d'avoir avec elle un entretien, hier, puisque j'étais appelée aujourd'hui à comparaître devant le Tribunal. Je tenais à savoir réellement quelles relations elle avait eues avec son mari. Après avoir dit ce que je viens de rapporter, elle a ajouté: " J'ai pourtant juré de n'avoir pas consommé le mariage, et vous ne risquez rien de le faire aussi. J'étais jusque-là convaincue de sa franchise, mais ces paroles ont grandement diminué ma foi en sa sincérité ».

De hac re, a iudice percontatus actor, respondet : « J'explique ce propos par les demandes réitérées que j'ai faites au sujet de la consommation , et par les essais de rapprochement que j'ai tentés, mais toujours vainement, comme je viens plus en détail de le dire ; c'est-là, en effet, faire " quelque chose ,, en vue de la consommation, mais non consommer. Ma femme, par sa position physique, ne m'a point permis de l'atteindre pour produire l'union des organes ».

Sed reponit vinculi defensor, verba Theodorae in alienum sensum ab actore detorqueri. Praeterquam enim quod Theodora, non ea puella ingenua est, quae nesciat nullum pondus in coniugali palaestra ascribi simplicibus « essais de rapprochement », sua agendi ratione manifeste ipsa ostendit illorum verborum sensum haud esse simplices copulae conatus : quippe quae matrimonii nolens coram iudice profi-

teri consummationem, percontata : « Vous rappelez-vous avoir dit à quelqu'un, qui nous l'a rapporté sous la foi du serment, qu'il était impossible de cohabiter pendant plus de deux mois sans qu'il se soit produit quelque chose de ce genre ? » confugit potius ad haec : « Je ne me rappelle pas avoir tenu ce propos ».

Et iudici instanti : « Comment expliquez vous le langage tenu par vous ? Avez-vous voulu reconnaître par là qu'il y avait eu seulement des tentatives, ou bien que les* relations intimes ont été poussées jusqu'à la consommation ? » redacta, ait : « Si j'ai tenu ce propos, dans ma pensée, il n'a pas pu signifier que le mariage a été consommé. Peut-être ai-je répondu ainsi pour me débarrasser de quelque question indiscrète et pénible pour moi ; mais, à coup sûr, je n'ai pas voulu dire que le mariage a été consommé ; car malgré les istances de M. Franc je me suis toujour refusée à la consommation, et j'y suis parvenue jusqu'à la fin ».

Fabulam autem agit Theodora, dum ait : « Peut-être ai-je répondu ainsi pour me débarrasser de quelque question indiscrète et pénible pour moi ! » Siquidem, iuxta oratorem, in aprico est praedicta verba Theodoram protulisse, non iam ad instantiam sobrinae Mariae , sed ex abundantia cordis. Nam Maria testatur : « A-t-elle ajouté, vous pensez bien que nous ne sommes pas restés trois mois ensemble habitant la même chambre et n'ayant qu'un seul lit, sans qu'il se soit passé quelque chose entre nous ».

Quinimo ipse vir, tempore non suspecto, confessus est matrimonii consummationem. Etenim, refert defensor, quamvis altero a nuptiis die coniux uterque confessus sit matrimonium prima nocte inconsummatum mansisse, eaque de re vehementer actor quaestus sit, tertia tamen die, se referens ad alteram a nuptiis noctem suo ipse ore actor professus est « qu'il était très content ».

Ad rem Andreas Theodorae frater, sacramento dicit : « Le lendemain du mariage, m'étant présenté chez mon père, je l'ai trouvé en pleurs, ainsi que M, Franc et ma

sœur ; tous m'ont déclaré que le mariage n'avait pas été consommé. Le soir, mon père et les jeunes époux'sont venus dîner chez moi avec des amis, parmi lesquels étaient M. et Mme Nadaud, de Limoges. -Nous sommes sortis en ville. Après des distractions que j'ai à dessein multipliées, vers deux heures de la nuit nous sommes rentrés chez moi, où j'avais fait préparer pour les jeunes mariés une chambre. Après une nuit très tranquille, ils ne sont sortis de leur appartement que vers midi. J'ai vu alors mon beau-frère, et, insistant pour me faire comprendre, je lui ai demandé s'il était content... Il m'a répondu paraissant m'avoir compris, qu'il était très content ».

Non negat orator praefatum testem, studio potius suffragandi coniugibus, quam veritatis amore, in fine examinis adiecisse : « Je crois devoir ajouter que bien que M. Franc après la nuit passée chez moi, en me disant qu'il était content, m'ait donné lieu de croire que le mariage avait été consommé cette nuit-là cependant : I°. par la demande qu'il m'a réitérée à ce même moment de l'accompagner à Nice ; 2°. par l'ensemble de ses plaintes, téléphonées de Lion et exprimées plus en détail à leur retour, je suis porté à croire que le mariage n'a pas été consommé, étant donnés , d'un côxé, le caractère entier de ma sœur, et, de l'autre, le caractère faible et le manque de tact et d'habilité de son mari ».

At, reponit sacramenti vindex, recitata Andreae opinio tanti valet quanti rationes , queis illa innititur. Allatae autem rationes non matrimonii excludunt consummationem, sed referuntur ad Theodorae inconstantiam. Profecto actor, quamvis altera nocte uxorem sibi obsequentem habuerit, non oblitus tamen erat eam prima nocte sibi obstitisse. Comitem itaque Andream sibi optabat, quia timebat ne uxor, contenta se viro semel obsecundasse in idem subinde delictum revolveretur.

Sed, dato etiam et non concesso, ista coniuges minime confessos fuisse, nihilo tamen secius, iuxta oratorem, sponsi

pronis auribus, audiri minime possunt in iudicio, dum matrimonii asserunt inconsummationem, quia per eam commodum captare pertentant. Siquidem matrimonium dissolvi nedum vir, verum etiam uxor exoptat. Nam Theodora nitide testatur. « C'est moi-même qui ai provoqué la séparation ». Quocirca huc quadrant *l. 10 ff. de testibus* (ibi) : « Nullus idoneus testis in re sua intelligitur » ; et */. 10 cod. eod.* (ibi) : « Omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem iura submoverunt ».

Caput vero *Laudabilem ¿ de Frig. et malefic,* cui se refert adversus patronus, iuxta vinculi defensorem, ab hac controversia distat quantum ab infinito finitum. Equidem, ait, in praesenti vir non minus quam uxor suam coeundi potentiam affirmât atque sartum tectumque vult suum ad alias nuptias convolandi ius ; dum in *cit. cap. 5* vir propriam profitetur impotentiam aliasque nuptias sibi interdicit.

Quocirca cardinalis De Luca ea in sententia est ut, posita coniugum genio non ineptorum condormifione, probatio inconsummationis matrimonii, si mulier in aspectu corporis sui confidere nequeat, fere impossibilis reddatur : « Difficultas magna apud me erat (ita ille *De matrim, disc. 9, n. 15)* quod ageretur de vidua, quae cum viro iam dormierat, ideoque non agnoscebam quomodo convinci posset negativa consummationis matrimonii, licet enim id non sit omnino impossibilis iustificationis, attamen videtur nimium difficilis, adeo ut sit difficultas quae quodammodo fraternizet cum impossibilitate ».

Neque, prosequitur sacramenti tutor, meliori omine adversus orator innititur epistolae quam Pater Albericus Ordinis Cappuccinorum die 9 Octobris 1899 scribit ad Massiliae praesulem. Profecto Pater Albericus .ait : « Elle (Theodora) dit à sa confidente (Theresiae Baudy) qu'elle recevra son prétendant pour s'amuser de lui, mais sans intention aucune de contracter mariage. Quelques jours avant le mariage, elle écrit à ce Monsieur (N.) pour lui promettre que jamais

elle ne se donnera à son mari, et qu'elle n'appartiendra jamais qu'à lui seul ». Idem Pater Albericus praemiserat : « Dans le courant du mois d'octobre ou de novembre de l'année dernière (idest quinque vel sex ante celebrationem matrimonii mensibus), une dame, grande confidente de Mlle Theodora, accompagnée de son mari, est venue me trouver etc. ». Hinc qui testimonium Patris Alberici legit, facile credit, modo dictam notitiam ei suppeditatam fuisse quinque vel sex ante matrimonii celebrationem mensibus, idest tempore minime suspecto.

At nihil a veritate magis alienum esse , contendit defensor. Certe percontatus a iudice : « Au lieu de songer à interrompre les mauvaises relations qu'elles (personnes Mr et Mme Bardy) vous "ont fait connaître, ne valait il pas mieux s'adresser directement à Monsieur Franc et lui fournir les renseignements dont il se serait servi pour rompre aussitôt avec sa future? » Pater Albericus reponit: « Mr et Madame Bardy croyaient que le mariage ferait cesser ces relations avec Mr N. et que Mlle Theodora, consentant à se marier, serait bonne épouse. Quant à moi , je le croyais aussi, n'ayant appris qu'après le mariage , des faits qui m'auraient décidé a parler pour éclairer Monsieur Franc et sa famille. En particulier j'ignorais que la jeune femme avait promis à Mr N. de n'appartenir qu'à lui. De plus, je ne connaissais pas Mr Franc et des révélations de ce genre pouvaient être mal reçues et sembler inspirées par la jalousie ou tout autre motif intéressé ».

Ea itaque quae Patri Alberico tempore non suspecto manifestata sunt, iuxta oratorem, assertam matrimonii inconsummationem potius affirmant quam excludant. Ait enim Pater Alberici : « Mr et Mme Bardy croyaient que le mariage ferait cesser ces relations avec Mr N. et que Mlle Theodora, consentant à se marier serait bonne épouse ».

Imo valde suspicatur orator, totam illam revelationem Patri Alberico factam, esse machinam belli a Theodora astructam. Multa enim in actis prostant, ex quibus argui licet

Theresiam religioso viro fecisse famosam illam revelationem sciente, consentiente, mandante Theodora.

Deinde, Theodora in aetate 23 annorum constituta, ea erat quae quamcunque belli machinara facile strueret. Sane Sacerdos Henricus Emeric auctor est: « Seule (Theodora) à la maison, à l'âge de seize ans, n'étant point contrôlée par un père que les affaires absorbaient, faisant toutes les lectures qu'elle voulait, sortant avec des bonnes jeunes et d'un sérieux peut-être contestable, elle a manqué d'une direction suivie et ferme pour redresser un caractère naturellement trop entier ».

Paucis: iuxta oratorem, ea est Theodora, ut quidquid sibi utile putat, ultra citroque quibusvis soluta scrupulis audeat, aggrediatur, praestet. Ipsam corporis explorationem quamvis iuraverit: « Je n'accepte pas de subir l'inspection médicale » certo certius subiret, nisi physicae virginitatis argumenta amisisset.

Quinimo valde dubitat vinculi defensor, quod mulier in huiusmodi argumentis, nec quando nupsit, confidere fortasse poterat, quia, vel absque sua culpa, hisce forsan carebat: ideoque timebat ne futurus maritus, advertens vitium in matrimonii consummatione, uxorem dimitteret. Hisce in adiunctis nihil facilius quam simulare se nolle nubere, se sponsum aversari. Hac namque ratione, si dimissa subinde esset a viro, facili pacto venditare posset, se a viro eiectam ideo esse, quia eius in amplexus descendere noluisset.

Quibus adductis, propositum fuit diluendum

Dubium

An consulendam sit SSnio super dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. S. C. C, re disceptata sub die 7 Septembris 1901, censuit respondere: *Ex deductis non satis constare de matrimonii consummatione.*

LISBONEN.

CONSUETUDINIS IN RE LITURGICA

Die 17 Februarii 1900, et 14 Decembris 1901.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. In Patriarchali et Cathedrali Capitulo Ulyssipolitano seu Lisbonen. ob valde imminutum canonicorum et ministrorum numerum pluribus ab hinc annis uti fertur, nempe ab a. 1877 mos invaluit ut certis diebus Missa conventualis absque cantu celebraretur etsi una tantum celebranda esset. In hoc enim consistit novitas moris, quum antiquitus dumtaxat hoc « servabatur diebus quibus tres aut plures Missae conventuales canendae essent. Tunc enim duae tantum decantabantur solemniori ritu auctae, ceteris lectis iuxta praescriptum statuti S. Patriarchalis Ecclesiae Lisbonensis art. 112 », ita Emus Patriarcha in litteris diei 30 Oct. 1898.

Nihilominus specialis ritus comitari solet huiusmodi Missas conventuales absque cantu celebratas istumque ritum ita describit in citatis litteris Emus Patriarcha.

« Magistris caeremoniarum auxilium praebituri, quidam ex Cappellanorum numero deputari solebant, quorum munus, ut statuti S. Patriarchalis Ecclesiae artic. 210 tenet, erat (in turma ad quam spectabant) Missis lectis conventualibus ministrare : ipsique Missale et Calicem paratum in medio altari ante sacrificium collocabant. Auxiliaribus deficientibus, eorum oificium ad caeremoniarum Magistros revertitur. Ipsi Canonico hebdomadario adstant, solemnia quaeque dirigunt, et ut Missalis Breviariique rubricas integre serventur, invigilant, ex praescripto articuli 206 Statutorum supra. Dum canonicae horae leguntur, Caeremoniarius Canonico hebdomadario in inferiori plano adsidet, eique recitanda ex libro supra legili posito indicat. Postea Canonico Missam Conventualem celebranti assistit, non ad

instar presbyteri assistentis Episcoporum : sed ex praxi S. huius Patriarchalis Ecclesiae, caeremonias sacrificii dirigendo, sanctissimae illi actioni praesentia sua solemnitatem addendo, qua actione in officio divino nulla gravior, nulla sanctior, nullaque maiorem hominis attentionem sibi iure vindicat.

« Canonicus hebdomadarius Missam conventualem lecturus, manibus iunctis, e sacrario ad aram templi principem procedit, tribus acolythis, quorum duo ceroferarii, praecedentibus. Absoluto sacro, in sacrarium eodem comitatu redit. In eiusmodi Missis, quibus Capitulum interest, et saepe coram magna fidelium multitudine, ipsis Dignitatibus celebrantibus, (quae ex Brevi s. m. Pii Papae IX 30 martii 1855 usum habent Mitrae et Pontificalium ornamentorum ad instar Abbatum Mitrae usum habentium, cum potestate Missam Pontificali ritu, servatis servandis, in faldistorio celebrandi), mos invaluit celebranti aquam ministrare cum pelvi et urceolo argenteis , quod actionem solemniorem reddit.

« Haec praxis hactenus exposita semper, Beatissime Pater, in hac S. Metropolitana Patriarchali Ecclesia Lisbonensi] pacifice servata fuit, utpote quae ex veteri Patriarchali derivata est, et ab immemoriali in templis Regalium Aedium in Lusitania retinetur ».

Res absque controversia processisse videtur, hos speciales ritus quod attinet, usque ad a. 1897 quo in Festo Nativitatis D. N. I. Christi unus imo primus e magistris coeremoniarum, observantiae huiusmodi specialium rituum refragatus est asserens, hos nimis alienos esse a regulis liturgicis. Suae contradictionis ponebat fundamentum iuridicum in ipsis Statutis Capitularibus ; quippe art. 206 cautum est magistros coeremoniarum iuramento adstringi ad observandas rubricas Missalis, Breviarii, Coeremonialis, Pontificalis Romani nec non disciplinae choralis ; iisdemque culpae tribui errores et violationes harum legum; art. 170 autem iubetur, omnes Capitulares, Beneficiatus, Cappella-

nos, Cantores, aliosque magistris coeremoniarum obtemperare debere in his quae ad coeremonias spectant. Hisce fretus rationibus magister coeremoniarum usque recusavit morem gerere Canonicis expostulantibus veteris moris observantiam atque adeo fuit in repugnando constans ut officio abdicare maluerit quam canonicis indulgere. Quia alios magistros coeremoniarum faciles nactus est imitatores in suis contradictionibus primus contradictor, et quum inde scandalum et admiratio vehemens in clero et populo; res relata est ad Patriarcham qui die 5 Februarii 1898 edidit decretum, quo iussit observantiam integram statutorum, quibus regitur Capitulum, delegando idem Capitulum pro dubiorum resolutione, in sessione capitulari coadunatum.

At coeremoniarum Magister manus haud dedit victas, sed ad S. Rituum Cong. recursum habuit per hunc supplicem libellum, 10 Feb. 1898:

« Infrascriptus unus ex magistris Coeremoniarum Sanctae Ecclesiae Patriarchalis Ulixbonensis, ad nonnullas dirimendas controversias, humillime exponit Sanctitati Vestrae quae sequuntur:

« Viginti, plus minusve, abhinc annis in praedicta Ecclesia Patriarchali, Cappellanorum Cantorum defectu, Missa conventualis est plerumque lecta, non obstante Statutorum articulo 112° eam semper cantandam esse disponente; canitur autem per musicos in diebus solemnibus tantum. Et haec Missa lecta sic celebratur : Unus ex Coeremoniarum Magister perquirit Missam , signacula ordinat et Missale apertum super Altare deponit, ubi deinde extendit corporale, calicemque velo coopertum collocat, et per totam Missam assistit Canonico hebdomadario, indicat orationes, Missalis folia vertit et post ablutiones plicat corporale, calicem velo cooperit eumdemque, bursa super imposita, ad credentiam defert. Canonicus autem hebdomadarius, Tertia recitata, egreditur Sacristia et, manibus iunctis, ad Altare accedit, praecedentibus tribus acolythis, quorum duo cerealia accensa portant, expleta Missa, eodem in Sacristiam

redit apparatu. In hac Missa praeterea Celebrans pelvi et urceolo utitur argenteis.

« Notandum quod haec consuetudo nullimode potest dici immemorialis.

« Patriarchalis enim Ulixbonensis erecta 1843, Statutaque, Missam conventualem praecipientia semper esse cantandam, approbata anno 1862 fuere, ideoque praefata consuetudo, ut post aliquando tantummodo abhinc viginti annis, ut supra refertur.

« *Quaeritur :* 1. An in hac Missa permittantur cerealia et urceolus pelvisque argentea ?

« 2. An Magister Caeremoniarum, vel alius Sacerdos, in hac Missa lecta, potest et debet quaerere Missam in. Missali, idemque aperire, praeparare calicem et Celebranti assistere, eidem indicans orationes, Missalis folia vertens, corporale plicans, calicem instruens et super credentiam deponens ?

« 3. Et nisi eis permittitur, debetne ^Canonicus hebdomadarius calicem ad Altare deferre et eumdem ad Sacristiam reportare et hanc Missam legere ut quilibet alius simplex Sacerdos ?

« 4. Debetne, aut saltem nequit Magister Caeremoniarum apud Altare, attentis oculis, manere, sub praetextu impediendi Celebrantis lapsus et sic invigilare ut Rubricae adamussim serventur ? »

Capitulum visum est nihili facere huiusmodi recursum Magistri contradictoris, quasi omni ratione et iure destitutum ; et arrepta occasione expostulandi a S. C. C. prorogationem aliquarum facultatum *ad triennium* sub a. 1894 concessarum, supplicem libellum dedit ad Beatissimum Patrem quo sospite" fruimur eo consilio sed non expresso, ut sibi concederetur venia prosequendi rationem agendi quam magistri coeremoniarum adversabantur. — S. Cong. a Negotiis Eccl..Extraord. ad. S. C. C. remisit et petitionem et litteras petitionis explicativas: unum et alterum documentum ita se habent. En primum, diei 12 Ap. 1898:

« Sanctae Metropolitanae et Patriarchalis Ulyssiponensis Ecclesiae Capitulum, cum ingenti laboret inopia membrorum suorum ad canonica munia adimplenda, quia ad paucissimos reducitur numerus assistentium ; inde est quod ab hinc iam tempore huiusmodi Corpus Capitulare humiliter a Sanctitate Vestra postulavit infrascriptas dispensationes, quas benigno animo Sanctitas Vestra ad triennium annorum concessit per Rescriptum diei 12 decembris 1894:

« 1. - dispensationem a celebratione Missae feriae et vigiliae quando ipsa concurrit cum missa principali officii.

« 2. - dispensationem a recitatione officii B. M. Virginis et Defunctorum ac Psalmorum gradualium quando concurrit cum officio feriae.

« 3. - dispensationem ab applicatione Missae pro benefactoribus in diebus qui non sunt de praecepto, dispensatis vel abolitis.

« Atqui, cum circumstantiae huius Capituli Patriarchalis Sedis Ulyssiponensis eaedem vel circiter eaedem adhuc praesenti tempore se habeant, exoratur, prout hic status perseveraverit, harum gratiarum prorogationem.

« Praeterea, Beatissime Pater, praedictum Capitulum ad Pedes Sanctitatis Vestrae provolutum implorat indultum :

« *a)* ut missa Conventualis celebretur sine cantu, cum ex nimis parvo numero ministrorum celebrari cum cantu non possit; *b)* tumque permitti ad maiorem solemnitatem, ad extirpandas omnes dubitationes et removendum scandalum, nihil innovando, celebrantem procedere ex sacristia ad altare cum duobus ceroferariis, acolytho et clavigero (vulgo maceiro) ; c) et aquam ei ministrari intra Missam cum pelvi et urceolo argenteis ; *d)* et etiam caeremoniarum Magistrum celebranti adesse, non ad instar Episcoporum, sed tantum ad implendas caeremonias et missalis rubricas, ex more antiquissimo in ea Ecclesia Patriarchali ».

En secundum : « In supplici libello ab huius Sanctae Patriarchalis Ecclesiae Lisbonensis Capitulo, die duodecima proxime elapsi aprilis, Sanctissimo Domino Nostro Leoni

Papae XIII humillime oblato, quem una cum sententia Eminentissimi ac Rmi Domini Cardinalis Patriarchae, Canonici nonnulli ab eodem Capitulo deputati, in Illustrissimae Dominationis Vestrae manibus deposuerunt, quatuor paragraphi non ea forsitan, qua par erat, perspicuitate conscriptae recensentur, quarum explanationem Dominationi Vestrae reverenter subiicimus.

« In § *a).* Capitulum a Beatissimo Patre facultatem petit: *ut missa conventualis celebretur sine cantu,, cum ex nimis parvo numero ministrorum celebrari cum cantu non possit.*

« In Kalendario Archidioecesano, iuxta huius Sanctae Patriarchalis Ecclesiae peculiaria statuta, festa primi, secundi, tertii, quarti, etc. ordinis designantur.

« Ad festorum Missas primi, secundi et tertii ordinis musico concentu celebrandas chorus extat viris saecularibus coalescens, congruo stipendio auctus. Festorum vero infra tertium ordinem Missae a Capellanis cantoribus Capituli decantandae essent. Hi vix hodie duo numerantur, quorum alter oculorum luce orbatus, sufficientem rationem eidem Capitulo praebet, ut a SSmo Domino Nostro Missam conventualem sine cantu celebrandi facultatem, ad supradicta festa dumtaxat extendendam, petat; Quamvis autem cantorum inopia causa extiterit potissima dispensationem a cantu exorandi, unica tamen non fuit; sed cum saepe aliae graves diversi generis occurrant, humiliter Capitulum SSmum Patrem obsecratur, ut, exsurgente quacumque gravi difficultate, ipsi conventualem Missam lectam ita celebrare liceat, ut Canonicus, cui sacrum faciendum incumbet, tuta conscientia et ab anxietatibus liber concessae facultatis usui acquiescere teneatur.

« In § *b)* haec habentur : *permitti ad maiorem solemnitatem, ad exstirpandas omnes dubitationes, et removendum scandalum, nihil innovando, celebrantem procedere ex sacristia ad altare cum duobus ceroferariis, acolytho et clavigero (vidgo-m&ceivo).*

« Haec consuetudo apud nos ab immemoriali viget, forsitan ut maior quaedam solemnitas conventuali Missae, quam ceteris privatis, tribuatur. Idem (clavigero dempto) servatur in Missa parochiali lecta festorum dierum in parochiis urbanis huius Lisbonensis Archidioeceseos, necnon in variis Regiarum templis, ad instar Patriarchalis Ecclesiae, quae Regii templi Primarii honore fulget, tum quia Eminentissimus Patriarcha munere Archi-Sacellani Aulae Regiae insignitur, tum quia heic Fidelissimi Reges nobilissimo aulicorum comitatu stipati praecipuis catholicae religionis solemnitatibus interesse solent. Si haec vetustissima consuetudo abrumpatur, verentur Canonici ne quid scandali fideles patiantur, et admiratio non ad aedificationem in Aula Regia suboriatur.

« In § c)... *et aquam ei ministrari (nihil innovando) intra Missam cum pelvi et urceolo argenteis.*

« Antiquissima et immemorialis haec etiam est consuetudo, ut Missa conventualis lecta, cui Capitulum interest, solemnior reddatur, quae saepe coram Christifidelium multitudine celebratur vel ab aliqua e Capituli Dignitatibus, quae habent, ex Brevi S. M. Pii Papae IX, 30 martii 1855, usum Mitrae et Pontificalium ornamentorum ad instar Abbatum Mitrae usum habentium, cum potestate Missam Pontificali ritu servatis servandis in faldistorio celebrandi.

« In § c?) ita legitur: *et etiam (nihil innovando) caeremoniarum Magistrum celebranti adesse, non ad instar Episcoporum, sed tantum ad implendas caeremonias et Missalis rubricas, ex more antiquissimo in ea Ecclesia Patriarchali.*

« Caeremoniarum Magistri, in plano inferiori sedens, Canonico hebdomadario adsistit, dum officium in choro peragitur, eique in libro supra legili posito legenda indicat. Praeterea Canonico Missam conventualem legenti idem caeremoniarum Magister adstat, non ad instar presbyteri assistentis Episcoporum, sed ex more huius Sanctae Ecclesiae Patriarchalis invigilando, ut rubricae ad tramites Missalis

Romani sanctissime serventur. Haec Patriarchalis Ecclesiae consuetudo immemorialis hactenus pacifice servata fuit, contra quam tamen, conscientiarum pacem labefactando, concordiamque inter diversi ordinis ministros in eadem Patriarchali Ecclesia evertendo, non ita pridem plus aequo reclamatum est.

« Capitulum Metropolitanae Patriarchalis Ecclesiae Lisbonensis Apostoli sententiae memor: *Omnia honeste et secundam ordinem fiant* (1 Corinth. 14-40), *ut caritas..... magis abundet in scientia* (Philipp. 1, 9,) nihil antiquius, nihil optatjus sibi esse ducens quam ut rubricae omnes, Summorum Pontificum et SS. Congregationum decreta, quibus certe probatae consuetudines minime contradicunt, adamussim serventur, Dominationem Vestram Romanam enixe obtestatur, ut coram Pontifice Maximo supplicem eiusdem Capituli libellum in sensu heic explanato tueri ac defendere non gravetur.

« Idem Capitulum Ecclesiae Patriarchalis Lisbonensis, olim a Summis Pontificibus incredibili privilegiorum numero ditatum, certam spem alit fore ut, Rmae Dominationis Vestrae patrocinio, Apostolica Sedes eiusque Sanctissimus Pontifex Leo XIII, cui semper Patriarchale Canonicorum Collegium addictissimum fuit, expositas immemoriales consuetudines probare, sancire, et, quatenus opus sit, Apostolica auctoritate sanare, ad divinam gloriam, ad cleri et fidelium aedificationem, caritatemque in omnibus fovendam, dignetur >.

S. C. C. *ad quinquennium* prorogavit indultum; sedad facultates expetitas sub litteris A, B, C, D; easdemque a Magistris coeremoniarum controversas apud S. C. R., inscio S. C C. die 25 Iunii 1898 respondit: *«Noti expedire ».*

Nihilo secius morem hoc rescripto haud certe comprobatum non intermiserunt canonici, imo S. Congni Rituum de huiusmodi observantia sciscitanti ob instantiam Magistri coeremoniarum, Emus Patriarcha et Capitulares die 17 De-

cemb. 1898 litteras dederunt in eamdem sententiam ac datae fuerant S. O. C. quin tamen huius rescripti mentio fiat.

Denique negotii praeventionis ex parte S. C. C. notitia cum pervenerit ad moderatores S. C. R. die 15 Feb. 1899 rescriptum fuit : « *Ad Sacram Congr. Concilii iam praeventam* » ; reique certior factus est Emus Patriarcha.

Quamobrem hac mane ab EE. PP. quaeritur « an consuetudo de qua in casu quoad ritus Missae conventualis probanda sit ». - S. Congr. Rituum a coeremoniarum Magistro Pontificio votum exquisivit quod est sequentis tenoris :

« Propositis dubiis ita respondere censeo :

« Ad I. Neminem latet Missam conventualem, licet lectam, gaudere privilegiis Missae solemnis; uti ex. gr. in duplicibus 2. cl. fieri non debet in ea commemoratio simplicis.

« Praeterea Canonicus Missam conventualem celebraturus, debet in accessu et recessu ab altari, inclinationem hinc inde facere : verum inconveniens esset illam perficere a Canonico Calicem manibus habente. Quapropter opportune ante sacrificium calix in medio Altari collocatur, quemadmodum fert praxis Almae Urbis.

« Quare ad dubium respondeo : *Affirmative.*

« Ad II. Usus Ceroferariorum, in casu, sustineri haud potest, quippe qui stricte proprius Missae solemnis cum sacris Ministris. Ideo enim in hac solemni Missa praecedunt Ceroferarii, quia e Sacristia ad altare fit veluti processio, et insuper candelabra deserviunt ad cantum evangelii.

« Quare in Missa conventuali sine cantu deficit ratio Ceroferariorum. Verumtamen attentis expositis indulgeri posse censeo, ut duo Clerici absque candelabris comitentur Canonicum Missam conventualem celebraturum. Et ideo responderem : Satis est ut Canonicus celebraturus comitetur a duobus Clericis seu Acolythis, absque tamen candelabris.

« Ad III. Consuetudo pelvis et urceoli in casu tole-

rari posse videtur. Nam Canonici Patriarchalis Lisbonen. ex concessione Pii Papae IX gaudent privilegiis Abbatum Mitrae usum habentium, hinc considerari possent veluti Praelati. Verum quidem est, Abbates, inspecto iure, in Missa privata distingui non debere a simplici Sacerdote. Ita et de Canonicis de quibus sermo. Attamen in casu agitur de Missa conventuali, quae stricte loquendo haud est privata, nam quamdam solemnitatem secum fert.

« Igitur dicerem : *Tolerari potest in casu.*

« Ad IV. Celebrans in actu ministerii semper maior est ministro, etiam in sacris constituto. Hinc nullum inconveniens si minister sacro charactere insignitus inserviat Missae sacrificio. Quamvis enim de iure ordinario clericorum sit Missis lectis ministrare hoc tamen minime impedit quominus alia de causa vel alio iure, ex. gr. ex statuto particulari, deputetur ad huiusmodi officium minister in sacris. Eo vel magis quod in casu agitur de Missa conventuali ex superius dictis.

« Quocirca responsum darem : *Affirmative, inspecto Statuto Patriarchalis Ecclesiae Lisbonensis.*

« Ad V. Ex hucusque dictis, mihi videtur licere presbytero Missis, ut in casu, ministranti assistere Celebranti prope Missale, attenta praesertim sacerdotali dignitate, agitur ulterius de Missa conventuali.

« Quapropter rescriberem huic ultimo dubio: *Affirmative* ».

At in negotium consuetudinis scitu necessariae sunt vicissitudines quas passum est Capitulum Cathedrale Lisbonen. ; siquidem veteri Patriarchali Ecclesia Lisbonen. extincta, Gregorius Papa XVI per Bullam *Quamvis aequo* die 9 Nov. 1843 expeditam, Metropolitanam Ecclesiam Patriarchalem hodiedum existentem erexit.

In plenam Gregorianae executionem Pius Papa IX dedit Breve.

In meritum autem quaestionis seu quoad valorem consuetudinis in themate, sequentes adverti debent decisiones S. Congr. Rituum :

« Exorta controversia inter Magistrum Caeremoniarum et nonnullos Canonicos Ecclesiae Cathedralis N. (qui contendebat servandas esse consuetudines immemorabiles quamquam Rubricis et Caeremonialis Episcoporum praescriptionibus repugnantes), et ab Episcopo ad Sacram Rituum Congregationem delata, eadem S. C. sequentibus dubiis respondere rata est prout inferius videbitur. Utrum Magister Caeremoniarum expectare debeat decretum seu consensum Capituli ad exequendas Rubricas et S. R. C. decreta; an potius absque dicto decreto seu consensu debeat ipse praedicta observare, nec non ut ab omnibus diligenter observentur curare, iuxta Caerem. Episcop. *lib. I,-cap. 5,* et decreta S. R. C. 17 Iunii 1834, in Monopolitana 20 Martii 1869, in una Montis Regalis et 31 Maii 1877 *Dubiorum?*

« Utrum consuetudines quamtumvis immemorabiles huius Ecclesiae, si quae reperiuntur, Rubricis Missalis, Breviarii , Caeremonialis Episcoporum, Ritualis Romani et S. R. C. decretis in collectione Gardelliniana contentis, aperte repugnantes, servari possint ; an potius tamquam abusus et corruptelae reprobandae sint ac reiiciendae, licet in ipsis de consuetudine immemorabili nulla mentio fiat prout videtur ex Constitutionibus Apostolicis ex S. R. C. decreto initio Missalis posito, nec non aliis 16 Mart. 1591 in Oseen.; 27 Nov. 163 in Perusina; 18 Iunii 1869, in Romana; 17 Maii 1692 in Forosembronien. ; 14 Iunii 1845 in una Ordin. Discalceat. SS. Trinit. ; 16 Mart. 1658, in lacen. ; 12 Aprilis 1832, in Ravennaten. ; 12 Dec. 1832, in Pisana; 3 Aug. 1839 in Triventin., et 11 Sept. 1847 in Angelopolitana ?

« An in dubiis (et dum fit recursus ad S. R. C.) possit Capitulum inconsulto Episcopo decernere standum esse in aliquo particulari casu consuetudini immemorabili et non potius Rubricis et Decretis , praesertim cum ex variis S. R. C. Decretis stricte teneatur Episcopus opportunis remediis praevidere, ut Rubricae et S. R. C. decreta rite serventur ?

« Sacra vero eadem Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii, exposito voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, omnibus mature perpensis, declaravit, ac decrevit: expositas consuetudines removendas esse, utpote corruptelas; rubricas et decreta omnino servanda. Et Amplitudo tua moneat dissidentes, atque indociles etiam per ecclesiasticas poenas.

« Die 14 Iulii 1882 ».

Ex officio haec advertenda visa sunt. - Quoad factorum seriem a Capitulo et Emo Patriarcha relatam, Procurator Magistri coeremoniarum advertit, veritati non esse consentaneum hodie numerum canonicorum et ministrorum ita esse extenuatum. Siquidem refert: « Invece il personale è da qualche tempo quasi completo; 15 canonici senza contare altri quattro che già allora erano proposti; 18 beneficiati; 8 cappellani cantori; 18 cantori musici, oltre il rimanente personale inferiore ». Sed in actis documenta quae id probent adhuc desiderantur.

Magister coeremoniarum in supplici libello id asserit quod, specie tenus, e diametro pugnat cum relatione Emi Patriarchae et Capituli. Ait enim: « Viginti, plus minusve, abhinc annis in praedicta Ecclesia Patriarchali . . . Missa Conventualis est plerumque lecta non obstante statutorum art. 112° ». Ex adverso Emus Patriarcha refert, *ab immemorabili, ad praescriptum art. 112 - diebus quibus tres aut plures Missae Conventuales decantandae essent, duas tantum decantari;* **CETERIS LECTIS**, - et dein describit ritum Missas Conventuales lectas comitantem, illum nempe quem magister exprobrat et novitatis nota incusat. - Sed discordantiae ratio in hoc videtur consistere, quippe Magister coeremoniarum loquitur de Missa Conventuali lecta quae ita celebratur ab a. 1877 etsi una tantum celebranda sit; quum Patriarcha memoret praescriptionem art. 112 Statutorum quae permittunt Missas Conventuales celebrari lectas quum duae iam ritu solemni celebratae sint. - Magister coeremoniarum autem uti *novum* reprobat ritum specialem

Missas Conventuales lectas comitantem, quippe arguit dumtaxat ab instituto Capitulo Patriarchali nempe ab a. 1843 posse repeti huius consuetudinis originem. At infra expendemus, hanc contradictoris animadversionem.

Praeterea alia est quaestio an liceat Capitulo vel an ei veniam concedere expediat, Missam Conventualem lectam celebrandi etsi una tantum sit celebranda; alia vero quaestio est, an Missae Conventuali taliter lectae controversos ritus adiicere fas sit. - Unum vero ab altero non satis videtur distinguere libellus supplex Magistri coeremoniarum.

Modo aliquid advertendum est in *meritum* quaestionis. - In primis, quia de consuetudine res est vel approbanda vel reiicienda, iuvet expendere an ista consuetudo legi sit contraria, vel consentanea, vel praeter legem versari dicenda sit. Iamvero si attendamus decreta supra recensita, ista videntur damnare penitus consuetudines contra legem seu aperte repugnantes Rubricis Missalis, Breviarii, Coeremonialis Episcoporum, Ritualis Rom. et S. C. R. Decretis. - Atqui si attendamus votum Cl. Consultoris a S. C. R. rogati, ritus controversos aestimare debemus non aperte repugnantes Rubricis et Decretis, sed magis extra seu praeter has leges versari. Imo pene secundum legem censere deberemus huiusmodi liturgicam consuetudinem, utpote quae minime aliena a solemnitate, suapte natura, indita Missae Conventuali etsi lectae.

Praeterea quum in erigendo Capitulo Cathedrali Cardinali Saraivae plena facta sit potestas omnia moderandi et ordinandi iuxta mores locorum et indolem peculiarium adiunctorum, fas est coniicere etiam hos speciales ritus eius examini fuisse subiectos, eosque ratos habuisse. In erigendo autem Capitulo Cathedrali cautum fuit : ut « in Patriarchali dein Ecclesia... designanda atque instituenda cultus divinus in hymnis et canticis ceterisque sacris functionibus qua maiori datur, ex hodiernis rerum circumstantiis celebritate et dignitate sedulo procurari concinneque possit expleri ». Capitulares ipsi referunt, eosdem ritus servari in Missis parochialibus. Narrant enim

« Idem (clavigero dempto) servatur in Missa parochiali lecta festorum dierum in parochiis Urbanis huius Lisbonensis Archidioeceseos, nec non in variis Regiarum templis ».

Sed Magister coeremoniarum videtur huiusmodi consuetudinem nihil facere quoad Ecclesiam Patriarchalem quippe haec recens est instituta ; siquidem vetus capitulum funditus perpetuoque cum omnibus hucusque habitis et quomodocumque quaesitis vel adhibitis iuribus, privilegiis, praerogativis, honoribus suppressum fuit. Unde infert, nullimode *immemorabilem* dici posse obiectarn consuetudinem.

Verum adverti debet consuetudinem praeter hominum memoriam inductam seu *immemorabilem,* iuxta communem et pacificam DD. opinionem non auferri et aboleri nisi expressis verbis in ipsam feratur voluntas legislatoris : haec habet Ferraris - V. *Consuetudo,* n. 35. « Per legem universalem seu clausulam generalem abrogativam consuetudinis v. g. *non obstante quacumque consuetudine* - aut huiusmodi non abrogatur consuetudo immemorabilis nisi de ea fiat specialis mentio - Covarruvias *lib. 5 variar, resol.* cap. 13, n. 5* . . . . Exemplum habetur in c. *Si Episcopus 2. De poenit. et remiss, in 6,* ubi dicitur nulla posse consuetudine induci quod aliquis praeter sui superioris licentiam possit sibi eligere confessarium, et tamen ante Concil. Trid. simplices presbyteri sibi invicem confitebantur, suffragante videlicet ipsis consuetudine immemorabili, quam postmodum expresse revocavit d. Tridentinum *Sess. 23, cap. 13, De ref.,* ibi : « Privilegiis et consuetudine quacumque etiam immemorabili non obstantibus ».

Nihilosecius nemo inficias iverit, iam ab instituto Capitulo Patriarchali illud deduxisse tempus sufficiens ad legitime consuetudinem praescribendam , etiam in rigidiori opinione quae expostulat tempus quadraginta annorum. - Ferraris V. *Consuetudo, n. 20 seq.* docet. « Tempus autem requisitum et sufficiens ut consuetudo censeatur legitime praescripta ut legem tollat et abroget, pro abolenda et abroganda lege civili est *decennium: - communis.* Et

ratio est, quia consuetudo ut legem civilem tollat, et abroget, debet esse longa . . . . Pro abolenda tamen aut abroganda lege canonica seu ecclesiastica requiritur spatium *quadraginta* annorum. Rota *part. 1. recentior, decis, a. 497, n. 4, part. 5, tom. I. ;* Fagnanus *n. 40 et 67;* Lay man *lib. I, tract. 4, cap. 24, De legibus* — Probabilis tamen est, quod etiam pro abolenda lege canonica seu ecclesiastica sufficiat *decennium,* sicuti pro abolenda lege civili; Lessius *lib. 2 De Inst. et iure, c. 6, num. 94;* Lugo *Disp. 7, De Inst. et iure, sect. 7, num. 94 ».*

At e medio afferre quamcumque discordiarum radicem gliscentium in capituli gremio, maxime interesse advertit Emus Patriarcha in suis litteris referens, ephemerides huiusmodi lites iam divulgasse et risu et contemptu excepisse.

Praeterea decernent EE. PP. an Patriarchale decretum supra relatum pro discordiis expediendis accommode editum fuisse dicendum sit. - Revera satis non videtur significari, an istud decretum *extraordinariam* Capitulo conferat delegatam potestatem pro huiusmodi controversiis dirimendis ; an vero Capitulum moneat et invitet, ut sua utatur potestate qua pollet ad custodiendam urgendamque disciplinae choralis et Statutorum diligentem observantiam.

Die 14 Decembris 1901.

Per summaria precum.

CAUSAE PROSECUTIO. Die 17 Febr. 1900 prodiit rescriptum : « *Dilata et exhibeatur ordo officii divini seu kalendarium Eccles. Patriarchalis Lisbonen. ».*

Canonici nihil novi deduxerunt, magister autem caeremoniarum per adlectum advocatum latius explicat animadversiones iam in praeterito folio adumbratas.

Hic primum loquitur de missa conventuali, quam contendit, semper esse cantandam (const. Benedicti XIV, *Cum semper oblatas)* ; ex praecepto, quod, iuxta auctores, sub

gravi obligat (Quarti, *p. I, tit. III, sect. I, dub. I;* Pasqualigo *Q. 882;* Ferraris Voc. *Canon. art. I, num. 66 et seq.):* immo urget orator, iuxta decreta S. Congr. Rituum, etiam quando plures, ad normam rubricarum missae concurrant, ita ut omnes cantari debeant, *(Decr. n. 552>* in Faventina, *2427 ad VII* in Wilnen. *691, 282, 480, 2002, Decr. 10 etc.).* At si tanta haec obligatio, vix concipi potest, ut omnium in Lusitania Ecclesiarum mater Ecclesia Patriarchalis, Lisbonensis ab ea eximatur.

Quod si obiiciatur aliquando ex dispensatione fuisse concessum ut missa conventualis legeretur, contendit advocatus nullam istic causam subesse ut dispensatio concedatur. - Allegant ministrorum defectum : at si intelligitur de numero eorum, qui choro inserviunt ratio non subest. Hodie enim Capitulum Lisbonense constat viginti duobus canonicis, decem et septem beneficiariis, quatuordecim cappellanis cantoribus, viginti musicis. Quod si intelligitur de defectu cantorum, ratio non modo ex praedictis non adest, sed etiam futilis videtur. Nam decisum est a S. R. C. inhaerendo iuris praescripto ; potius ab ipsis capitularibus cantorum defectui esse supplendum, quam missa sine cantu legatur. - Allegant etiam consuetudinem : sed autumat advocatus hanc consuetudinem nec esse immemorabilem, uti contendunt, quia in veteri Ecclesia Patriarchali omnes conventuales missae cum cantu celebrabantur, et solum ab anno 1877, ex deliberatione capitulari missam legi coepisse : nec esse legitime constitutam, quamvis per absurdum immemorabilis esset, quia adversus rubricas et decreta S. Congr. Rituum, quae missam conventualem semper cum cantu fieri iubent, nulla praescriptio vel consuetudo datur : « utrum consuetudines, quantumvis immemorabiles, rubricis missalis, breviarii, caeremonialis Episcoporum, ritualis romani, S. R. Congr. decretis in collectione Cardellini contentis aperte repugnantes servari possint ? - expositas consuetudines removendas esse, utpote corruptelas ; rubricas et decreta omnino servanda: et A. S. moneat dis-

sidentes atque indociles etiam per Ecclesiasticas poenas » (S. Congr. Rit. 14 Luglio 1882, n. 2792, 2951 et passim).

Obiiciunt etiam in statutis novae Patriarchalis disponi ut, si plures quam duae missae conventuales recurrant, tertia legatur. Sed, iuxta advocatum, haec statutorum dispositio nulla et irrita est. Nam, ad tramitem Concilii Romani a. 1725 nihil in statutis decerni potest, sine Pontificis auctoritate, quod a iure communi exorbitet : et praesertim, quidquid sit contra rubricas, non modo non potest decerni sed, - est expressum in eodem Concilio -, si consuetudine etiam immemorabili fuerit invectum, reprobatur.

Quoad hanc primam quaestionem, refert advocatus, missam conventualem, quae ab anno 1877 in Patriarchali Ecclesia legebatur, ab anno 1900 iterum cantari, praecipiente quidem Emo Patriarcha per ordinationem (vulgo *circolare).*

Sed praeter abusum, de quo in statutis, ut duo tantum missae cantarentur, si plures concurrerent, factum est ut nec secunda tantum cantaretur missa si duae concurrerent. Quod eo magis damnandum, iuxta advocatum, quia capitulum dispensationem a S. C. C. petiit et non obtinuit die 29 Maii 1900.

Mox venit advocatus ad alterum quaestionis punctum quod est de ceroferariorum ritu, et de clavigero. Et contendit ritum clavigeri esse ritum omnino insuetum in Ecclesia, idcirco reprobandum in missis etiam solemnibus Ritum vero ceroferariorum esse proprium missae conventualis solemnis, idest cantatae cum sacris ministris proindeque reprobandum in missa conventuali vel simpliciter cantata, vel fortius lecta.

Et revera, ut probet hos ritus, ad formam capitularis libelli, non sustineri, expendit rationes, quibus illud capitulum fulcire nititur et ait, eas nullius ponderis esse. Dicunt hos ritus requiri ad maiorem solemnitatem : sed solemnitatem et ritus cuiusque missarum generis proprios, rubricae et decreta significant, a quibus, nec latum unguem recedi potest, (bulla S. Pii V *Quo primum* missali prae-

missa). Atqui in rubricis de clavigero numquam est mentio : de ceroferariis in missa tantummodo solemni cum sacris ministris: ergo huic normae rigide inhaerendum est. - Dein addunt, canonici hos ritus approbandos esse ad dubitationes extirpandas et ad scandala removenda. Sed hisce dubiis, quum rubricae sint admodum clarae, iuxta advocatum, nullus locus esse potest; scandalum vero habetur in praesenti rerum statu, quod penitus auferretur si ad rubricarum plenam observantiam iterum capitulum revertatur.

Allegant canonici consuetudinem *immemorabilem:* sed autumat advocatus, consuetudinem hanc, prouti aliam de missa conventuali lecta, licet esset immemorabilis, esse spernendam, quippe contra rubricas et decreta. - Nec obiiciendum est, iuxta advocatum, exemplum Ecclesiarum parochialium urbis Lisbonensis et Regiae Capellae, ubi eaedem caeremoniae, iuxta capitulum, servantur. Nam advocatus, per testimonia in Summario relata confidit, se evidenter probasse Capituli assertionem veritati non respondere. Ceterum controversa consuetudo, ait orator, *immemorabilis* certe non est : nam missa lecta, in quam quaestio praecipue cadit, cantatae loco, anno 1877 in Patriarchali Ecclesia haberi coepit.

Notat hic advocatus in libello Magistri caeremoniarum mentionem fieri de alio peculiari ritu : quod scilicet sacerdos ad altare accedat manibus iunctis, quin calicem per se deferat : calix enim antea disponitur super altare, itemque missale antea praeparatur et aperitur. Advocatus hunc duplicem ritum haud putat adsciscendum in missa conventuali lecta : quippe qui, a rubricis et decretis S. Congr. Rituum non modo non permittitur, sed prohibetur (Decr. 3059, dub. VII, 1681, dub. 51).

Gradum facit advocatus ad tertium quaestionis caput quod est de pelvi et urceolo ex argento confectis. De quo antea animadvertit quaestionem potius instituendam esse de forma horum utensilium, quam de materia, ex qua constat. Rubricae iubent ut in missis, tum lectis, tum sole-

mnibus ampullae pelviculae superpositae adhibeantur « ab eadem parte epistolae.____ponuntur ampullae vitreae vini et aquae cum pelvicula et manutergio » (De missa lecta, tit. XX, de praep. alt. 1) « celebrans. . . . lavat manus ministrantibus acolythis ampullam aquae cum pelvicula et manutergio » (De miss. soll. tit. VII, n. 10). Capitulum non modo vitro argentum Surrogat, sed ampullis *urceolum,* quamdam nempe lagenae speciem, affabre elaboratae, italice *boccale:* et pelvi, lancem grandiorem, italice *bacile* vel *calino.* Quod cum, iuxta memoratas rubricas, nec in missa lecta nec solemni concedatur, sed permittatur tantummodo Episcopis, vel Praesulibus inferioribus ex privilegio Pontificalia exercentibus in solo actu Pontificalium, Canonicis et Dignitatibus Ecclesiae Patriarchalis Lisbonensis concedi nullo pacto potest.

Nec adhaerendum censet advocatus apostolico caeremoniarum magistro, qui hunc ritum tolerari posse autumavit: quippe rationes, quibus innititur, nullae sunt, iuxta advocatum. Loquitur de privilegio dignitatibus Lisbonensibus concesso missam pontificalem celebrandi. Sed dictum est, Praelatos hoc utentes privilegio, in missa tantum pontificali, de qua hic non est quaestio, urceolo et pelvi argentéis uti posse. (Decr. S. C. R. n. 1131, dub. 21). Nec redeundum ad consuetudinem, quam ex antedictis, attendendam non esse advocatus contendit.

Nec denique in medium afferenda privilegia, si quae erant, antiquae Patriarchalis. Nam Pontifex novam erigendo, veterem, cum omnibus privilegiis, funditus suppressit, « funditus perpetuoque cum omnibus hucusque habitis et quomodocumque quaesitis vel adhibitis iuribus, privilegiis, prae, rogati vis, honoribus ».

Iamque venit advocatus ad quartum caput, de quo controversia instituta. De eo scilicet, quod spectat ad assistentiam magistri caeremoniarum in missa conventuali, atque autumat, hanc assistentiam in missa conventuali lecta prorsus esse reiiciendam. Et plura, ut id probet, allegat

S. Congr. Rituum decreta hanc assistentiam, in missa quacumque lecta, omnino excludentia : ea sane de ratione quia ritus missarum solemnium, prout est caeremoniarum magistri assistentia, lectis aptari nequeunt, nec aptari queunt, quin rubricae pessumdentur, quibus stricte standum est. Quoad decreta ab advocato allegata, memorat patronus responsiones Episcopo Tudertino (a. 1660, decr. n. 11481 et Senensibus) caeremoniarum magistris datas (a. 1686, n. 1771): et illud quod in collectione n. 2310 indicatur « an. archidiaconus et canonici in missis celebrandis tam intra, quam extra cathedralem, uti valeant, ultra unum inservientem, qui missas respondeat, magistro caeremoniarum ? *Negative in omnibus* » (dub. 41). Quoad rubricas notat advocatus, eas non plures ministros sacros, non acolythos, non plures inferiores ministros (vel duos in missa conventuali lecta) non caeremoniarum magistrum concedere, quum haec omnia missae cantatae aut solemni conveniant, pro qua praescribuntur.

Porro iuxta advocatum, nihil habent ponderis, quae vel capitulum, vel apostolicus caeremoniarum magister a S.R.C, exquisitas opposuerunt. Memorat caeremoniarum magister consultor, dignitatem sacerdotalem: sed, si haec esset perpendenda omnibus missam legentibus sacerdotibus, caeremoniarum magister assistere posset. - Idem consultor in medio ponit qualitatem missae conventualis : sed huic cum *lecta* dicitur, privilegia non competunt quippe horum usum rubricae et decreta vetant etiam Episcopis private celebrantibus.

Et denique de pluribus aliis disserit ritibus advocatus, de quibus, quum libellus exhibitus esset, ad hos abusus reprobandos rescriptum est « *habebitur ratio in die propositionis causae* ». Memorat enim iste libellus, praeter alia, canonicos extra cathedralem *mantelleta* uti : extra cathedralem et dioecesim insignia choralia induere : caligas, sandala, chirotecas áureas in Pontificalibus assumere et mitram pretiosam: trinam benedictionem impartire, missas pontifi-

cales *de requie* celebrare : pontifìcaliter sacro fonte benedicere et sacramenta administrare. - Tum addit, dignitates faldam sibi asserere Emi Patriarchae propriam : et canonicos ad quartum circulum in missa pontificali haud genuflectere ante Augustissimum Sacramentum, sed solam facere inclinationem.

Inter documenta adest, etiam kalendarium a S. C. C. exquisitum et inde explicat ordinem Divini Officii Advocatus per oppositas allegationes in Summario relatas, declarantes signa et normas eiusdem kalendarii.

Quibus praenotatis quaesitum fuit quomodo precibus esset respondendum.

RESOLUTIO. Sacra Congregatio C. re cognita sub die 14 Decembris 1901 censuit respondere: *Serventur ius commune, rubricae et decreta Sacrae Rituum Congregationis.*

EX S. CONGREG. INDULGENTIARUM

PARISIENSIS. Decretum quo edicitur omnes Sodalitates, tam erectas, quam erigendas indulgentias perfrui posse, sese aggregandi Archisodalitate parisiensi sub titulo sancti et immaculati cordis Mariae pro conversione peccatorum.

Parisiis, in Templo Beatae Virgini *des Victoires* dicato iam inde ab anno 1837 canonice erecta fuit pia sodalitas sub titulo Sancti et Immaculati Cordis Mariae pro conversione peccatorum, quae haud multo post ab Apostolica Sede ad gradum Archisodalitatis evecta est, cum facultate ceteras eiusdem nominis et instituti sodalitates sibi aggregandi, eisque proprias Indulgentias communicandi. Quam grata huiusmodi societas exstiterit Deiparae Virgini, et quam salutares in Ecclesia fructus ediderit, id apprime comprobant spirituales gratiae, quas misericors Deus copiose elargiri dignatus est intuitu precum a confratribus ad peccatorum conversionem obtinendam coniunctim effusarum.

Quamvis autem fere innumera praedicta Archisodalitas sibi similia sodalitia adiunxerit per universum catholicum orbem

diffusa, nihilominus tractu temporis factum est, ut nonnulli Epfscopi directe facultatem petierint et obtinuerint erigendi in suis Dioecesibus memoratam confraternitatem cum Indulgentiis parisiensi Archisodalitio a RR. PP. concessis, quin ab ipso aggregationem expeterent; quae proinde confraternitates, nullo servato unionis vinculo, in pluribus locis seiunctae manent ab ea, quae omnium mater et caput est. Quae agendi ratio, praeterquamquod inane reddit privilegium sodalitati principi collatum ceteras sibi aggregandi, aliud etiam secum fert non exiguum incommodum, defectum nimirum illius universalis coniunctionis in persolvendis precibus, quae procul dubio divinae Bonitati maiorem vim facit, ut, Deipara opitulante, peccatores e coeno vitiorum ad salutis tramitem reducantur.

Haec omnia animadvertens hodiernus Emus Archiepiscopus Parisiensis, Ssmo Dno Nostro Leoni PP. XIII preces subiecit, ut his omnibus sua auctoritate providere dignaretur. Quas porro preces, in audientia habita die ,8[a] labentis mensis ab infrascripto Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae relatas, Sanctitas Sua peramanter excipiens, decernendum mandavit, ut sodalitates omnes ab Ordinariis erigendae sub titulo Sancti et Immaculati Cordis Mariae pro conversione peccatorum in posterum Indulgentiis non aliter perfruantur, quam sese aggregando Archisodalitati parisiensi; quod vero attinet ad sodalitates alibi iam erectas cum Indulgentiis absque debita afflliatione, idem Ssmus praecepit, ut quamprimum sese eidem aggregent; quod quidem in Europae regionibus infra annum, extra vero infra biennium a die huius Decreti computandum, omnino erit exequutioni mandandum. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 13 Novembris 1901.

S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

L. & S.

f FRANCISCUS SOGARO Archiep. Amiden., *Secretarius.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

DECRETA NOVISSIMA

TROPIEN. Dubia diversa

1. *Festa dominicis diebus affixa transferri non possunt ad sequentes dies dominicos neque ad olios, accidentaliter impedita sint, vel perpetuo.*

2. *Repositio festi S. Ioannis Damasceni, impediti, et alii diei alicubi assignati, post extensionem ad Ecclesiam universalem, facienda est iuxta Rubricas a die sua.*

3. *Doxologia hymni, in concursu duorum festorum, D. N. et B. M. V., erit de quo Vesperae recitantur integrae.*

4. *Delatio parvae statuae pueri Iesu a Sacerdote eum velo humerali et umbella in processione interdicitur.*

5. *Usus canendi Missam conventualem post* Tertiam, *et peragendi processionem post* Nonam, *infra Octavam SSmi Corporis Christi, probatur.*

Rmus Iosephus Fameli Canonicus Poenitentiarius Cathedralis Ecclesiae Tropien., Kalendanorum Dioeceseon Nicoteren. et Tropien, redactor, Sacrorum Rituum Congregationi ea quae sequuntur humiliter proposuit dubia, pro opportuna solutione, nimirum :

I. Quum per Decretum n. **3637,** *Aretina,* d. d. 18 Iunii 1885, Officia propria B. M. V., aliquibus Dominicis assignata, omittenda sint, quando impediantur; quaeritur: 1. An prohibitio translationis in alias Dominicas huiusmodi dies insequentes, intelligenda sit etiam quoad alios dies non dominicos liberos, ut neque in istos dies praefata Officia transferri queant? 2. Et *quatenus affirmative:* An in casu impedimenti perpetui quoad aliquam Ecclesiam, praedicta Officia dominicis diebus assignata, omittenda prorsus sint?

II. In his Dioecesibus festum S. Ioannis Damasceni celebrabatur die 13 Maii. At post Decretum n. **3734,** *Urbis et Orbis,* diei 19 Augusti 1890, qui harum Dioeceseon tunc Kalendaria ordinabat, hoc Officium, loco diei 27 Martii impeditae,

reposuit die 29 Martii, prima insequente libera, iuxta Rubricas et Decreta. Quaeritur: Debetne in his Dioecesibus huiusmodi Officium praedicta die 29 Martii recitari?

III. In concurrentia duorum festorum, nempe Domini Nostri et B. Mariae Virginis, habentium conclusionem hymnorum propriam, quaenam erit retinenda et recitanda?

IV. Die 2 Februarii in Cathedrali Ecclesia Tropien, (alibi die Epiphaniae Domini) removetur imago seu parva statua Infantis Iesu a praesepe, et processionaliter defertur cum velo numerali et sub umbella per celebrantem ad Altare maius, ubi osculanda traditur Capitulo et Clero; atque finita functione cum benedictione SSmi Sacramenti, et hoc in tabernaculo reposito, eadem imago per alium Sacerdotem, item eodem ritu, qui servatur in deferendo SSmo Sacramento, nempe cum velo numerali cum luminibus et sub umbella, transfertur ad aliud Altare, ubi fidelibus osculanda porrigitur; quaeritur: An haec consuetudo servari possit?

V. Infra Octavam SSmi Corporis Christi, in Cathedrali Ecclesia Tropien., quotidie mane post *Nonam* fit processio cum SSmo Sacramento, sed Missa Conventualis canitur post *Tertiam* coram SSmo Sacramento exposito. Quaeritur: An hic usus continuari possit?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, ita respondendum censuit:

Ad I. *Affirmative* ad primam et secundam partem.

Ad II. *Affirmative.*

Ad III. Erit retinenda conclusio hymni illius festi, de quo Vesperae integrae recitantur.

Ad IV. Detur Decretum Generale n. **2647,** d. d. 27 Maii 1826 (1) : nihil tamen obstare quominus simulacrum processionaliter deferatur, absque velo humerali et sine umbella.

Ad V. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit, die 3 Augusti 1901.

DOMINICUS CARD. FERRATA *S. R. C. Praef.*

L. S.

f DIOMEDES PANICI Archiep. Laodicen. *Secr.*

(1) En pars dispositiva citati decreti: «Caveatur et per modum regulae ubique servandae praefiniatur, ne in posterum alicubi per quoscumque, quoli-

VICEN. dubium quoad altaria, quorum sepulcra non sunt rite disposita etc.

1. *Permittitur, in casu peculiari, celebrare Missam in altaribus, quorum sepulcra rite non sunt disposita: ac iterum ea consecrari breviori formula, -etiam per Sacerdotes delegandos.*

2. *Idem permittitur in altaribus, quae distantiam a mortuorum sepulturis non servant, quae debet esse unius circiter metri.*

Rmus Dnus Iosephus Torres et Bages, Episcopus Vicensis in Hispania, Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humillime exponit, nimirum:

I. In Dioecesi Vicensi plurima inveniuntur altaria, quorum Reliquiae non lapide, sed caemento obtectae sunt. Quum vero iuxta Dec. S. R. C. 28 Iulii 1883 nova indigeant consecratione, et haec valde difficilis sit, idem orator humillime expostulat sanationem huiusce defectus, ut licite in praefatis altaribus Missa celebrari valeat, vel saltem indultum, quo ipse per se vel per Sacerdotes delegandos possit aperire sepulcra, eaque claudere lapide, et huiusmodi altaria consecrare breviori ritu et formula. Petit item declarari, an eaedem Reliquiae, quae in praedictis altaribus inveniantur, possint apponi in nova eorundem consecratione ?

I. In aliquibus suae Dioecesis Ecclesiis inveniuntur altaria, quae non longe distant a sepulturis. Inter ea sunt praecipue duo: primum habet prope tria sepulcra, nempe unum se extendens unico passu sub pradella, quae ampla est 83 centimetris, alterum in cornu Evangelii distans ab altari 8 cent., et tertium in cornu Epistolae distans 81 cent. Omnia haec sepulcra sunt in terra, et duro lapide obtecta, et nemo in eis iam a multis annis sepelitur. Aliud altare babet sepulcrum distans 90 centim., attamen celebrans in plano haud descendere valet, ob

bet sub praetextu solemnitatis, devotionis, pietatis, privilegii, indulti, concessionis, tolerantiae, consuetudinis licet immemorabilis, quam abusum non ferendum Eihi Patres declararunt, liceat unquam Sanctorum Reliquias processionaliter sub baldachino circumferre : tolerari tamen posse et permitti, quod Lignum SS. Crucis aliaque Instrumenta Dominicae Passionis, peculiari horum attenta veneratione, habitaque ratione fere universalis consuetudinis, deferantur sub baldachino, dummodo tamen id fiat seorsim et disiunctim a Sanctorum Reliquiis, quibus distinctivum hoc honoris omnino non convenit ».

propinquitatem sepulcri, quod ipsius pradellae fere adhaeret, et elevatur eius lapis aliquantulum a terra. In hoc sepulcro tantum humatus est Episcopus Strank cum socio, qui cum illo occisus est. Quum vero a S. R. C. declaratum sit, tres cubitos esse fere unum metrum longitudinis, atque hanc distantiam ab altari sufficere; quaeritur: **1.** An in duobus praefatis altaribus possit Missa celebrari quin removeantur omnia vel aliquod ex his sepulcris? 2. An distantia 80 vel 90 cent, sufficiat ab altari, vel haec distantia debeat esse unius metri integri?

Et S. R. C, referente subscripto Secretario, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit:

Ad I. Interim permitti celebrationem Missae in enunciatis altaribus, simulque indulgeri ritum formulamque breviorem, pro nova consecratione ab Episcopo, per se, vel per simplices Sacerdotes delegandos, peragenda, cum substitutione operculi lapidei, ubi opus est, alteri ex caemento. Reliquias autem, quae in praedictis altaribus inveniuntur, licite apponi posse in nova eorum consecratione, si nullum dubium de earum authenticitate exoriatur, et nisi, ob duritiam caementi, in substitutione facienda, eiusdem caementi cum Reliquiis et granis thuris, contingat commixtio.

Ad II. Quoad primam partem, ex gratia, permitti, ut in altaribus, de quibus in casu, celebrari valeat. Quoad alteram partem, standum Decreto n. **3944,** *Romana,* 12 Ianuarii 1897, ad II (1).

Atque ita rescripsit. Die 30 Augusti 1901.

DOMINICUS CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. * S.

f D. PANICI, Archiep. Laodicen., *S. R. C. Secret.*

(1) « II. Quaenam distantia intercedere debet inter Altare et cadavera, quae in Coemeteriis vel Ecclesiis sepulta sunt? — Ad II. Cadavera ab Altari tribus cubitis distare debere, at tres cubitos esse fere unum metrum longitudinis : atque hanc distantiam sepulcrorum ab Altari sufficere ».

DUBIUM. An color albus vel violaceus adhibendus sit in Missa de vigilia Immaculatae Conceptionis.

In Missa vigiliae Immaculatae Concept. B. M. V. color violaceus est adhibendus.

DUBIUM.

A Sacra Rituum Congregatione expostulatum fuit:

« An in Missa de Vigilia Immaculatae Mariae Virginis Conceptionis adhibendus sit color albus vel violaceus? »

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, proposito dubio ita respondendum esse censuit: *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam (1).

Atque ita rescripsit. Die 12 Septembris 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praef.*

L. Œ S.

D. PANICI Archiep. Laodicen., *Secret.*

(1) Pluries Ephemerides de vigilia Immaculatae Conceptionis B. M. V. pertractabit, sive quoad colorem indumentorum in Missa, sive quoad genuflexionem in eadem, et sibimet cohaerenter semper, etsi non certitudinaliter, sed aliqua cum formidine, argumentatione petita ex carentia ieiunii, concluserunt, colorem album adhibendum, et minime genuflectendum esse in Missa. Quae sententia praxi Rmi Capituli Ss. Lateranensis Ecclesiae fulciebatnr.

Rocce decreto S. R. C. e contra adversariorum sententiam probavit, et tenendam statuit, nempe : in Missa vigiliae Immaculatae Conceptionis B. M. V. colorem violaceum adhibendum, et consequenter in ea genuflectendum. Et sane vigilia per se et ex institutione est utique praeparatio ad festum, sed poenitentialis, unde in populo christiano sensus invaluit, ut etiam private, quandocumque quis vult se disponere ad festum aliquod digne celebrandum ieiuniis, poenitentiis et humilitatis actibus, una cum orationibus id faciat. Hinc vigilia est per se semper ferialis, et fere nihil in officio habet de festo, imo et ipsa Missa, etsi festum respiciat, attamen non omnia habet de festo neque ipsam praefationem, quamvis festum propria gauderet, et celebratur ritu feriali. Excipiuntur utique ex hac lege aliquae vigiliae, sed peculiari ex ratione. Quando igitur rubrica loquitur de vigiliis, quae ieiunantur, et de vigiliis, in quibus non ieiunatur, hoc non tam ad factum ipsum, quam ad ius refertur, et quidem pro tempore quo rubrica exarata fuit. Hinc, tempore paschali, quia non ieiunatur, omnino ablata fuit vigilia in festo Ss. App. Philippi et Iacobi : poterat utique fieri sicut pro festo Ascensionis; sed quia pro illis rationes, quae pro ista militant, non aderant, hinc vigilia praetermissa penitus fuit.

Vigilia igitur per se redolet moerorem et moestitiam, adeoque celebranda ritu feriali et poenitentiali, nisi ratio specialis obstet, uti pro vigiliis Epiphaniae et Ascensionis Domini, quae non ieiunantur, nec non Pentecostes, etsi in ieiunio.

DECRETA INEDITA

URBIS ET ORBIS. S. Ioseph, Sponsus B. M. V., Patronus Ecclesiae Catholicae declaratur, eiusque festum ad ritum dupl. 1 class, elevatur.

Quemadmodum Deus Iosephum illum a Iacob Patriarcha progenitum praepositum constituerat universae terrae Aegypti, ut populo frumenta servaret, ita temporum plenitudine adventante, cum Filium suum Unigenitum mundi Salvatorem in terram missurus esset, alium selegit Iosephum, cuius ille primus typum gesserai, quemque fecit Dominum et Principem domus ac possessionis suae, principaliumque thesaurorum suorum custodem elegit. Siquidem desponsatam sibi habuit Immaculatam Virginem Mariam, ex qua de Spiritu Sancto natus est Dominus Noster Iesus Christus, qui apud homines putari dignatus filius Ioseph, illique subditus fuit. Et quem tot reges ac prophetae videre exoptaverant, iste Ioseph non tantum vidit, sed cum eo conversatus, eumque paterno affectu complexus, deosculatusque est, nec non solertissime enutrivit, quem populus fidelis uti panem de coelo descensum sumeret, ad vitam aeternam consequendam. Ob sublimem hanc dignitatem, quam Deus fidelissimo huic servo suo contulit, semper beatissimum Iosephum, post Deiparam Virginem eius Sponsam, Ecclesia summo honore ac laudibus prosequuta est, eiusdemque interventum in rebus anxiis imploravit. Verum, quum tristissimis hisce temporibus Ecclesia ipsa ab hostibus undique insectata adeo gravioribus opprimatur calamitatibus, ut impii homines portas inferi adversus eam tandem praevalere autumarent, ideo Venerabiles universi Orbis catholici Sacrorum Antistites suas ac Christifidelium eorum curae concreditorum preces Summo Pontifici porrexerunt, quibus petebant, ut Sanctum Iosephum Ecclesiae Patronum constituere dignaretur. Deinde, quum in Sacra Oecumenica Synodo Vaticana easdem postulationes et vota enixius rénovassent, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX, nuperrima ac luctuosa rerum conditione commotus, ut potentissimo sancti Patriarchae Iosephi patrocinio se ac fideles omnes committeret, Sacrorum Antistitum votis satisfacere voluit, eumque Ecclesiae Catholicae Patronum solemniter de-

clara vit, illiusque festum, die decimanona Martii occurrens, in posterum sub ritu duplici primae classis, attamen sine octava ratione Quadragesimae, celebrari mandavit. Disposuit insuper, ut hac die, Deiparae Virgini Immaculatae ac castissimi Iosephi Sponsae sacra, huiusmodi declaratio per praesens Sacrorum Rituum Congregationis Decretum publici iuris fieret. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die VIII Decembris anni 1870.

C. Episcopus Ostien. et Veliternen. Card. PATRIZI,
S. R. C. *Praef*

L. & S.

D. **BARTOLINI**, S. R. C. *Secretarius.*

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI CAPUCCINORUM. P. Ministro Generali Ordinis Minorum Capulatorum tribuitur facultas benedicendi et imponendi Seapulare S. Ioseph Sp. B. M. V., et ad hoc alios Sacerdotes delegandi.

Ex quo cultus fidelium erga sanctum Iosephum Deiparae Sponsum et Catholicae Ecclesiae Patronum in sacra Liturgia auctus fuit, pius usus benedicendi ac deferendi Seapulare in eius honorem, annuentibus et opitulantibus Sacrorum Antistitibus, invaluit, praesertim in Gallus atque Helvetiorum et Belgarum regionibus. Quum vero ad illius propagationem Alumni Ordinis Minorum Sancti Francisci Capulatorum in memoratis regionibus iugi studio adlaboraverint, hinc Rmus P. Fr. Bruno a Pintia Procurator ac Definitor Generalis totius Ordinis, ab Apostolica Sede humillimis datis precibus effla gita vit; ut Rmo P. Ministro Generali pro tempore Ordinis ipsius tribueretur facultas benedicendi, atque utriusque sexus Fidelibus imponendi praedictum Seapulare, cum potestate ad huiusmodi Scapularis benedictionem et impositionem Sacerdotes sive saeculares sive regulares delegandi.

Quibus precibus ab Emo et Rmo Dno Cardinali Raphaele Monaco la Valletta, Episcopo Ostiensi et Veliternensi, Causae Ponente, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis Coetu subsignata die ad Vaticanum coadunato relatis, Emi ac Rmi

Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus maturo examine perpensis, ac audito voce et scripto R. P. D. Augustino Gaprara Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuerunt: *Pro gratia, si Sanctissimo placuerit,* verum sub conditione, ut color et forma praefati Scapularis sit eadem ac illa, quae iam obtinet in Dioecesi Veronensi, et pro benedictione et impositione eiusdem Scapularis adhibeatur formula huic Decreto praevia (1). Die 15 Aprilis 1893.

Facta postmodum de his, per me infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, SSmo Dno nostro Leoni Papae XIII relatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 18 iisdem mense et anno.

C. **CARD**. ALOISI-MASELLA, S. *R. C. Praef.*

L. * S.

V**INCENTIUS NUSSI,** *Secr.*

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

De Sanctissimae Eucharistiae specierum genuinitate et conservatione curanda ad Revmos DD. locorum Ordinarios.

Illme ac Rme Domine,

Pluries et variis ex locis Supremae huic Congregationi S. Officii dubia proposita sunt circa materiam (panem et vinum) SSmi Eucharistici Sacramenti. Cum enim inhonestorum quorumdam mercatorum eo iam malitia pervenerit, ut farinas tritíceas aliarum tum vegetalium tum etiam mineralium substantiarum admixtione adulterare, vinaque vel ex toto vel ex parte haud ex genimine vitis conficere passim non vereantur, cumque non raro difficile admodum sit, vel ipsis chimices peritis huiusmodi* fraudes agnoscere; non immerito dubitatum est, num

(1) V. Rituale Roman., in Appendice.

ad licitam, imo et validam consecrationem farinae vel hostiae vinaque quae sunt in commercio, tuto adhiberi valeant.

Cum res, ut patet, maximi sit momenti et, ceterum, de farinarum vinorumque frequentibus adulterationibus dubitari nequeat; Emi DD. Cardinales una mecum Inquisitores Generales pastoralem Rmorum DD. Ordinariorum sollicitudinem excitandam censuerunt ut, accuratis institutis investigationibus, si quos abusus irrepsisse compererint, funditus convellere satagant, ac diligenter caveant ne quid in posterum in propriis ditionibus fiat quod a latis nedum circa naturam sed et circa conservationem Sacrarum Specierum dispositionibus, quae a probatis auctoribus traduntur quaeque praesertim in Rubricis Missali Romano praepositis continentur, quomodocumque sit absonum. Quoties vero de venalium farinarum vel hostiarum vinorumque genuinitate rationabile adsit dubium, Sacerdotes sibi subditos ab eorum usu in conficiendo SSmo Altaris Sacramento omnino prohibeant, eosque practicam rationem doceant genuinam materiam sibi comparandi. Quod demum, spectat ad Missas dubia materia antehac forte celebratas, ad S. Congregationem recurrant.

Quae quidem omnia dum, ut mei muneris est, cum Ampi. Tua communico, libenter occasionem nactus, fausta quaeque ac felicia Tibi precor a Domino.

Datum Romae ex S. O. die 30 Aug. 1901.

L. M. **CARD**. PAROCCHI.

DUBIA quoad aquam mixtam cum hydrargiro bichlorato, utendam in baptismate infantium.

Beatissime Pater,

Archiepiscopus Ultrajectensis, ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, humiliter exponit quae sequuntur.

Plures medici in nosocomiis, aut alibi casu necessitatis infantes, praecipue in utero matris, baptizare solent aqua cum hydrargyro bichlorato corrosivo (Gallice : Chloride de mercure) permixta. Componitur fere haec aqua solutione unius partis" huius chloreti hydrargyrici in mille partibus aquae; eaque solu-

tione aquae potio venefica est. Ratio autem cur hac mixtura utantur est, ne matris uterus morbo afficiatur.

Quae quum ita sint, pro maiori rei gravissimae securitate, Sanctitatem Vestram enixe rogo, ut haec dubia solvere dignetur:

I. Estne Baptisma cum huiusmodi aqua administratum certo an dubie validum?

IL Estne licitum, ad omne morbi periculum vitandum, huiusmodi aqua Sacramentum Baptismatis administrare?

III. Licetne etiam tum hac aqua uti, quando sine ullo morbi periculo aqua pura adhiberi potest?

Feria IV, die 21 Augusti 1901.

In Congregatione Generali habita ab Emis ac Rmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. CC. S. Officii voto', iidem Emi Dñi respondendum censuerunt:

Ad 1. *Providebitur in 2.*

Ad 2. *Licere, ubi verum adest morbi periculum.*

Ad 3. *Negative.*

Insequenti vero feria VI, die 23 eiusdem mensis et anni, in solita audientia a R. P. D. Commissario S. O. impertita, SSmus D. N. D. Leo Div. Prov. PP. XIII, audita de omnibus et singulis praemissis relatione, responsiones Emorum Patrum confirmavit.

I. Can. M**ANCINI** *S. R. et U. Inquisii. Notarius.*

LITTERAE SSmi. D. N Leonis XIII ad Ordinarios Bohemiae et Moraviae quoad linguarum quaestionem.

Die 20 Augusti 1901.

Reputantibus saepe animo quae sit conditio ecclesiarum vestrarum, occurrunt Nobis, quod nunc fere ubique, plena omnia metus, plena curarum. Illud tamen gravius apud vos incidit, quod, cum res catholica hostium externorum invidiae atque astui pateat, domesticas etiam caussas habet, quibus in discrimen trahatur. Dum enim haereticorum hominum opera palam obscureque id agitur ut error pervadat fidelium animos; crebrescunt quotidie inter ipsos catholicos semina discordiarum: quo nihil sane aptius ad incidendas vires constantemque frangendam.

Potior autem dissensionis ratio, in Bohemis praesertim, repetenda est ex sermone, quo incolae, pro sua quisque origine utuntur. Insitum enim natura est acceptam a proavis linguam amare tuerique velle.

Nobis quidem a dirimendis de re hac controversiis abstinere decretum est. — Profecto sermonis patrii tuitio, si certos intra fines consistit, reprehensionem non habet : quod tamen de ceteris privatorum iuribus valet, valere hic etiam tenendum est; ne quid ex eorum prosecutione communis reipublicae utilitas patiatur. Est igitur eorum, qui publicam rem administrant, sic, aequitate incolumi, velle integra singulorum iura, ut commune tamen civitatis bonum stet atque vigeat.

Quod ad Nos attinet, monet officium cavere sedulo, ne ex eiusmodi controversiis periclitetur religio, quae princeps est animorum bonum ceterorumque bonorum origo.

Itaque, Venerabiles Fratres, vehementer cupimus atque hortamur ut fideles, cuique vestrum crediti, etsi ortu varii ac sermone sunt, eam tamen necessitudinem animorum retineant longe nobilissimam, quae ex communione fidei eorumdemque sacrorum gignitur. Quotquot enim in Christo baptizati sunt, unum habent Dominum unamque fidem; atque adeo unum sunt corpus unusque spiritus, sicut vocati sunt in una spe vocationis. Dedecet vero, qui tot sanctissimis vinculis coniunguntur eandemque in coelis civitatem inquirunt, eos terrenis rationibus distrahi, invicem, ut inquit Apostolus, provocantes, invicem

invidentes.— Haec ergo, quae ex Christo est, animorum cognatio assidue fidelibus est inculcanda omnique studio extollenda. « Maior est siquidem paternitas Christi quam sanguinis : sanguinis enim fraternitas similitudinem tantum corporis refert; Christi autem fraternitas unanimitatem cordis animaeque demonstrat, sicut scriptum est: Multitudinis credentium erat cor unum et anima una (1) ».

Qua in re, homines sacri cleri exemplo ceteros anteire oportet. Praeterquam enim quod ab eorum officio dissidet eiusmodi se dissensionibus immiscere; si in locis versantur, quae ab hominibus incoluntur varii generis variaequeUinguae, facile, ni ab omni contentionis specie abstinent, in odium ofiensionemque alterutrius partis incurrent; quo nihil sacri muneris exercitationi infestius. Debent sane fideles re usuque cognoscere ecclesiae ministros non nisi aeternas aestimare animorum rationes, nec prorsus quae sua sunt studere sed unice quae iesu Christi.

Quod si omnibus universe haec nota est, qua Christi discipuli dignoscantur, ut dilectionem habeant ad invicem ; id de hominibus sacri cleri mutuo inter se multo magis tenendum est. Neque ideo solum quod Christi caritatem hausisse largius merito censendi sunt ; verum etiam quod quisque eorum, fideles alloquens, debet Apostoli verbis posse uti (2); Imitatores mei estote, sicut et ego Christi.

Facile quidem damus id esse factu perarduum, nisi elementa discordiarum mature ex animis eradantur, tunc videlicet quum ii, qui in cleri spem adolescunt, in sacris seminariis formantur. Quamobrem, Venerabiles Fratres, hoc studiose curetis ut seminariorum alumni tempestive discant in fraternitatis amore simplici ex corde invicem diligere, utpote renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi (3). — Erumpentes autem animorum perturbationes cohibete fortiter nec pacto ullo vigere patiamini; ita ut qui clero destinantur, si labii unius, ob originis discrimen, esse nequeunt', at certe cor unum sint atque anima una.

Ex hac porro voluntatum concordia, quae in cleri ordine eluceat, illud, ut iam innuimus, praeter cetera, commodum *se-*

***il)* S. Maxim, inter Serai. S. Aug. C.**
(2) Philipp. III, 17.
(3) Petr. I, 22 s.

quetur, quod sacrorum ministri efficacius] monebunt fideles, ne in tuendis vindicandisque iuribus, suae cuiusque gentis propriis, praetereant modum, nimiove studio abrepti iustitiam et communes reipublicae utilitates posthabeant. — Hoc namque ob regionum vestrarum adiuncta, praecipuum modo esse officium sacerdotum putamus, opportune importune fideles hortari ut alterutrum diligant; monereque assidue, christiano nomine dignum non esse, qui animo et re mandatum novum a Christo datum non impleat, ut diligamus invicem sicut ipse dilexit nos.

Non autem is implet, qui caritatem ad eos tantum pertinere putet, qui lingua vel genere coniuncti sunt. Si enim, inquit Christus, diligitis eos qui vos diligunt, nonne et publicani hoc faciunt? et si saluta verius fratres vestros tantum, nonne et ethnici hoc faciunt? Nimirum (1) caritatis christianae hoc proprium est ut ad omnes aeque se porrigat; non enim, ut monet Apostolus, est distinctio iudaei ac graeci; nam idem Dominus omnium dives in omnes qui invocant illum (2).

Deus autem, qui caritas est, impertiat benigne ut idem omnes sapiant, unanimes, idipsum sentientes, nihil per contentionem; sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes; non quae sua sunt singuli considerantes, sed ea quae aliorum **(3).**

Horum vero sit auspex Nostraeque simul benevolentiae testis apostolica benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres, ac fidelibus cuique vestrum commissis amantissime in Domino elargimur.

Datum Romae, apud S. Petrum die XX Augusti MCMI, Pontificatus Nostri anno vicesimo quarto.

(1) Matth. V, 46 s.
(2) Rom. X, 12.
(3) Philipp. II, 2.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

TORNACEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Die 26 Ianuarii et 17 Augusti 190i.

Sess. 24, cap. 5, De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Gustavus, dioecesis Tornacensis, die 23 Februarii 1895, praemissis solemnitatibus civilibus, coniugali foedere coram Ecclesia iunctus est Mariae, dioecesis Mechliniensis. - At huic matrimonio miserrimus cito secutus est exitus ; siquidem, si vera sunt quae narrantur, Maria hoc matrimonium eo fine contraxisse videtur, ut per civilem contractum legitimis natalibus restitueret prolem, quam tribus abhinc annis habuit ex alio viro. Quocirca, fatente Gustavo, coniuges prima nuptiarum nocte uno eodem ledo usi sunt; sed mulier ob quamdam transitoriam infirmitatem matrimonium consummare renuit, quinimo mane insequentis diei a marito discessit et apud matrem se recepit. Post decem dies ad maritum rediit, et nocte cum eo dormivit, quin tamen, uti fertur, induci potuerit ad coniugale debitum reddendum ; quocirca altera post die maritalem domum iterum dereliquit, non amplius reversura.

Huiusmodi status pertaesus vir, ut aliam mulierem sibi sociam haberet, obtenta prius a tribunali civili favorabili sententia divortii, ad SSmum Principem recursum habuit, implorans ut secum dispensaretur super matrimonio rato et non consummato. Preces remissae fuere Ordinario Tornacensi, ut super asserta non consummatione matrimonii processum institueret. Reque vera Curia Tornacensis, rite tribunali constituto, virum excussit ac septimae manus testes, qui de honestate et veracitate actoris plenum dederunt testimonium; mulier vero ter vocata, totidem contumax iudicis mandato non paruit.

Quare, processu absoluto, Episcopus Tornacensis acta S. Cong. transmittens, haec simul significavit: « Si quid •sententiam aperire liceat, omnia conspirant ut matrimonii inconsummatio aperte demonstretur. Sive enim attendas ad verba quae, iuxta testes fide dignos, Gustavus tempore non suspecto protulit, sive ad extraordinaria facti adiuncta, sive tandem ad depositiones testium septimae manus, indubium prorsus videtur matrimonium non fuisse consummatum, neque ullus ex iis qui omnia resciverunt, hac de re unquam dubitavit.

« Maria, quae meretriciam vitam agit, a Mechliniensi iudice citata comparere noluit, persuasumque est omnibus ipsam in toto hoc negotio id unum intendisse ut filiae suae legitimationem coram civili magistratu obtineret, simulque pecuniam quam Gustavum possidere existimabat, sibi arriperet.

« Attamen, ad praetensas Gustavi divitias quod attinet, animadvertendum est ipsum vix octo aut novem francorum millia habere; quae summa, attentis Belgii nostri conditionibus, ad vitam de die in diem ducendam minime sufficit; •et revera Gustavus a magistratibus civilibus facile obtinuit ut causa ipsius gratuito ventilaretur. Quocirca a Sacra Congregatione humiliter peto, ut ex Eminentissimorum Patrum benignitate, processus in forma oeconomica tractari possit et valeat ».

Disceptatio Synoptica

VOTUM CANONISTAE. Committente S. C. C. Episcopus Ordinarius Tornacensis processuales actus confici decrevit, coniugibus vadimonium constituens, quod tamen uxor, quam ceteroquin vitam scitum est ducere flagitiis deditam, fastidiose deseruit.

Pro more iam consueto de duobus inquiramus oportet, utrum scilicet ex inspectis, cuiae praesto sunt iudicialibus actis, tum de huius matrimonii inconsummatione constet,

tum de sufficientibus causis petitam impertiendi dispensationem.

Ad primum quod spectat, res difficultate utique non caret quum de coniugio agatur, quod opere fuisse perfectum iuris de iure praesumptio suadere dicenda est. Verum quod vehementer et etiam aliquando praesumitur necessario semper ut verum non habetur, unde iure meritoque veritati praesumptio qualiscumque cedat necesse est. Sed neque inter personas ad rem coniugalem habiles, repetita etiam condormitio praesumptionis limites excedit, aut facit « ut matrimonium amittat qualitatem et denominationem rati ». Ursaias, *Discipl. Eccl. T. II, P. I.* Et hoc valere potius videtur de coniugibus superadultis atque venereis iam assuetis; imo etiam lassatis. Maxime autem contra praesumptionem admittendae probationes sunt, ubi constat ex parte alterutrius saltem coniugum politicum magis fuisse matrimonium quam ex affectu contractum. Porro sic in themate contigisse omnino videtur. De Maria acta testantur meretriculam habitam esse atque eo fine Gustavum duxisse, ut filium a duobus circiter annis ex illegitimis amoribus sibi natum, hic agnoscens, cognomen ipsi cederet.

« Gomme avocat de Gustave j'ai été amené à faire une enquête sur la conduite de sa femme : je me suis adressé à cet effet au commissaire de police de Saint-Josse où habitait Marie et j'appris à son sujet les choses les plus défavorables. *C'est une véritable femme publique dont la maison aurait même été ouverte à tous venant.* La femme avait eu un enfant avant le mariage; als l'ont légitimé par le mariage ». Sic sub sacramento coram ecclesiastico iudice testis *Victor Gauthier* advocatus.

Plane eodem sensu alius testis Leopoldus Huet : « Dans le but de rendre service à Gustave, je résolus de tenter une démarche auprès de Marie. Quand j'arrivai, l'aspect de la maison ne me disait rien de bon. Je me renseignai dans deux maisons voisines où j'appris que Marie était une sorte de femme publique ».

Ad Gustavum autem quod spectat, integra septima manus testatur, virum esse mirae simplicitatis honestum, religiosum, veracem ita ut quae de non consummato suo matrimonio ipse declaravit tanquam veritati consona haberi debeant. Unum vel alterum testium audiamus.

Actoris parochus: « Gustave est un esprit très singulier; c'est un paroissien tout ordinaire remplissant généralement ses devoirs religieux_____Quant à la parfaite sincérité de sa déposition, j'estime qu'elle est absolument hors de doute ».

Aemilius Tamine : « Je connais Gustave depuis son arrivée à Soignies. C'est un brave et honnête homme, il fait ses devoirs religieux et je suis convaincu que tout ce qu'il a dit est parfaitement vrai ».

Joël Soumillon : « Je connais Gustave depuis un an que je suis son voisin. Je le regarde comme un homme religieux et honnête, un peu *bonasse* (simplex) et je suis convaincu qu'il dit l'exacte vérité ».

Edmundus Boetz : « Je regarde Gustave comme un homme honnête et religieux, et je suis persuadé que tout ce qu'il a dit dans sa déposition qu'on vient de me lire est parfaitement vrai ».

Ex his iam quae ipse actor coram iudice sub i religione declaravit haec transcripsisse iuvabit.

« Dès la première nuit je réclamai de mon épouse l'accomplissement du devoir conjugal. Elle s'était mise au lit couverte d'une partie de ses vêtements. Elle me dit qu'elle était malade, qu'elle était dans sa mauvaise semaine et qu'il ne pouvait être question de cela. Quand elle vint à Soignies, dix jours plus tard, elle se mit au lit complètement vêtue et me déclara qu'elle ne s'était pas mariée pour avoir des enfants et que si je la touchais, elle se jetterait par la fenêtre. Là dessus je n'insistai pas; à Bruxelles non plus je n'avais pas insisté. Je compris que j'avais été trompé. Arrivée á dix heures du matin, elle repartit le lendemain. Je ne l'ai plus jamais revue par la suite ».

Interrogatus utrum tempore non suspecto factum cum aliquo communicasset, respondit se rem totam statim Leopoldo Huet narrasse. Et re quidem vera testem hunc scimus Bruxellas se contulisse, ut mulierem ad virum reduceret. Neque soli mox citato testi actor secretum suum tunc, tempore scilicet minime suspecto, commisit. Ita enim testis alius Edmondus Boetz: « Tout ce que je sais à son sujet, je le sais par Gustave. Il m'a raconté exactement ce qu'il a dit dans sa déposition qui vient de m'être lue. C'est par lui que j'ai appris que Marie s'était refusée à remplir ses devoirs conjugaux. *Il me Va dit immédiatement après.* Il n'a jamais cessé de le dire ».

Sed et testis tertius sponte idem secretum ab actore scivisse coram iudice declaravit : « Quand Gustave a dit au tribunal qu'il avait fait des confidences à Mr. Boetz et Huet, il ne s'est sans doute pas souvenu qu'il m'avait également parlé de son affaire dans les mêmes termes ».

Hisce omnibus et singulis circumstantiis atque iudiciis libratis, videntur utique adesse argumenta moraliter sufficientia, quae prudenti aestimatori persuadeant, matrimonium de quo in casu, non fuisse re completum, sed simpliciter ratum mansisse.

Superest ut ad inquirendum gradum faciamus, utrum sufficientes etiam dentur in casu rationes et causae quibus Pontifex moveri solet ad dispensationem elargiendam. Iam vero inter causas huiusmodi recenseri gravem animorum dissociationem, quae reconciliationis omnem spem abstulit omnes consentiunt (Cf. Sanch. *L. II,disp. 16, n. 3)* imo etiamsi sola fuerit per se sufficeret, cum propter hanc facile oriuntur dissidia et simultates tum inter coniuges ipsos, tum inter consanguineos et affines. Tali autem reciproca aversione et inimicitia in casu coniuges esse animatos, in comperto est. Cum testis L. Huet Bruxellas se contulerit, ut mulierem ad meliores sensus erga maritum adduceret, haec respondit : « qu'elle aimerait mieux se jeter sur les rails du chemin de fer que de se laisser toucher par ce sale cochon ».

Quoad maritum ipsum, scimus causam divortii apud iudicem saecularem introduxisse atque petitam sententiam impetrasse, qua omnis reconciliationis spes et via excluditur. Ceteroquin ex sententia eadem apparet Mariam meretricio commercio minime denunciasse atque inter continua adulteria volutari. Et in hoc altera habetur causa non parum movens ut super matrimonio simpliciter rato dispensetur.

Demum dubitari potest tale coniugium unquam verum extitisse, cum mulier illud ioco potius quam serio iniisse videtur, debitum coniugale ea de ratione denegans, quia non ut filios procrearet se contraxisse; « elle ne s'était pas mariée pour avoir des enfants » atque sic finem primarium consilio excludens, contractum ipsum matrimonialem nullum reddidit.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Iugale vinculum, quod die 25 Februarii anno 1.895 Gustavus in aetate annorum 42 constitutus, contraxit cum Maria, opere imperfectum proclamat.

Si ipsum audias, neo-coniuges prima nuptiarum nocte in domo sponsae commorati, communione quidem thalami usi sunt, sed uxor coniugali genio indulgere recusavit. Postridie diei nuptiarum vir ad propria reversus est. Post decem dies uxor viri domum petiit, nocte cum viro condormivit, at a viro tangi passa minime est, et post 24 horas, idest hora 10 insequentis diei viro valedixit non amplius eum salutatura.

Res est de coniugibus, ad officia coniugalia aptis ambobus, nec veneris abstemiis ; nam Gustavus aliam iam defunctam luget uxorem, Maria vero iam tribus ab annis ex clandestino concubitu prolem susceperat : idque Gustavo, si actori fidem adiicias, denuntiaverat. Matrimonii hisce in adiunctis demonstrare inconsummationem, opus fere impossibile censet Card. De Luca: « Difficultas magna apud me erat (ita ille *De matrim, disc. 9, n. 15)* quod ageretur de vidua, quae cum viro iam dormierat, ideoque non agnoscebam quomodo convinci posset negativa consummationis ma-

trimonii, licet enim id non sit omnino impossibilis iustificationis, attamen videtur nimium difficilis, adeo ut sit difficultas, quae quodammodo fraternizet cum impossibilitate ».

Spectatissimi viri, iudex tornacensis atque consultor canonista commoventur quod Leopoldus Huet, Edmundus Boëtz et Homerus Destrait testentur se matrimonii inconsummationem ab ore Gustavi accepisse statim atque Maria a viro discessit, et proin tempore, quod contradictores *non suspectum* existimant. Sed tempus illud suspectissimum mihi videtur cum coniuges seiuncti iam ab invicem fuissent absque spe reconciliationis.

Nec negotium facessit quod Leopoldus Huet referat se ab ipsamet Maria audiisse « qu' elle aimerait mieux se jeter sur les rails du chemin de fer ou dans la seine que de se laisser toucher par ce sale cochon ». Suspicio namque minime abest quin Gustavus, antequam matrimonio Mariam sibi iungeret, ignoraverit pessundatos eius mores; cumque id perspexisset in matrimonii consummatione, iras effudit. Hinc Leopoldus Huet, qui dormiebat in attiguo cubili testatur: « *J'ai entendu du bruit, des* pleurs, *des* cris ». Ad incitas redacti coniuges, consilium quaerunt a causidico, qui eis significat inconsummationem matrimonii unam esse e naufragio tabulam. Hac re cognita, coniuges colludunt ac matrimonium inconsummatum ex condicto evulgant.

Quae collusio semper timenda est in concordi coniugum confessione, quia monet nos pontifex Coelestinus tertius in *cap. 5 De eo qui cogn,- cons. etc.* - ibi - « Tuae fraternitati respondemus quod propter eorum confessionem tantum vel rumorem viciniae separari non debent, cum et quandoque nonnulli inter se contra matrimonium velint colludere... Rumor autem viciniae non adeo est iudicandus validus, quod nisi rationabiles et fide dignae probationes accedant, possit bene contractum matrimonium irritari ». At praesenti in causa potiori quadam ratione collusio timenda est, quia de coniugibus agitur quam maxime levibus, quippe qui matrimonium conciliarunt per ephemerides. Ait enim Gustavus :

« C'est vers le mois d'Octobre 1894 que je fis la connaissance de Marie. J'avais fait insérer dans le journal *Le Soir* de Bruxelles un avis annonçant qu'un homme veuf, âgé de tel âge, désirait contracter mariage. Je reçus alors une lettre de Marie dans laquelle elle me disait qu'elle désirait faire ma connaissance. Ceci se passait vers le mois d'Octobre 1894. Je me rendis alors chez elle, et d'après les entrevues que nous eûmes je crus pouvoir juger que le parti était sérieux ».

Doleo quod iudex inquisitor de collusionis periculo sollicitus haud fuerit, quod perpaucos quos excusit testes, hac de re minime fuerit percontatus. Quinimo quod testes ex latere mulieris sive in eius cognatione sive vicinia non perquisierit: quorum examen iure decretalium negligi nequit quin sententia vitio nullitatis tabescat, ceu tradit Sánchez *De matrim, lib. 7, disp. 108, n. 9.* Sacra véro Congregatio Concilii quaerenti Archiepiscopo Varsaviensi : « Sitne in causis nullitatis matrimonii ex quocunque titulo coram iudice spirituali agitatis necesse exigere, ut testes septimae manus producantur, an vero id in solis causis ex capite impotentiae devolutis observandum, in caeteris autem omnibus praetermitti possit? » die 16 Iunii 1894 rescripsit: « *Negative ad primam partem, et testimonium septimae manus stricto sensu sumptum exigi ad, corroborandam confessionem coniugum quoad* inconsummationem matrimonii ».

CAUSAE PROSECUTIO. Praesens controversia circa dispensationem matrimonii, initi inter Gustavum et Mariam, proposita fuit die 26 Ianuarii 1901 sub assueta dubitandi formula : *An consulendum sit SSnio super dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu ;* cui responsum prodiit : *Dilata et compleantur acta.*

Hac de re Ordinario loci mandatum est : « ut alii testes examinentur vocati ex officio, et ut fieri possit examinetur septima mulieris manus, nempe propinqui, qui praesumuntur scire aliquid circa non consummationem matrimonii ; opportunum praesertim videtur investigare si testes

aliquid sciverint antequam causa de dispensatione introducta esset ».

Episcopus Tornacensis, qua par erat sollicitudine, ad normam praefatae instructionis, novos testes percontavit, quorum depositiones hic adnectuntur.

Vicarius parochialis ait : « Je n'oserais pas dire que Gustave soit un homme foncièrement religieux ; il conserve toutefois des sentiments religieux ; c'est un honnête homme, et je crois que dans sa déposition il a été absolument sincère ».

Tout ce que je sais, de Marie c'est ce que j'ai entendu dire çà et là: elle habite à Bruxelles un quartier mal famé où le Doyen et ses vicaires n'osent pas s'aventurer même en plein jour ».

J'ai entendu dire qu'elle se serait refusé à remplir ses devoirs conjugaux.

« Mr. le Doyen, par d'autres que je ne saurais désigner. C'était un bruit comme tant d'autres ; je n'y attachai alors aucune importance ; c'était peu de temps après le mariage et je ne pouvais même pas supposer qu'il se serait agi un jour d'en déposer devant un tribunal ».

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. In causa matrimonii, quod die 25 Februarii 1895 Gustavus viduus, contraxit cum Maria in aetate annorum 42 iam constitutus, disputata generalibus in comitiis diei 26 Ianuarii 1901 ; S. C. C. ad inscriptam rogationis formulam rescribendum censuit: - *Dilata et compleantur acta.* -

Hunc in finem Tornacen. sacrorum antistes excussit quidem nonnullos testes, at nemo eorum Mariam cognoscit. Refert ille : « At, septimam mulieris manum quod attinet, conatus omnes in irritum cessere : ea enim est huius mulieris conditio ut certa careat genealogia et, modo huc modo illuc discurrens, nec vicinos habeat. Quisnam sit ortus ipsius, quodnam domicilium, quod matris genus, ignoratur. Mirandum igitur non est si acta suppletorii processus, quae hodie ad Eminentiam Tuam dirigo, de septima mulieris manu sileant ».

Neque ego inficias eam rem omnino se habere prouti illas refert reverendissimus Praesul. Hoc tamen minime obstante examen septimae manus ex utroque latere iure decretalium praetermitti nequit quin sententia vitio nullitatis tabescat, ceu tradit Sánchez, *De matr. lib. 7, disp. 108, n. 9.* Et Sacra haec 'Congregatio quaerenti Archiepiscopo Varsaviensi : « Sitne in causis nullitatis matrimonii ex quocunque titulo coram iudice .spirituali agitatis necesse exigere, ut testes septimae manus producantur, an vero id in solis causis ex capite impotentiae devolutis observandum, in ceteris autem omnibus praetermitti posse? » die 16 Iunii 1894 rescripsit: « *Negative ad primam partem, et testimonium septimae manus stricto sensu sumptum exigi ad corroborandam confessionem coniugum quoad inconsummationem matrimonii ».*

Quod vero gravius omnino est, in praesenti causa, non mulier excussa fuit, quippe quae vadata, in iudicio sisti recusavit : ac matrimonii, si vera esset inconsummatio , non alii quam mulieri ascribenda esset.

Hisce praemissis, enodandum propositum fuit

Dubium

An consulendum sit SS Uto super dispensatione a matrimonio rato et non consummato.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii re disceptata sub die 17 Augusti 1901, censuit respondere: *Affirmative.*

ARIANEN, et SURRENTINA

PENSIONIS

Die 14 Decembris 1901.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. In supplici libello quem ad S. C. C. dabat Franciscus de Simone, Canonicus Archipresbyter Capituli olim Cathedralis loci *Vico Equense* in Archidioecesi Surrentina, referebat ipsum ad titulum S. Patrimonii, obtinuisse Regio Decreto a. 1859 pensionem pro annuis ducatis 40, impositam supra Mensam Episcopalem Arianen, in Apulia, et in supplici libello haec animadvertebat : pensio haec soluta fuit ab Episcopo usque ad annum 1899, quo cessavit omnino aiens, eiusmodi pensione se oneratum fuisse in tertia parte redituum reservata pro conferendis pensionibus; quae tertia pars quum Fisco cesserit, onus hoc omnino nullum evasisse. Gubernium civile ad quod recursus habuit canonicus, respondit Episcopum persolvere debere pensionem.

Episcopus Arianen, respuens onus eiusmodi solutionis advertebat litteris die 18 Martii 1901, « tertiam partem, super quam reges neapolitani imponebant pensionem in beneficiis maioribus, devolutam fuisse Coronae Italiae, et ideo ab eadem solvendas esse antiquas illas pensiones ».

Ad has Episcopi animadversiones responsum fuit dando litteras eidem instantes, ut quo magis fieri poterat ratio haberetur iuris Canonici De Simone et una simul expeteretur a Fisco ea indemnitas quae iuxta vigentes civiles leges obtineri fas erat. Episcopus alias dabat litteras die 31 Iulii 1901 et referebat, se nihil aliud obtinere posse a Fisco nisi diminutionem partis *imponibilis* non vero taxae seu *impositionis* diminutionem ad summam 170 libellarum.

Episcopus vero autumat potissimum se immunem esse ab onere exsolvendae pensionis, quia bona pertinentia ad tertium pensionabile, quibus bonis solvenda imposita fuit pensio, a Fisco fuisse surrepta; proindeque *onera* secuta esse

bona quibus inhaerebant, illaque sustinenda esse ab hodierno bonorum possessore. - Verum haec ratio non videtur examussim urgenda, siquidem pensio non imposita fuit exsolvenda quasi onus reale, censúale, hypothecarum aut servitutis quibusdam, fundis *certis* et *determinatis,* sed patet'impositam fuisse Mensae Episcopali, cuius reditus, pro tertia parte ex concessione S. Sedis, obnoxia erant elargitioni Principis, qui exinde pensiones attribuebat sacerdotibus pauperioribus.

Praeterea Episcopus videtur non posse sibi vindicare ius constitutum per celebre decretum *Cum nuperrimis* editum die 28 Ian. 1871 a S. Cong. EE. et RR., quippe hoc directus intendit opem ferré béneficiatis qui beneficium possidere incoeperint fruentes certis reditibus, quos postea iidem beneficiati habent valde diminutos ob imposita vectigalium onera a Civili gubernio. Decretum enim perpendit hanc miserrimam beneficiatorum conditionem aiens : « *Huiusmodi in augustus constitutis* (béneficiatis) *illud vel maxime grave ipsis visum est, quod ad pensionimi solutionem ab iis urgeantur, quorum favore in actu collationis legitime sunt impositae et reservatae* ». Et hanc semper fuisse mentem S. Cong. EE. et RR. in expediendis eiusmodi quaestionibus, patet ex pluribus responsionibus ab ista Congregatione redditis ut evincitur ex rescripto edito ab eadem Cong. in Calataieronen. *Pensionis* die 18 Maii 1896. - Quum enim quaereretur an iure Episcopus in persolvenda pensione ipsi imposita ad libellas 3936,25, retentionem fecerit taxae ab eo exsolutae *titulo successionis* in capienda beneficii possessione, nec non retentionem per quam - *impose su di essa la differenza del 13 al 20 °/₀ di aumento sulla ricchezza mobile* - quod augmentum Episcopus passus erat post captam beneficii possessionem, ad II Dub. « Utrum et quomodo praedictus Episcopus Calataieronen. teneatur ad restituendum R. D. Bongiorno id quod retentum fuerat super dicta pensione in casu » rescriptum fuit: « *Affirmative in omnibus, deducta dumtaxat rata pro recenti augmento taxae vulgo* di ricchezza mobile *a pensionato persolvenda.*

Re sane vera illud est generale principium: - Diminutio superveniens cedit damno titularis et non pensionarli ubi remaneat congrua ; - quam regulam ita commentatur Card. De Luca *De pensionibus* disp. 91, n. 4.: « Cum titularis sit dominus fructuum, eius damno cedere debet illorum diminutio, non autem pensionario, eodem modo quo, e converso, eius commodo cederet augmentum absque eo quod pensionarius de illo participationem aliquam praetendere posset, cum augmentum et diminutio sit sequela dominii ».

Congruam autem sive in parochialibus sive in beneficiis episcopalibus semper salvam manere eamdemque immunem censeri a pensionibus et a quocumque onere, iussit Conc. Trid. in Sess. 24, cap. 14, *De ref.* et memorat citatum Decretum *Cum nuperrimis* ubi cavetur : « Pro Ecclesiis tamen Cathedralibus (seu Episcopalibus mensis) et parochialibus pensionum oneri subiectis, illud insuper constitutum expresse voluit (SSmus D. N.) atque praescripsit, ut earum favore in pensionibus ab se persolvendis integra semper servari debeat et incolumis esse congrua ad formam Concilii Trid. ». Et eadem Cong. die 30 Maii 1873 ad Dub. I. An ad effectum pensionum Ducata 100 et 1000 intelligenda sint taxative seu potius demonstrative; Et quatenus affirmative ad 1am partem, negative ad 2am. IL An manente pro paroeciis aut mensis Episcopalibus dumtaxat redditu Ducatorum 100 aut 1000 cesset in titularibus obligatio solvendi pensiones. III. An et quomodo solvi debeant pensiones ex redditu paroeciarum qui excedant Ducata 100 et ex redditu Mensarum Episcopalium qui excedat Ducata 1000. IV. An et in quali moneta intelligi debeat valor - 100 aut 1000 Ducatorum, - S. Cong. respondere censuit: Ad I. *Ad effectum de quo agitur in Decreto* - Cum nuperrimis - *affirmative ad 1. partem, negative ad 2.* Ad II. *Affirmative, durantibus praesentibus circumstantiis.* Ad III. *Praelevatis 1000 et respective 100 reductio prop o r t io i la lis pen s io/ vu n i ob imminutionem redituum beneficiorum de qua in citato*

decreto instituendo, erit super residuo redituum dictorum beneficiorum. Ad IV. *Ad effectum de quo in decreto citato si desit expressa, designatio monetae specialis in actu impositionis pensionis intelligenda est de scutatis romanis lutiorum decem, respondentibus libellis quinque et centesimis 37 ».*

Quod vero Mensa Episcopalis Arianen, pertingat ad 1000 Ducata seu ad congruam Tridentinam non videtur posse in dubitationem adduci, siquidem Episcopus certe iampridem querelam movisset, seu pensionem diminutam praestasset, si obiicere potuisset defectum congruae.

Denique hic agitur de pensione constituta in sacrum Clerici patrimonium; et ut alias praeteream innumeras S. C. C. decisiones sufficiat innuere quod censuit respondere S. C. C. die 20 Iulii 1619, nempe: « *Patrimonium ad cuius titulum aliquis est promotus posse utique de licentia Episcopi permutari cum aliis bonis non minoris reditus aut valoris, sed debere Episcopum declarare, bona ex permutatione acquisita esse subrogata prioris patrimonii ita ut deinceps alienari nequeant, nisi servata forma a Concilio praescripta ».* Alia decreta quae probant quam firma et solemnis sit constitutio patrimonii, prostant apud Benedictum XIV *Inst. Eccles.* XXVI.

Hisce praenotatis, quaesitum quid esset precibus respondendum.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re discussa sub die 14 Decembris 1901 censuit respondere: *Pensionem solvendam esse ab Episcopo.*

BELLICEN.

DISPENSATIONIS MATRIMONII

Die 27 Aprilis 1901.

Sess. 24 Cap. 1 de ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Caesira, honestis natalibus orta, die 30 Aprilis 1892, in oppido dioecesis Bellicensis, 16 annos tum nata, rite matrimonium contraxit cum Carolo, in aetate 26 annor. constituto, praemissis civilibus solemnitatibus.

Verum matrimonium hoc quod fausto omine videbatur initum, infelices exitus habuit. Vir enim, uti fertur, ipsa nuptiarum die fastidire coepit propriam uxorem, imo prima nocte post nuptiales epulas, una cum coniugibus eodem in lecto quaedam consobrina cubavit, cum qua vir non erubuit turpi modo agere, dum suae uxori nullum coniugalis affectionis signum praebuit. Attamen coniuges per decem menses una simul cohabitarunt, ac uno eodemque lecto usi sunt; sed, ipsis fatentibus, matrimonium opere imperfectum mansit. Quod si quaeras huiusmodi facti causam, ex actis non satis liquet, nec in hac re coniugum depositiones sunt concordes.

Id certum tamen videtur vitam coniugalem haud fuisse pacificam ; equidem vir contumeliis continuis et omnigenis privationibus ac etiam verberibus Caesiram affligebat; quocirca excrescentibus in dies domesticis discordiis, mulier volvente mense Februarii an. 1893 marito valedixit et non amplius reversura paternam domum repetiit.

Interim mulier, obtenta prius a tribunali civili favorabilem sententiam divortii, novo civili contractu alteri viro se coniunxit, quocum vivit adhuc et prolem habuit ; dum vir et ipse aliam sibi iunxit. Verum mense Iulii 1899 eadem mulier facti poenitens ad S. Sedem supplicem misit libellum, enixe .efflagitantut secum dispensaretur super matrimonio rato et non consummato.

Preces ablegatae fuerunt Curiae Bellicensi, quae processum instituit et coniuges excussit, nec non septimae manus ex parte actricis testes, qui unanimiter circa honestatem religionemque mulieris testati sunt ; tandem ad examen adduxit medicum, qui post dissociationem vitae coniugalis mulierem inspexit et eam virginem renuntiavit. Notandum vero, ex parte rei conventi nullum auditum fuisse testem. His omnibus expletis, acta S. C. C. transmissa fuere ab Ordinario, qui actricis libellum valde commendat.

Disceptatio Synoptica.

VOTUM CANONISTAE. In hac, de qua agimus, causa, brevis quidem et haud implexa factorum narratio est. Labente mense Aprilis 1892 matrimonium rite initum fuit inter Carolum, 26 iam tum annos natum, et Caesarinam, 16 aetatis annum tunc agentem. Tractatus, qui nuptiarum celebrationem praecessere, duos fere menses perdurarunt. Per id autem temporis nihil notatu dignum evenit, omniaque speratane ex matrimonio felicitatem futuram appromittebant. At spem infaustus haud confirmavit eventus. Ipsa enim prima nuptiarum die Carolus nedum uxori suae nullum maritalis affectionis signum praebuit, sed quod magis est, diurnis cum epulis et potationibus, sponsae suae penitus oblitus, integram nocturnam vigiliam coniungere non dubitavit.

Adventante autem sequenti die, primo mane derelinquunt oppidum, et uxore ac famulo Carolum vino onustum sustentantibus, eiusdem petunt natalem pagum in Dioecesi Chamberiensi. Quo vix perventis, iterum convivia a Caroli matre parata agitantur, et comessando potandoque dies traducitur. Vespere autem facto, cubitum 'quidem itur, at una cum coniugibus eodem in lecto quaedam consobrina cuba vit, quam vir lenociniis demulcere non erubescebat, spreta prorsus propria uxore, cum qua nec cogitavit matrimonii consummationem attentare. Quamvis vero postea non semel se coniugalis officii explementum tentasse Carolus affirmet, quinam tamen inde fuerit exitus , ambo coniuges fatentur

sub iurisiurandi religione asserentes, eorumdem matrimonium opere imperfectum semper mansisse.

Quod si quaeras, quaenam fuerit huiusce inconsummationis causa, in ea assignanda coniuges inter se minime concordes invenies. Dum enim uxor id exclusive tribuit culpae viri sui, qui, instigante praesertim eiusdem matre, eam inhonestis moribus accusabat et aspernabatur ; maritus contra vertit culpam uxori, quae tum propter odium in socrum, tum propter sibi illatam malae vitae accusationem, semper obstáculo fuit, quominus matrimonium consummaretur.

Quidquid vero de hoc sit, illud ex Actis certissimum est, tum virum tum praesertim eiusdem matrem nihil intentatum reliquisse, ut contumeliis continuis, omnigenis privationibus ac etiam verberibus Oaesarinam affligèrent, eique vitam infelicissimam redderent. Hinc in dies excrescente ex utraque parte odio quotidie animorum corporumque dissociatio augebatur. Res eo demum devenit, ut infelix uxor, cum tantas ferre diutius nequiret vexationes aerumnasque, decimum circiter post mensem a matrimonio contracto virum eiusque domum dereliquerit et apud propriam matrem se receperit.

Insequenti mense Aprili institit penes civile tribunal pro divortio obtinendo; quo die 26 Maii 1894 "consequutum mense Aprilis 1895 cum alio viro civiliter contraxit, et exinde filios obtinuit. Ex altera parte et Carolus aliud civile connubium iniit, ex quo pariter proles enata est.

At deinde uxor conscientiae stimulis exagitata, recursum habuit ad proprium Episcopum, qui die 31 Iulii 1899* missis ad S. C. C suis litteris, Sanctissimo supplicavit pro dispensatione a matrimonio rato et non consummato inter Caesarinam et Carolum celebrato. S. C. die 12 Augusti eidem Episcopo rescripsit, ut referret an saltem argumenta moralia, ac praesertim testes adessent ad matrimonii inconsummationem adstruendam.

Hoc responso accepto, Episcopus Bellicen. deputavit RR. DD, Canonicos Sevin, Dioecesis promotorem, et Sauvert,

Cancellarium episcopalem, ad coniugum testiumque depositiones recipiendas. Hi revera nedum utriusque coniugis, sed et aliorum septem testium iuratas ad proposita i interrogatoria responsiones exceperunt, una cum extraiudiciali medici attestatione circa Caesarinae virginitatem. Alterius autem testis pariter iurata depositio, nec non alterius suppletoria depositio receptae sunt a curato Vuillerod et a D. Thoiron, vicario in oppido Corbonod.

Ista omnia ad S. C. C. transmisit Episcopus; et cum eidem die 12 Ian. 1900 S. C. mandaverit, ut super enunciata matrimonii non consummatione et super causis dispensationis eiusdem conficeret processum, servata forma etc., Officialis Curiae Bellicen. haec eidem S. C. significavit : « Qu'il me soit permis, Eminence, de vous faire très respectueusement observer, que nous ne pouvons amener ni les parties ni les témoins à paraître de nouveau devant nous. Leur foi est faible et leur fortune mediocre : ils ne voudront pas consentir à perdre une nouvelle journée de travail pour repondre aux citations de paraître devant nous ».

Rebus ita se habentibus, duae naturaliter exurgunt dirimendae quaestiones : praeiudicialis una circa validitatem actorum; principalis altera circa matrimonii inconsummationem et dispensationis causas.

I. Quod spectat ad 1.^{am}, manifesti iuris est, Acta per se invalida esse ob defectum formalitatum, quae sub poena nullitatis tum a Constitutione Benedictina, tum ab Instructione S. C. C. observandae praescribuntur. Quaeri verumtamen potest, an tales in casu rationes concurrant, ut sanationis gratiam suadeant. Qua quidem in re me in affirmativam sequentia inducunt.

I° Actorum vitium, de quo est sermo, proprie non afficit substantiam ; utrique enim coniugi opportuna ad rem proposita fuere interrogatoria, quibus uterque sub iterata, in principio scilicet et in fine, iuris iurandi religione suas dedit responsiones. Acciti insuper sunt testes septimae manus, quibus congrua facta sunt interrogatoria, ad quae quis-

que sub iterato pariter iuramento respondit. Medici demum attestatio confirmata invenitur a iurata eiusdem medici depositione oretenus facta coram canonicis deputatis ab Episcopo.

2° Praedictum vitium respicit potius solas iuris solemnitates, ut praesertim sunt in casu defectus delegationis ad instruendum processum et defectus constitutionis legitimi tribunalis cum adsistentia Defensoris matrimonii. Notum vero est, has aliasque Actorum solemnitates eo praecise fine a iure constitutas fuisse, ut, per quantum fieri possit, fraudibus praecludatur aditus, et facilius emergat veritas. Porro in casu nostro quamvis talia iuris solemnia observata non fuerint, eumdem tamen finem pari modo obtentum fuisse patet cuique eadem Acta vix legenti; nullam enim fraudem, nullam collusionem interfuisse, sed omnia pienissima bona fide processisse, praesertim si personarum conditio consideretur, apprime deprehendere datum est.

3° Altera ex parte rationales admodum gravesque apparent causae, quae ex testimonio Curiae Bellicen. superius relato, impedimento sunt, quominus processui perficiendo servatis de iure servandis, iterum opera dari possit in casu»

4° Quibus omnibus et illud demum addendum, quod eadem Curia Bellicen. subdit in sua citata epistola ad S. C. C. « D'ailleurs lors même qu'ils consentiraient à se présenter devant le tribunal, je suis convaincu, et les deux chanoines, qui ont fait la première enquête, l'enquête officieuse préalable que vous avez entre les mains, sont convaincus comme moi, que nous n'obtiendrons aucune déposition nouvelle de nature à modifier celles qui ont déjà été faites ».

Hisce omnibus consideratis, Actorum sanationem in casu minime denegandam esse censeo.

II. Quod autem pertinet ad 2.am quaestionem non est cur diutius immoremur circa legitimas dispensationis causas ; easdem enim et quidem gravissimas extare in casu, evidenter patet ex superius exposita factorum historia. Tota hinc quaestio reducitur ad investigationem circa matrimonii

inconsummationem. Quo quidem in argumento quamvis desit physicum experimentum iudicialiter peractum ; attamen puto ex deductis moralem certitudinem haberi de non consummato matrimonio.

Re sane vera extat imprimis apertissima utriusque coniugis confessio; uxor enim interrogata : « Affirmez-vous avec certitude, que vous n'avez eu aucune relation conjugale avec Charles et que vous étiez vierge en le quittant? »; abscisse respondit: « Oui, absolument ». Maritus vero interrogatus: « Avez-vous eu des relations de mariage avec Césarine? »; absque ulla haesitantia reposuit: « Non, jamais ». Et quamvis asserat se pluries tentasse officii coniugalis explementum ; quinam tamen fuerit horum tentaminum exitus, ipse aperte fatetur.

Istiusmodi coniugum confessio eo vel magis attendenda videtur in casu, quod dum ambo conveniunt in asserenda matrimonii non consummatione, contrario ad invicem animorum aestu moveantur, et unus alterum de non sequuta matrimonii consummatione in culpam adducere studeat. Quod quidem manifeste demonstrat, quamlibet collusionis umbram ab eorumdem depositione omnino exulare.

Iam quanti ex Canonum doctrina, nec non ex S. C. C. praxi habenda sit iurata haec coniugum fides, omnes norunt. Et merito quidem, nam iurisiurandi gravitas et sanctitas satis sunt ad moralem certitudinem gignendam, praesertim cum nequeat praesumi, eos, qui non alium ob finem nisi ut propriae conscientiae consulant, sicut adamussim in casu nostro verificatur, ad Ecclesiae auctoritatem confugiunt, falsitatem iureiurando affirmare, ita ut dum peccata devitare conantur, periurii crimine foedentur, iuxta *Textum in cap.* Mulier, *De iureiur.*

Quid autem quod iurata haec coniugum confessio apprime confirmata inveniatur ab omnibus circumstantiis antecedentibus, concomitantibus et consequentibus? Sane praeprimis constat non ex mutuo amore, sed unice propter interesse matrimonium hoc contractum fuisse: « C'est l'intérêt des deux é-

poux, qui a amené le mariage » ait testis Claudius Gignet; « C'est l'intérêt de part et d'autre qui semble avoir fait faire ce mariage » repetit testis Mauritius Clerc. Uxor vero refert : « Il m'a dit cependant qu'il m'avait prise pour aider sa mère comme servante». Exinde, ipsis perdurantibus matrimonii praeliminaribus, absoluta cuiusque benevolentiae, cuiusque affectionis absentia: « Ils ne paraissaient pas se donner des marques particulières d'affection ». Hinc nec ipsa prima matrimonii die ex parte viri ulla amoris manifestatio : « Non aucune marque d' affection » solemniter protestatur uxor. Hinc nova prorsus illa agendi ratio viri, qui loco cubandi una simul cum sua uxore, integram primam bibendo maluit conterere noctem. Hinc demum illud omne, quod sequutum est in oppido *Motz* secunda matrimonii die, qua maritus inofficiosum omnino et absque ullo ordinariae affectionis signo erga uxorem se praebuit, eam continuo solam derelinquens, in communi mensa procul ab ea discumbens, et, quod incredibile prorsus videretur nisi ab ipso viro expresse confirmatum haberemus, sinens ut per noctem in eodem lecto una cum eo et uxose etiam consobrina quiesceret, quam ipse, neglecta omnino propria uxore, immo sub ipsius eiusdem oculis, inhonestis tactibus mulcere expudorata fronte sibi permisit.

Iam ponamus hisce in circumstantiis vivacioris indolis virgunculam sexdecim vix annorum natam, cuius cor puro primoque amore flagret, quemadmodum praecise erat in nostro casu Caesarina; nonne haec viri agendi ratio in ea ad instar embregmatis agere et omnem virginei amoris ignem in ipsa sua origine extinguere radicitus debebat?

His autem si addantur ex una parte domesticae, quas a viro, ab eiusque matre praesertim subire uxor debebat, molestiae, privationes, vexationes, accusationesque gravissimae; ex altera vero hinc zelotypia, qua Caroli matrem contra Caesarinam agitatam fuisse ex Actis non difficulter desumitur: illinc suspicio usque ab initio vitae maritalis concepta de inhonesta relatione inter filium et matrem, qua

atrociter excruciabatur uxor; quid mirum, immo nonne naturale omnino erat, ut illud praecise eveniret, quod uterque coniux tam asseveranter firmiterque testatur, quod scilicet propter usque ab initio in feliciter enatam animorum aversionem, nec corporum ulla unquam commixtio inter ipsos habita fuerit?

Hoc ipsum est, quod testes septimae manus, qui auditi sunt, apertissime contestantur, unanimiter iterato iuramento declarantes, non solum Actricem in casu incapacem mendacii et fide dignam esse; sed etiam tempore non suspecto, se audivisse matrimonium non fuisse consummatum. Ita testis Ioannes Berthet, praemissa sua fide circa Caesarinae veracitatem, sequitur: « J'ai entendu dire avant leur séparation, qu'ils n'avaient pas de relations conjugales ; que la belle-mère maltraitait Césarine, et qu'elle détournait son fils des devoirs du mariage ». Pariter testis Mauritius Clerc: « Oui, je le crois; car je la connais depuis sa jeunesse; je l'ai vue toujours droite et loyale ». « Avant la séparation j'ai entendu parler de sévices : après la séparation Césarine m'a dit qu'elle aurait tout supporté, si son mari s'était comporté avec elle comme un époux et avait eu des relations. Elle m'a tenu ce propos tout de suite en quittant Motz ». Item testis Claudius Gignet: « De la manière dont elle parle je le crois. Elle ne s'est jamais contredite et n'a jamais varié ». « Je le savais avant leur séparation. Je savais de Césarine et de sa mère qu'il n'y avait pas de relations conjugales ». Consonant ceteri omnes testes, Ioseph Bechet, Aloisius Pitié, Claudius Chevaud et Iosephita Duelos.

Quod uterque coniux asserit, quod circumstantiae omnes confirmant, quod testes septimae manus contestantur, id demum nedum ex sententia, qua civile divortium inter coniuges proclamatum est ; sed et ex medici Truffet attestatione moralis certitudinis culmen attingit. Sane ipsa uxor deponit vir denegare non audet, testes plerique confirmant, quod cum eam vir, adhibita vi publica, e Corbonocl secum

in oppidum Motz reducere vellet, cumque uxor sese opponeret omni nisu, allegans nedum sibi illatas saevitias, sed et matrimonii non consummationem, satellitum dux ad veritatem detegendam, eamdem eorporaliter inspiciendam remisit medico Truffet, qui de Caesarinae virginitate apertissimum dedit in scriptis testimonium, quod prostat in Actis, quodque interrogatus a Canonicis ab Episcopo Bellicen. deputatis, iureiurando plenissime confirmavit.

Ab hoc autem peractae inspectionis corporalis tempore Caesarinam ita animo et corpore maritum suum penitus deseruisse, ut numquam amplius postea cum eo, remotis arbitris, pertractaverit, non solum ipsa intima cordis repugnantia, inveteratumque odium Caesarinae in suum virum aperte ostendunt ; sed et testes sunt Claudius Chevand et Claudius Gignet in sua suppletoria depositione, apud quos Caesarina post suum discessum a viro successive commorata est.

Rebus sic stantibus, assueto dubio : *An sit consulendum SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato in casu,* censeo respondendum : *Praevia sanatione Actorum, affirmative,* seu *consulendum esse S S Tao* etc.

V**OTUM** T**HEOLOGI**. Carolus cum Caesaria die 30 Aprilis 1892 matrimonium coram facie Ecclesiae contraxit. At, postquam per decem menses .simul cohabitaverint, uxor maritum reliquit, propter multas aerumnas et saevitias perpessas ab eo obtinuitque civile divortium die 26 Maii 1894. Deinde, post annum, alii viro civiliter nupsit, maritus etiam aliam sibi iunxit. Ex utroque matrimonio, civiliter contracto, et mulier et vir nunc iam proles habent. Mulier tamen, mordente conscientia, de flagitioso hoc statu exire cupiens, supplicem libellum ad S. Sedem porrexit, ut dispensatio sibi concederetur super matrimonio rato non autem, ut asserebat, consummato. S. Congr. Concilii hac super re Episcopo Bellicensi responsum dedit die 12 Apr. 1899 ut « referat an saltem argumenta moralia adsint, ad inconsummationem matrimonii adstruendam, ac praesertim an

testes adsint, qui tempore non suspecto a partibus eorumque consanguineis audierint coniuges nullum commercium inter se habuisse ». Episcopus instituit processum canonicum et acta huius processus transmisit Romam die 13 Decembris 1899. S. C. Congregatio tamen illo processu non contenta rescripsit die 12 Ianuarii 1900 Episcopo Bellicensi ut « processum conficiat super enunciata non consummatione matrimonii et super causis dispensationis eiusdem, servata forma et cum facultate etiam subdelegandi. Quo ad exitum perducto de resultantibus S. C. certioret et acta transmittat ». Hoc tamen facere impossibile videbatur Ordinario loci, et rationes suas Eminentissimo Cardinali Praefecto ita exponit : « Qu' il me soit permis, Eminence, de Vous faire très respectuesement observer que nous ne pouvons amener ni les parties ni les témoins à paraître de nouveau devant nous. Leur foi est faible et leur fortune médiocre; ils ne voudront pas consentir à perdre une nouvelle journée de travail pour répondre aux citations de paraître devant nous. D'ailleurs lors même qu'ils consentiraient à se présenter devant le tribunal, je suis convaincu, et les deux chanoines qui ont fait la première enquête, l'enquête officieuse et préalable que vous avez entre les mains, sont convaincus comme moi, que nous n'obtiendrons aucune déposition nouvelle de nature à modifier celles qui ont déjà été faites. Que faire? Les parties sont dans un état de damnation et causent, par suite de leur divorce et de leur nouvelle union, un scandale dans les deux paroisses. L'un et l'autre ont des enfants de leurs nouveaux conjoints, et il n'est pas possible de demander la séparation. Et cependant ils sont assez chrétiens pour désirer rentrer dans la voie du dévoir ».

Haec infelicissima tempora, refrigerata fides et pietas, spreta auctoritas Ecclesiae, matrimonium civile ubique introductum - difficillimam faciunt instructionem processus matrimonialis ; at, altera ex parte, maiorem praebent certitudinem assertionibus partium postulantem dispensatio-

nem. Et sane. Ubi vigent adhuc leges christianae nisi ab Ecclesia vel matrimonium nullum enuncietur vel super matrimonio non consummato dispensetur, impossibile est marito vel uxori ad alias nuptias volare; et ubi saltem sensus christianus adhuc non est extinctus, qui leges Ecclesiae spernunt vituperantur, et ideo non semel etiam homines, qui nihil solliciti sunt de conscientia , ex necessitate aut saltem ex decentia quadam dispensationem ab Ecclesia petunt, de veritate parum solliciti. At, in casu, res agitur in Gallia, ubi viget matrimonium civile ; oratrix iam matrimonium alterum contraxit civiliter, neque possit adduci, ut ligamen hoc abrumpat, de culpa tamen dolet et de statu conscientiae, in quo invenitur, exire optat. Asserit matrimonium antecedens non fuisse consummatum. Quid proficeret si mentiretur? Conscientiae suae nullo modo tunc prospiceret; at de conscientia tantum sollicita est. Testimonium igitur illius de non consummato matrimonio magni haberem. Accedit, quod et vir inconsummationem testatur. Collusionem vero excludunt ea, quae ambae partes dicunt, ut explicent inconsummationem. « Les sentiments, qui les animent l'un pour Lautres, - animadvertit Episcopus Bellicensis, - les motifs opposés qu'ils apportent pour expliquer l'absence des relations conjugales font croire qu'il n'y a pas eu entre eux collusion ». Quum vero 'et testes omnes, et ipse Medicus, qui inspectionem mulieris perfecit, statim postquam ultimo illa maritum suum reliquit, uno ore affirment sibi persuasum esse de non consummatione matrimonii, ad conclusionem ducor, moraliter constare de non consummatione matrimonii, ideoque consulendum esse Summo Pontifici ut dispensare dignetur oratricem in matrimonio rato non consummato.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Caesaria matrimonium quod vertente anno 1892 sub die 30 mensis aprilis, sexdecim iam tum annos nata, contraxit cum Carolo, in aetate annorum 26 tum constituto, dissolvere cupiens, illud inconsummatum proclamat.

At quod ore affirmat, Caesaria argumentis idoneis minime probat. Nec subscribere possum lectissimis consultoribus, theologo et canonistae, dum *moraliter* certam matrimonii censent inconsummationem. Nisi me enim ipse fallo, neque iuridica neque moralis inconsummati matrimonii certitudo ex actis processus erumpit.

Enimvero in confessis praeprimis est coniuges una simul cohabitasse atque condormiisse per decem menses. Profecto percontata : « Avez-vous couché avec lui (Carolo) ? » Caesaria reponit : « J'ai cohabité avec mon mari pendant dix mois. Sauf pendant un intervalle de huit jours où j'ai couché au grenier, il a toujours couché avec moi ». Cui astipulatur Carolus, quippe qui iurat : « Nous avons eu le même lit durant dix mois, sauf pendant les nombreuses absences qu'elle faisait en allant chez elle, et sauf deux ou trois nuits qu'elle a passées aux galetas où elle est allée disant, à la suite d'une discussion, qu'elle ne voulait pas coucher avec un chien. Je l'ai appelée en vain, et je suis allé me coucher dans un petit lit placé dans la chambre de ma mère ».

Violentissima consummati matrimonii praesumptio, quae ex memorata diuturna coabitatione et condormitione enascitur, minime destruitur testimonio a medico Truffet die 22 novembris 1899 hisce verbis edito: « Je soussigné, docteur en médecine, certifie avoir examiné la nommée Césarine afin de déterminer si cette femme avait eus des rapports conjugaux.

« De mon examen, il résulte, d'une façon absolue, que ces rapports n'ont jamais existes.

« Pour l'établir je me base sur la présence de la membrane hymène complètement intacte et sur l'état des organes génitaux.

« Donc cette femme est complètement vierge et cela sans le moindre• doute ».

Huiuscemodi testimonium parvipendo, nedum quia asserta corporis exploratio facta est absque circumspectioni-

bus a iure ad praecludendum fraudibus aditum invectis atque ab uno tantum medico ; verum etiam quia concinnatum est septem ferme annos posteaquam corporalis inspectio expleta fuerat.

Reque vera Caesaria testatur : « J'ai été visité [par un médecin et le certificat a été donné par M. le docteur Truffet. Voici en quelle circostance. J'étais chez nous , depuis près d'un mois après mon départ définitif, lorsque Charles envoya les gendarmes pour me ramener chez lui. Le brigadier de Seyssel m'attendait sur la route. Charles se trouvait alors à la gendarmerie où il m'attendait. Le brigadier m'interrogea; j'étais avec ma mère et Claude Thevand. J'accusai mon mari de n'avoir eu jamais de relations avec moi et j'exposai tous les sévices dont javais été l'objet. Le brigadier me renvoya devant le docteur Truffet qui m'examina et fit un certificat établissant que j'était vierge. Ce certificat a été remis à l'autorité ».

Igitur aliud testimonium a medico Truffet Uteris consignatum fuit statim atque exploratio facta est. Cedo itaque hoc testimonium. Suspicio namque minime abest, quin medicus Truffet praeclara illa virginitatis argumenta, de quibus modo testatur, in corpore Caesariae haud deprehenderit, cum corpus eius recognovit. Certe Claudius Chevand iureiurando affirmat: « Le docteur Truffet a affirmé devant ma femme (quae explorationi interfuit) que Césarine était cependant vierge quoi qu'on pût remarquer que l'on avait attenté l'acte conjugal sans le consommer mais qu'on pouvait expliquer par les contact des doigts les signes qu'il observait ».

Nec meliori omine actrix confidit in sua et viri confessione. Compertissimum namque est dissolutionem matrimonii peroptari ab utroque coniuge. Iam vero huiusmodi eveniente casu, coniugum confessio in pretio haberi nequit. In re notissima sat superque est audire Sánchez *de matrim, lib. 2, disp. 45, n. 33:* (ibi). «Confessio ea cum sit in favorem confitentium nihil probat ».

Huc accedit quod coniuges in enarrandis factis, quae ignorare nulla ratione possunt, adeo inter se vel cum testibus pugnant, ut perspicuum sit eos de veritate nihil esse sollicitos. Porro ad quaestionem: « Lui (uxori) avez-vous faites des caresses soit au lit soit ailleurs? ». Carolus respondet iuratus : « le plus souvent que j'ai pu mais j'étais repoussé. Le Dimanche en changeant de linge et en l'absence de ma mère, je lui disais : - Il faut que j'y arrive. Essaye, si tu peux., me disait-elle? Pour la bien disposer, je la faisais boire en lui offrant du bon vin, mais elle refusait voyant mon dessein » contra Caesaria impavide iurat : « Il n'y eut aucune relation, aucune caresse jamais ».

Rursum, Caesarina ascito iuramento refert: « Depuis près d'un mois après mon départ définitif, Charles envoya les gendarmes pour me ramener chez lui ». Imo Carolus adiicit : « Souvent je suis revenu à Corbonod, même pendant mon procès, pour la chercher. Je me suis adressé à Mr. le Curé pour qu'il la décidât. Sa mère dit alors que tous les Curés et tous les gendarmes de France et de Savoie s'y mettraient qu'ils ne réussiraient pas. Césarine voulait que je me séparasse de ma mère. Dans ce but, j'avais acheté une maison. J'ai envoyé une fois les gendarmes pour la faire ramener. C'est alors qu'elle est allée à se faire visiter par le docteur Truffet, pour avoir un certificat de virginité ».

Contra memoratus Claudius Chevand percontatus : « Avez vous fait des tentatives de reconciliation entre les époux ? » reponit : « Je suis allé une fois pour les reconcilier. J'étais avec Césarine et sa mère. Nous fumes obligés de faire pour ne pas être frappés ».

Tandem non video quamobrem excussi haud sint testes septimae manus ex latere viri et testes qui perhibentur de negotio instructi.

Quibus animadversis, propositum fuit enodandum

Dubium

An sit consulendum SS>no super dispensatione a matrimonio rato et non consummato in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. Concilii, re disceptata sub die 27 Aprilis 1901 censuit respondere: *Praevia sanatione actorum, affirmative.*

NOLANA

SOLUTIONIS MEDIAE ANNATAE

Die 14 Decembris 1901.

Per summaria precum.

COXMPENDIUM FACTI. Iam a die 11 Sept. a. 1892 proposita fuit iudicio EE. PP. haec quaestio ; nempe in Const. *Pius et Misericors* edita a ¡Benedicto XIII statutum fuit, ab omnibus beneficiis, a S. Sede non collatis, *mediam annatam* solvendam esse; et a beneficiis quoque curatis, dummodo summam 100 scutatorum rom. ista excedant. Atque addita est clausula « *sublata* » ad omnem contrariam submovendam aut impediendam consuetudinem. Attamen, referebat Episcopus Nolanus, in sua dioecesi nonnulla beneficia veluti Cathedralia, nunquam solvisse, alia beneficia a pluribus annis eiusmodi *mediam annatam* solvere intermisisse. - Quaerebat autem Episcopus an posset ille acquiescere huic consuetudini praecipue ob rerum victualium caritatem et hinc imminutos beneficiorum reditus, vel potius deberet ob clausulam « *Sublata* » an istam consuetudinem reprobare, cogens beneficiatus ut legi benedictinae obtemperarent.- Tunc S. C. C. rescripsit die 9 Sept. 1893: « *Attentis peculiaribus temporum adiunctis iisque perdurantibus nihil esse innovandum* ».

At huic rescripto non acquieverunt cano instantes, ut beneficia non canonicalia (cathedralia enim aut collegiata

beneficia contendebant esse immunia ab hac solutione ob immemorabile privilegium) adigerentur ad solvendam mediam annatam quae in bonum Fabricae Ecclesiae Cathedralis cedenda erat et ad rem has proponebant rogandi formulas : I. An Capitulum Ecclesiae Cathedralis Nolanae sit manutenendum in immemorabili privilegio seu consuetudine a RR. PP. confirmata quaeque adhuc est in virili sua observantia exigendi a béneficiatis dioecesanis medias annatas, iuxta tamen formam et modum a f. r. Benedicto P. XIII praescriptum? - II. Et quatenus affirmative. - An possit servari ratio et modus eas exigendi hactenus servatas, requirendo nempe ab iis qui eas praesenti pecunia non solvunt aliquam syngrapham, qua se obligent eas quamprimum soluturos ? - III. An defectu solutionis possint Canonici a Capitulo delegati beneficiatus adigere ad eam peragendam sive coram iudice eccles, sive iudice laico? - Ex hisce noviter deductis, Patres EE. censuerunt prouti sequitur rescribere tum dubiis ab Episcopo quidem expositis, tum reliquis dubiis a Capitulo propositis ; nimirum die 20 Iunii 1895 hoc rescriptum prodiit: « S. Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, attentis noviter deductis et reas sumptis dubiis ab Episcopo propositis in litteris diei 11 Septembris 1892, huius tenoris:

« I°. Stando la clausola - sublata - della Bolla e il Decreto irritante, se debba obbligare in genere tutti i suoi beneficiati al pagamento della mezza annata compresi anche quelli che non 1' hanuo pagata negli ultimi dieci anni.

« 2°. Se dovendo detrarsi i pesi del benefìcio, secondo la Bolla, possa depurarsi anche della tassa di successione e di ciò che pagasi pel R. Placet.

« 3°. Se pei beneficiati curati, atteso il caro dei viveri, possa obbligarli soltanto quando la rendita del beneficio netta dai pesi annuali oltrepassi i duecento scudi romani cioè lire mille ».

In plenario conventu diei 20 Iulii 1895 EE. Patres rescribendum censuerunt: « Ad I. *Quoad futurum adigiposse*

ad solutionem omnes beneficiarios in Const. - Pius et misericors - Benedicti XIII designatos, ideoque etiam Canonicos Cathedralis et Collegiatarum. — Ad II. *Attentis peculiaribus circumstantiis, iisque perdurantibus, affirmative facto verbo cum SS ino. (Factaque de praemissis relatione SSñ'io Dno Nostro per infrascriptum Cardin. Praefectum eiusdem S. Congregationis in Audientia diei 6 Aug. 1895 S. S. resolutionem EE. PP. approbare et confirmare dignata est).* - Ad III. *Negative et standum Constitutioni Benedictinae, salvo iure parochorum recurrendi in singulis casibus pro reductione mediae annatae. Quo vero ad quaesita a Capitulo proposita iidem EE. Patres responderunt:* « Ad I. et II. *Servetur Constitutio - Pius et misericors —.* Ad III. *Affirmative coram iudice ecclesiastico* ».

Hac responsione adigebantur ad mediam annatam exsolvendam ipsi canonici, verum hi arbitrati sunt non satis factum esse alteri difficultati, videlicet canonicos videri immunes a *media annata* solvenda quippe universi reditus consistunt in distributionibus ; has vero, fatentibus omnibus canonistis, in primis Riganti *Ad reg. Cariceli,* non esse obnoxias mediis annatis. Sed Canonici quod ne pertinere quidem poterat ad distributiones quotidianas, referebant etiam ad distributiones quae massam beneficialem seu communem constituant. Unde huic dubio « An Cathedralis Eccl. Nolanae Canonici medias annatas a beneficiariis ex Const. Benedicti XIII *Pius et misericors,* solvendas et ipsi solvere teneantur in casu, rescriptum fuit die 29 Ian. 1898: *In decretis* ».

At nuper Episcopus, die 5 Iunii 1901 aliam hac de re movebat quaestionem referens : « I Canonici di questa Cattedrale che prima non pagavano le mezze annate ed ora le pagano per recenti disposizioni di cotesta S. Congregazione, vorrebbero pagarle solo sulla prebenda e non sugli incerti e molto meno sulle distribuzioni quotidiane perchè dicono l'intervento al coro essere una cosa incerta pel canonico. Io opinerei essere essi obbligati su tutto ».

Verum quaestionem quam movent canonici iam expressis verbis expédierai ipse Pontifex Benedictus XIII qui in Const. *Pius et misericors* § 2 haec statuit: «Praecipimus et mandamus per totam Italiam et insulas adiacentes ut in posterum provisi de parochialibus una cum incertis annuum reditum scutatorum centum monetae romanae excedentibus et de canonicatibus et beneficiis tam residentialibus quam. non residentialibus et simplicibus sitis extra ecclesias collegiatas cuiuscumque valoris existant, teneantur solvere et respective deponere mediam annatam pro fabrica Ecclesiae Cathedralis ; provisi vero de parochialibus una cum incertis annuum reditum scutatorum centum monetae praefatae excedentibus et de canonicatibus et beneficiis tam residentialibus quam non residentialibus et simplicibus sitis in Ecclesiis collegiatis vel ad illas translatis cuiuscumque valoris existant, itidem teneantur solvere et respective deponere mediam annatam pro fabrica Ecclesiae collegiatae. . . . *dummodo collationis institutionis et provisionis S. Sedis minime existant* ».

Quamobrem ex mente Pontificis adeo alienum est ut incerti redditus edicendi sint communes a solutione mediae annatae, ut hi computandi sint etiam in aestimanda congrua parochiali. Huic interpretationi semper adhaesit S. C. C. Sane in Oelsonen. *Exact, med. annat.* 16 Decemb. 1741, ad preces Capituli Cathedralis Ecclesiae a quo expositum fuerat non alia suppetere media instaurandi suam fere collabentem Ecclesiam, Benedictus XIII exquisito suffragio S. C. C. indulsit, ut per decennium tantum, provisi de parockialibus positis in civitate et Dioecesi quorum reditus una cum incertis annua scuta centum excedunt, itidemque provisi de canonicalibus aliisque beneficiis cuiuscumque sint reditus, mediam annatam in favorem Fabricae solvere tenerentur. Porro Martyr de Colorens., ob Prioratum S. Iacobi de Fontania intra Celsonae dioecesim obtentum, se exemptum praesumebat : discusso dubio an beneficia exempta tenerentur, « *teneri* » rescriptum est. Demum S. C. C. in Ty-

burtina *Med. ann.* 4 Maii 1754 cum quaereretur, quaenam onera et expensae deducendae essent ex reditibus beneficiorum tam curatorum quam non curatorum, definiit S. C. C. *deducenda esse illa onera fixa et realia non vero personalia in beneficiis curatis ad effectum ut subiiciantur taxae ».*

Quibus animadversis quaesitum fuit quomodo precibus esset respondendum.

RESOLUTIO. Sacra Congregatio Concilii, re cognita sub die 14 Decembris 1901, censuit respondere: *Servetur Constit. « Pius et misericors » Benedicti XIII, exclusis tantum reditibus simpliciter adventiciis.*

MECHLINIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Die 2o Ianuarii 1902.

Se6s. 24. cap. 1. De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Alicia adhuc paella, animum recreandi causa ducebatur a parentibus annualibus feriis in castrum a S. Rocho nuncupatum apud propinquos Comites de Villermont ; quo pariter conveniebat quidam Carolus, baro qui Aliciae, ut ipsa refert, nonnulla amoris signa praebuit : « Mr. Charles était aimable pour moi, et me témoignait de la sympathie, mais à cette epoque il n'a jamais été question, ni de mariage, ni d'une amourette quelconque ».

At cum familia Aliciae sua ad castrum S. Rochi itinera interrupisset, Alicia numquam amplius, uti fertur, Carolum vidit. Anno autem 1884 exeunte, Carolus, qui vitae militari se dederat, in civitatem Bruxellarum se contulit, ac Aliciam in matrimonium petiit. Huiusmodi coniugium puellae matri, quae cupiebat filiam viro genere praeclaro nuptui tradere, tam valde placuit, prouti videtur, ut eadem die, Carolum coram filia uti sponsum exhibuerit; at-

que non solum nuncia matrimonii celebrandi ad Regem, parentes aliosque statim mittenda curaverit, sed etiam cum parocho egit ut omnia disponerentur quae necessaria erant pro nuptiis quam primum celebrandis.

Verum Alicia propositas nuptias respuisse dicitur. Frustra tamen; mater enim propositi tenax, filiae hoc coniugium imposuit, omniaque adhibuit media, ut invitum Aliciae animum flecteret. Unde Actrix, uti traditur, persentiens se amplius matris voluntati obsistere non valere, postquam omnia incassum tentaverit ad genitricis animum flectendum, cessit quidem, sed omnino invita, atque matrimonio iuncta est Carolo coram parocho S. Iacobi in Monte Frigido Bruxellis, die 10 Augusti 1885.

Hoc coniugium omnino miserrimum cessit; et Oratrix, quae, uti asseritur, in nuptias consenserat tacita hac conditione « de n'être la femme de Mr. Charles que de nom » non sine repugnantia, aliquot post menses continuis viri querimoniis fatigata matrimonium consummavit.

Duos circiter post annos ab initis nuptiis, quum vir potius quam amore ac sollicitudinibus captare sponsae benevolentiam, ad perditam vitam se dedisset, Alicia postquam filiam in lucem ediderat, anno 1888 ineunte virum deseruit non amplius ad ipsum reversura. Postea ut sibi ac filiae consuleret, petiit obtinuitque divortium die 16 Decembris 1893.

Interim edocta a suo confessario de sui matrimonii nullitate, die 9 Februarii 1894 ad Curiam Mechliniensem supplicem misit libellum exoptans ut suum matrimonium nullum declararetur ex capite vis et metus.

Emus Archiepiscopus, constituto tribunali, ac processu confecto, cum haud cognosci potuisset ubi vir commoraretur, quin iudex testes ex parte viri discuteret die 12 Octobris 1894 hanc protulit sententiam : « licet mariti' eiusque testium depositiones nullo modo haberi potuerint,... reapse sponsam ad matrimonium accessisse sub influxu metus gravis, reverentialis a matre ipsius et quidem in ordine prae-

eise ad hoc matrimonium incussi, ipsamque invalidum praestitisse consensum ».

Cum vero anno insequenti compertum esset virum sub nomine Caroli Hennequin in civitate Bonaerensi degere, de mandato S. C. C. vir eiusque testes excussi fuere, qui omnimode testibus a muliere inductis contradixerunt. Quapropter iudices in tanta testium contrarietate, nescientes rerum veritatem perspicere, latam sententiam nec cassare nee confirmare ausi sunt.

Hisce in rerum adiunctis causa S. C. Conc. Tribunali discutienda proponitur ; et oratrix per adlectos patronos ostendere satagit suum matrimonium ob impedimentum vis et metus nullitate laborare.

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO MULIERIS. Oratricis patrocinatores duo in capita quaestionem dispescunt ; cumque testes ex utraque parte producta sibi invicem pugnent, in primis animadvertunt ad veritatem detegendam, eorundem testium auctoritatem esse attendendam.

Iamvero, inquiunt, si praesertim ex probitate testis cuiusque auctoritas aestimatur, nemo anceps haerere potest, num familia mulieris eiusque testes, an familia viri mentita sit. Familia mulieris, cuius caput Achilles ad supremos pervenit honores in exercitu Belgico, inter praestantiores recensetur illius regni familias, summaque apud omnes gaudet aestimatione. Testes insuper ab Actrice producti, ii sunt quos peierasse nefas est supponere. Contra Gens viri, linea praesertim Gallica, cum bona quibus fruebatur profudisset, pravis moribus ac vitiis eo humilitatis devenit, ut Carolus in Americam aufugiens suum ipsum nomen olim adeo insigne, erubuerit. Re sané vera plerique ex hac familia sive e linea Belgica sive e linea Gallica ob furta patrata, exercitu expulsi sunt. Ita Aloisius et Paulus comites Caroli consobrini, quorum alter inter testes recensetur belgico exercitu eiecti sunt, eo quod pecuniam aliis debi-

tam, vel sibi commissam, certas in expensas insumendam usurpaverint. Item Petrus Caroli frater ob repetita furta dum aleis luderet patrata, gradum, quem in exercitu Gallico obtinebat, anno 1880 dimittere coactus est, ac una cum matre anno 1891 a Tribunali Rhemensi carcere damnatus est ob crimen « *cTescroc* »; quin imo idem eadem poena anno 1892 mulctatus est secundo a Tribunali civitatis Ambiani, et tertio a Tribunali « de La Seine » convictus quod domum ad ludendum alea conduxisset. Ita ipse actricis vir anno 1899 exercitu Gallico excedere debuit gradumque dimittere ne eodem privaretur, eo quod cuiusdam sui commilitonis subscriptione ad pecuniam habendam abusus fuerit. Et quamvis paulo post Legioni quam in Gallia « étrangère » vocant, nomen dederit, anno 1891 ex hac etiam expulsus fuit, accusatus crimine ignaviae coram hoste. Adeo vero dissolute vixit Carolus, ut patria aufugere ac Americam mutato nomine se recipere debuerit.

Ex quibus, iuxta oratores, consequi videtur, eam esse gentis viri indolem, lineae huius familiae praecipue quae in Gallia commoratur, ut ipsi in pecunia sibi comparanda, qua egent ad luxuriöse vivendum nimis scrupulosi non sint. Unde, concludunt oratores, dum testes pro viro sua cupiditate et pecuniae necessitate compulsi, cum sciant Aliciam esse divitem ac parentum haeredem, pro matrimonii validitate certant ; Alicia vero eiusque testes tantummodo religionis studio ducti pro nullitate eiusdem matrimonii contendunt.

Nec illud praetereundum, pergunt oratores, quod inter testes qui Actrici favent plures sunt qui ex officio auditi fuerunt, quique non sunt Aliciae propinqui, dum omnes testes ex parte viri, si Dnum Lestapis excipias, sunt eiusdem consanguinei. Insuper si praeter extrinseca credibilitatis indicia, intrinseca etiam considerentur, nempe cohaerentia summa testium ac prudentia qua iidem loquuntur, dum quae sciunt asserunt, quaeque vero nesciunt, licet Aliciae favoribilia, affirmare non audent, eorum produnt sin-

ceritatem, veritatemque confirmant assertorum. Speciminis ergo perlegantur testimonia Dñae Mariae Boyaert, Dñi Portaels, ac Dñi Petri de Meuve. Sicut autem honestate aliisque dotibus, quibus fides fulcitur, festes oratricis praestant, ita etiam numero; nam supra 26 quot auditi sunt decem et septem matrimonii nulli tati favent. Quare, adnotant defensores, hic recolenda sunt criteria quae Auctores sequenda tradunt quando testes sunt inter se contrarii. « Contrarietas, scribit Santi, *Lib. IL tit. XXj, n. 24, pag. 157,* potest inspici sive inter plures testes sive in eodem teste... Quod si revera contrarii sint, nec concordatio sit possibilis, videndum est utrum numero et qualitatibus moralibus aequales sint... Quod si testes aeque pollentes qualitatibus, inaequales numero sint, praeferantur illi qui numero plures sunt. Si vero qui numero minores sunt alios praecellant nobilioribus qualitatibus, et ea quae maiorem veri similitudinem exhibent, exponant, praeferendi sunt numero pluribus ».

Hisce paemissis, oratores demonstrare in secundo capite orationis contendunt, Aliciam nonnisi graviter a matre coactam Carolo nupsisse.

Ad rem, iuris principiis inhaerens S. C. S. Officii in Instructione super conficiendis causis matrimonialibus edita die 20 Iunii 1883, p. II, art. 3, ubi de impedimento vis et metus agit, vult ut timoris gravitas non modo ex natura minarum deducatur; sed etiam « ex qualitatibus tum eorum a quibus illae proficiscuntur, tum eorum qui eas passi dicuntur ».

Hanc instructionem oratores sequentes, contendunt indolem matris oratricis severam et asperam iuxta testes fuisse. Tam imperiose, addunt oratores, cum suis agere solebat mulieris mater, tantaque valebat auctoritate, ut domesticam omnem rem suo regeret ac moderaretur nutu, ac ipse Dnus Aliciae pater in omnibus suae uxoris beneplacitis acquiesceret.

E contra, pergunt patroni, testes affirmant oratricem esse mitissimo ingenio praeditam, ac parentum, matris prae-

sertim, observantissimam. « Ma fille (ait pater) est extrêmement douce et soumise, tandis que le caractère de sa mère est ferme et autoritaire ». - « Ma fille, (deponit mater), avait un caractère très douce et absolument soumis ». Eadem testantur actricis frater et Dna Morel.

Insuper, addunt defensores, cum oratrix suos numquam deseruisset, ac educationem paterna in domo sub rigidae matris regimine perfecisset, matrem non modo summo prosequebatur obsequio, sed absolute metuebat. Et sane Aliciae frater testatur. « Ma sœur était soumise à ses parents, ma mère surtout avait une grande autorité sur elle, plutôt de crainte ». Item consobrina Actricis: « Oui, ma cousine était très soumise, et ses parents avaient une grande autorité sur elle. Elle craignait beaucoup sa mère, et a été traitée rudement dès son enfance par elle ». Et paulo inferius testatur. « Ma cousine ne pouvait pas chercher un asile ailleurs; elle a fait son éducation à la maison; elle ne sortait jamais seule ; quand elle venait chez nous, elle était toujours accompagnée de sa mère ». Imo, prosequuntur patroni, nonnulli testes filiam matri subditam etiam nunc post separationem a marito tradunt.

Cum filia matrem ita vereretur, arguunt patroni, necessario contingere debebat ut si qua in re filia potius sua quam matris consilia sequi vellet, vi etiam mater filiam ad sibi obtemperandum compelleret, quod revera contigit. Cum enim Alicia Carolum minime amaret, eique nollet matrimonio copulari, mater cui gentis viri nobilitas mentis aciem percusserat, filiam coepit saevitiis ac minis exagitare, ut in oblatas nuptias consentiret. Quod revera Alicia nollet Carolo nubere patet ex eius iurata depositione: ait enim: « J'ai dit à ma mère que je ne désirais pas me marier encore, et ensuite que je n'avais aucune sympathie particulière pour Mr. Charles, que je connaissais en somme fort peu. Après le départ de Mr. Charles j'ai dit à ma mère la surprise que me causait son acceptation si brusque, et lui j'ai renouvelé mon désir de ne pas me marier encore, et de ne pas épou-

ser Mr. Charles ». Et inferius : « J'ai pu constater alors qu'ils avaient un besoin pressant d'argent, et que ce n'était que l'intérêt, qui leur faisait désirer ce mariage. Après leur départ j'ai supplié ma mère plus vivement encore de rompre ce mariage, qui m'était devenu odieux. J'ai pleuré, et j'ai eu des scènes violentes avec ma mère ».

Cum vero, pergunt oratores, querimoniis ac protestationibus infelix puella nihil apud matrem proficeret, ad patrem recursum habuit, ut si fieri posset, eiusdem auctoritate et patrocinio infaustas nuptias devitaret. Sed incassum; ait enim oratrix: « Mon père étant très occupé en ce moment, et me considérant comme une enfant, il m'a dit de m'adresser à ma mère, en laquelle il avait toute confiance, chaque fois que j'ai voulu aborder avec lui la question du mariage ».

Praeterea, adnotant defensores, Alicia, omnibus destituta subsidiis, omnes nacta est occasiones ut matrimonii celebratio differretur. « Pour faire reculer ce mariage, inquit Alicia, j'ai profité du deuil, comme je l'ai dit plus haut, puis j'ai parlé de ma répugnance pour le mariage, j'ai invoqué mon état de santé, enfin l'absence de mon père, qui a dû faire deux ou trois voyages en Italie ; l'ensemble de ces circostances m'ont aidée a faire reculer la date de mon mariage ». Nec, iuxta oratores, sua Aliciam opinio fefellisset, nisi Charles aere alieno pressus conditionibus omnibus humiliter se subiecisset, quas mulieris pater imposuit. Imo nec ipsa celebrationis matrimonii vigilia destitit Alicia apud matrem instare, eidemque supplicari, ut ab invisis nuptiis desistere vellet.

Idem confirmant depositiones testium. Actricis mater: « Après le départ de Mr. Charles ma fille s'est mise à pleurer, et m'a déclaré qu'elle ne voulait pas épouser... ». « Son impression, a été détestable, et elle m'a déclaré plus que jamais qu'elle ne voulait pas de ce mariage. . . . . Après la signature du contrat, celle-ci est venue me supplier, en pleurant, et s'est jetée à mes genoux de ne pas l'obliger

à ce mariage ». Oratricis pater deponit: « J'ai constaté toujours la même répugnance, et elle me l'a manifesté à differentes reprises ». Loquens tandem de nuptiali contractu pater haec affirmat : « Ma fille savait que ce contrat de mariage donnerait lieu à des difficultés, et elle espérait encore une rupture à cette occasion ».

Allatis testimoniis, urgent patroni, fides est adhibenda, quum quaelibet collusionis suspicio sit in casu reiicienda. Siquidem Mechiiniensis Iudex aperte declaravit « se in examinandis testibus diligenter invigilasse utrum aliqua collusionis suspicandae causa, srçbesset, et se nullam detegisse ; se e contra comperisse oratricem, modum conficiendi processum ecclesiasticum antea haud edoctam, inscia matre nec praemonitis testibus, ad Curiam episcopalem confugisse, seque iteratis vicibus in examine testium animadvertere potuisse, eam deinceps ab his ulterius instruendis aut quovis responso eisdem suggerendo sedulo abstinuisse ».

E contra^ prosequuntur patroni, testes de Mr. Charles id evincere conantur. Carolum inter et Aliciam extitisse « une amitié d'enfance », quae primitus enata in castro S. Rochi, quo Alicia a parentibus annualibus feriis duci solebat, nuptias, uti suum naturalem habuit exitum. Iamvero, observant, in primis exaggerationes ipsae, in quas nonnulli e testibus contrariis incidunt, manifesto indicant eorum propositum Actricem pro viribus impugnandi. Sic iuxta Caroli patrem, Alicia non modo oblatis nuptiis adversata non est, sed « c'était elle avec sa mère, qui avait conduit et fait aboutir toute les négociations pour le mariage ». Praeterea, observant patroni, in pluribus, iisque non parvi momenti, testes adversae partis inter se minime consentiunt, imo sibimetipsis contradicunt. Ita si Carolo eiusque patri credas, unica causa ineundi nuptias fuit mutuus ac vehemens sponsorum amor. Et tamen ipse pater asserere non dubitat : « J'ai remarqué les attentions que prenaient mes nièces de faire rencontrer mon fils avec cette demoiselle. La mère d'Alice avait fait venir peu auparavant mon

fils de LongYvy, où il était en garnison, à Bruxelles pour faire la cour plus librement à sa fille ». Quae certe, aiunt patroni, assertam illam mutuam propensionem inter sponsos saltem ex parte mulieris, valde imminuunt, imo destruunt prorsus, ac probant matrimonium Aliciam inter et Carolum iam a Caroli consobrinis intuitu divitiarum puellae in castro S. Rochi molitum, fuisse postea matris interventu et coactione ad exitum deductum, sicut de cetero nonnulli inter testes viri recognoscunt. Alii testes discussiones occasione contractus nuptialis obortas nec non matrimonium fuisse dilatum, admittunt, quamvis haec facta aliis prorsus causis quam puellae in nuptias aversione explicare conentur. Sed quam falso praesumatur, adnotant oratores, explicari oppositione avi Aliciae in matrimonium quod nuptiae fuerint per novem circiter menses remissae, ex eo patet, quod, avus Aliciae defunctus est mense Ianuario 1885, et nuptiae e contra e venerunt die 10 Augusti eodem anno. Nec facta desunt, iuxta oratores, quae reiiciunt dilectionem illam vehementem inter sponsos, qua unice matrimonium secundum contrarios testes initum fuit. Constat enim postremis annis antequam Carolus in civitate Bruxellarum ad Aliciam in sponsam petendam se conferret iuvenes nunquam se vidisse, nullamque inter se familiaritatem servasse, adeo ut Carolus, ut ipsemet fatetur, ne vocatus quidem fuerit, cum puella fecit « son entrée dans le monde ». Praeterea Carolo aliisque testibus ad confingendam illam « amitié d'enfance » asserentibus Aliciam quolibet ferme anno ante matrimonium una simul cum Carolo in Castro S. Rochi conversatam esse, contradicitur unanimiter ab Oratricis testibus.

Ceterum, pergunt Oratores, si Caroli propinqui falsa non pauca testati sunt, excusari forsan possunt, nam de iis rogati fuerunt, quae vel Bruxellis vel Parisiis evenerunt, ubi iidem, tempore saltem quo res gestae actae sunt, vel nunquam, vel obiter tantum sunt commorati.

Ea ipsa quae hisce in litteris leguntur, observant pa-

troni, spuriam earumdem originem redolent; ita ex. gr. illud Caroli elogium quod in litteris die 22 Ianuarii 1885 datis habetur: « Som- désintéressement a bien mérité d'ailleurs la chance qui lui tombe du ciel » quando constat Aliciam Carolum aversatam fuisse praecipue ob eius aviditatem.

Itaque, pergunt defensores, Alicia nolebat Carolo denubere, adeo ut vigilia ipsa celebrationis nuptiarum genuflexa ante matrem eidem enixe supplicaverit, « de rompre encore préférant tout à ce mariage ». Nil tamen miserrimae filiae preces, supplicationes et lacrymae profuerunt apud severissimam matrem, quae eo tantum spectabat, ut filiam viro genere praeclaro nuptui collocaret.

Quare, arguunt patroni, sua ambitione, et Caroli nobilitate non minus quam mal:s artibus decepta mater coepit filiam exagitare ac saevitiis minisque urgere, et eo usque pervenit ut saepe filiam domum relegarit, ac prohibuerit, ne arnicas et conventus quoscumque adiret. Iure meritoque, arguunt patroni, actrix, iudici interrogauti, an possit affirmare suum dedisse consensum' « sous l'empire d'un contrainte morale provenant d'une crainte grave iniustement inspirée en vue du mariage? » respondit: « Oui, devant Dieu. La vie chez ma mère m'était devenue impossible, et je pensais m'y soustraire en devenant la femme de Mr. Charles. Non, je ne voyais aucun moyen de me soustraire à ces vexations : je ne me sentais aucune vocation pour la vie religieuse, et je ne voyais aucun autre moyen de quitte la maison maternelle qu'en me mariant. Ma mère ne m'aurait jamais pardonné, si j'avais cherché asile ailleurs ».

Quae a filia, eadem prorsus asseruntur a matre, cuius testimonium, inquiunt patroni, haberi potest veluti rei confessio, quae in iure probationum regina appellari solet. Unde S. R. Rota *in decis. 732, § 6* coram Bmeriz testimonio eorum qui metum incusserunt, magis quam aliis deferendum docuit.

« Ma fille, ait Aliciae mater, a été absolument contrainte à ce mariage, et elle n'avait aucune affection pour

Mr. Charles; et lui est devenu antipathique déjà avant le mariage. Je voulais la contraindre à l'obéissance, en la menaçant de perdre complètement mon affection, je l'obligeais à rester chez elle, tant qu'elle ne voulait pas se soumettre, je la traitais aussi durement qu'il est possible de' le faire entre des gens bien élevés. Le mariage de ma fille à été annoncé sans son consentement; j'ai annoncé ce mariage le plus tôt que j'ai pu afin que ma fille fut engagée au point de vue mondain. Je lui ai repondu qu'il était impossible devant un scandale aussi grand, la veille de la célébration du mariage de rompre, et que si elle ne voulait pas y consentir, je l'obligerais à quitter ma maison et à se retirer dans un couvent, et qu'elle perdrait à jamais mon affection ».

Horum testimoniorum auctoritatem magis ac magis augent, observant patroni, laudes quibus sive testes ex officio vocati vel ab Actrice inducti, sive parochi in quorum paroeciis istius familia commorata est.

Praeterea, urgent patroni, Actrici in matrimonii nullitate ob matris coactionem vindicanda suffragantur testes tum numero tum qualitate contrariis longe praestantiores.

Hic vero animadvertere opus est dicunt patroni plerosque testes facta quae enarrant rescivisse tempore minime suspecto.

Merito igitur, arguunt patroni, Mechliniense Tribunal matrimonii de quo agitur nullitatem definiendam censuerit, licet tunc temporis « mariti eiusque testium depositiones nullo modo haberi potuerint ». Tanta enim erat auctoritas testium pro matrimonii nullitate deponentium, tanta argumentorum copia et vis probationum in Aliciae favorem, ut etsi testes ex parte viri contradixissent, sicut postea contradixerunt, matrimonii invaliditati officere non potuissent. Hisce enim in iudiciis in conflictu testium, uti docet Mascardus *De Prob. v. II, Conci. 1052, n. 1:* « magis sit credendum duobus testibus deponentibus de metu quam mille negantibus vel asserentibus de libera voluntate». Cuius disciplinae intrinsecam

afferens rationem, Panimolius in decis. 102, a. 1, pag. 375, scribit : « Deponentes de spontanea voluntate deponunt de actu mentali intrinseco et invisibili qui soli Deo notus est; cum actus extrinsecus indicans provenire ex libera voluntate possit esse in apparentia liber, sed intrinsece in voluntarius. Alii vero deponentes de metu attestantur de minis, tormentis vel similibus aliis actibus denotantibus violentiam et meticulosam cohabitationem, quae sensu corporis percipiuntur ». Quibus consonat Rota coram Ludovisio, Dec. 326, § 26. In casu autem, inquiunt oratores, non duo contra mille, sed longe maior pars testium iique omni exceptione maiores, matrimonii Aliciam inter et Carolum contracti nulli tati favent; qui vero contradicunt, rerum specie decepti, litteris - nempe Aliciae ut minus dicamus, contradicunt.

Quinimo, advertunt patroni, nonnulli ex ipsis adversatus non denegarunt quamlibet matris coactionem.

Hic autem, observant patroni, ad matrimonium metus causa irritandum, cum metus sit difficilis probationis, « leviores sufficiunt probationes » sicut decernit Rota dec. 326, coram Ludovisio. Hinc benevolentia quadam et animi propensione est procedendum.

Iamvero cogente matre, pergunt oratores, nuptiae factae sunt, iis tamen Aliciae dispositionibus, ut dubitari possit an consensus iuxta matrimonii naturam fuerit rite praestitus. « J'ai passé la nuit, ait actrix, en lutte avec moi-même : pleine de craintes et de scrupules de conscience : le matin je me suis laissé habiller en pleurant, j'ai hésité au moment de monter en voiture. A l'hôtel de ville mon rôle était à peu près passif; mais à l'église j'ai eu un dernier combat avec moi-même ; il me semblait que je jouais une comédie odieuse et quand j'ai vu et les témoins et tout ce monde de la noce, j'ai eu peur du scandale que produirait l'esclandre que je ferais en refusant de prononcer le - oui, - et je me suis résignée à le dire avec l'intention absolue de n'être la femme de Mr. Charles qu'aux jeux du monde, en réservant ma personne ».

Cuius imperfecti assensus omnino compos oratrix, addunt patroni, instantibus iudicibus, recognoscit suum matrimonium ob adiectas conditiones fuisse « différent des autres » ac deinde subdit : « Je croyais que la bénédiction du prêtre faisait l'indissolubilité du mariage : mais je ne croyais pas que cette bénédiction m'imposait des obligations, auxquelles je ne m'étais pas engagée devant Dieu. Je me croyais donc irrévocablement liée à Mr. Charles devant l'Eglise, sauf les restrictions que j'avais faites ».

Iamvero, arguunt patroni, ex *cap. 25 de sponsal.* « Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri et mulieris consensum »; per consensum nempe qui nullam includat conditionem, quae sit confra matrimonii substantiam. Atqui Alicia dum assensum praestitit, ut esset Caroli uxor solummodo « de nom », quin eidem suam voverit personam, videtur ius in suum corpus, quod ad substantiam pertinet coniugii, viro denegasse.

Neque dicatur, urgent defensores, de hisce Aliciae dispositionibus, utpote quae in secreto eius cordis reconditae fuerunt, satis constare non posse; nam plerique inter testes eas tempore non suspecto resciverunt ac in suis depositionibus declararunt.

Quaenam deinde fuerit vita coniugales ex eiusdem initiis, inquiunt patroni, facile colligi potest. Statim ac sponsi soli fuerunt, unus alteri finem quem in nuptiis contrahendis sibi attingendum praestituerat, aperuit. Carolus Aliciae fassus est se non habere nisi « cinquante centimes » et « que les promesses d'argent de ses parents étaient purement fictives ». Alicia autem viro tradens iuxta eiusdem petitionem quod secum tulerat, eidem quid de ipso eiusque familia sentiebat declaravit, suamque dotem in eius esse proprietate ; se tamen f numquam eius uxorem futuram. Primi huius inter coniuges colloquii testis quodammodo extitit Petrus de Meuve, qui ipsos post nuptiale convivium ad diversorum duxit, ad eosque supellectiles tulit, quique haec refert : « A cinq heures j'ai vu descendre par l'escalier de

service Mr. le Baron avec sa Dame qui pleurait. Mr. le Baron m'avait dit de vouloir ainsi quitter sans être aperçus par les invités. Ils se sont rendus à un hôtel à Bruxelles, où j'ai été les rejoindre une demie heure après avec leurs bagages. Arrivé à l'Hôtel j'ai trouvé Madame tres affligée dans un coin de la chambre, tandis que Monsieur se promenait dans la même place ».

Praeterea, adnotant defensores, Carolus eiusque parentes tunc temporis, quando matrimonium fuit celebratum, gravissimis in conditionibus versabantur ac pene summam in egestatem inciderant.

Fatis tam tristibus, pergunt defensores, inchoata coniugalis vita peius in dies processit. Voluptuarium iter pecuniae inopia breviari debuit. Alicia restitit quantum potuit ne matrimonium consummaretur ; et quamvis continuis viri instantiis et querelis fessa, tolera veri t quod Carolus suo uteretur iure, tamen ad opportunas interrogationes respondens , declarat : « Je n'ai nullement songé à reconnaître ainsi des droits sur ma personne, ni à suppléer à un défaut de consentement; je ne connaissais pas la cause de l'invalidité de mon mariage ».

Insuper prorsus immerito, iuxta oratores, testes viri contendunt innixi litteris quas Alicia misit ad Mariam de N..., dum nuptiale iter faceret, initia saltem coniugalis vitae felicia fuisse; hoc enim, dicunt oratores, non modo est falsum, sed absurdum. Et sane constat, Carolum fuisse, tum cum nuptias contraxit, aere alieno oppressum ; constat ipsum etiam post coniugium luxuriosam suae vitae rationem minime immutasse.

Tandem oratores finem imponunt suae orationi, animadvertentes, neminem matrimonii Carolum inter et Aliciam initi valorem sustinere posse, quin admittat simul testes de quorum scientia et probitate nefas est dubitare, quin ullum ex declarata matrimonii Aliciae nullitate emolumentum caperent, gratis mentitos fuisse ac peierasse, quod est moraliter impossibile.

ANIMADVERSIONES DEFENSORIS s.-VINCULI. Ex adverso vinculi Defensor ab ipso orationis exordio animadvertens 14 ferme annos a coniugalis vitae dissociatione praeterlapsos fuisse antequam causa Amplissimo Vestro Consessui supponi posset, arguit haud. fidem actrici adiiciendam esse. Ipsa enim die 9 Februarii 1894, tum primum recursum, habuit ad auctoritatem ecclesiasticam, ac suadere pertentans se primis hisce annis nihil adversus matrimonium aggressam esse inquit : « Je croyais que la bénédiction du prêtre faisait l'indissolubilité du mariage: mais je ne croyais pas que cette bénédiction m'imposait des obligations auxquelles je ne m'étais pas engagée devant Dieu. Je me croyais donc irrévocablement liée à Mr. Charles devant l'Eglise, sauf les restrictions que j'avais faites ».

Sed heic, prout semper, inquit orator, baronissa rem asserit veri prorsus absimilem, nec ulla ratione probat quod asserit. Sane praeterquam quod nullum testem invenies, qui de hac re loquatur quin eam didicerit ab ipsamet actrice ; et tempore suspecto i. e. exortis iam inter coniuges dissidiis, cordatus quisque haud facile inducitur ut credat actricem tanta ignorantia laborasse ut putaret « que la bénédiction du prêtre faisait l'indissolubilité du mariage » absque alterutrius nupturientium consensu.

Etenim actrix haud vitam ducebat in deserto, vel intra claustra in aliquo asceterio, sed Bruxellis, in domo patris sui. Neque pueritiam in gynaeceo transegerat : « Elle (ait pater) a été élevée par une gouvernante ».

Eximii contradictores, ait vinculi Defensor, contendunt credendum esse suae clientae quia rector Paroeciae Bauffe sub die 12 Aprilis 1896 scribit: « Depuis deux ans que la famille Aliciae habite Bauffe, elle a gagné les sympathies des habitants, et sourtout des pauvres ».

Verum suspectissima habet vinculi Defensor praenarrata benefacta, quippe quae initium nanciscuntur ab inchoatione praesentis iudicii. Porro praesens iudicium instauratum est die 9 Februarii 1894, et parochus die 12 Aprilis 1896 scribit.

Tametsi, inquit vinculi Defensor, ignorantiam aliquam circa matrimonii naturam admittere in .Alicia, caecutire• esset in luce meridiana. Ipsa namque agere de matrimonio coepit a teneris unguiculis. Certe actrix suo ipsa ore profitetur de tempore, quod matrimonium tractatus cum barone Carolo praecessit: « Elle (mater) avait eu différents projets de mariage, que j'avais essayé de toutes mes forces de faire échouer ».

Igitur, arguit orator, Alicia recursum adversus matrimonium ad ecclesiasticam auctoritatem per sex annos distulit, non iam quasi putaret : « que la bénédiction du prêtre faisait l'indissolubilité du mariage » absque alterutrius nupturientium consensu ; sed quia tenebat alta mente repositum verum, liberum, spontaneum consensum in legitimum matrimonium ab se praestitum.

Etenim praesto sunt epistolae tempore non suspecto tam ab actrice quam a matre scriptae, quae non modo praetensam coactionem excludunt apodictice, sed luce meridiana clarius demonstrant vehementem amorem quo Alicia Carolo denupsit.

Recitatae epistolae, ait orator, Aliciam matremque Lauram interimunt. At illae potius quum fasces submittant, impavide asserunt se semper mentitas esse. Porro Laura inquit: « Ma fille n'y a pas exprimé ses propres sentiments, elle a écrit sous mon inspiration ». Filia ait : « J'ai écrit sous la dictée de ma mère ».

Sed illa Aliciae epistola superius relata, ait orator, actricem iugulat. Illam Alicia manu propria scripsit, matre neque dictante neque inspirante. Suo ipsa ore actrix iuramento interposito professa est: « Cette lettre a été écrite à l'insu de ma mère ». Iam vero, arguit vinculi defensor, illa in epistola Alicia eadem prodit, quae nec parata sit literas scribere dictante matre, nec nubere cui mater vult, et secreta domus suae comitissae de N.......... ultro citroque et abundanter reserat.

Quod si opponatur, Curiam Mechliniensem hanc dedisse

sententiam : « Censemus reapse sponsam ad matrimonium accessisse sub influxu metus gravis reverentialis a matre ipsius et quidem in ordine praecise ad hoc matrimonium incussi, ipsamque invalidum praestitisse consensum ». Hoc accidit, reponit vinculi defensor, quia Mechliniensis curia transcriptas literas ignorabat omnino. Deinde addit, sex illi anni, qui a coniugalis vitae dissociatione ad iudicii indicationem effluxerunt, certo certius non fuerunt otiosi. Sed ditissimae domus Aliciae leguleii per longissimum illud tempus obnixe laboraverant, ut viam causae desperatissimae sternerent.

Reque vera non est, qui leguleii manum non videat vel in cavillationibus, queis, actrix refert depositiones suas, vel in agendi ratione testium, ab ipsa inductorum, qui, cum facta particularia ad probandum metum omnino necessaria, non in promptu habeant, toti in eo sunt ut generalibus verbis in animos iudicum imprimant opinionem actrici favorabilem.

Suprascriptae aliaeque similes testimonium dicendi formulae, quibus passim abutuntur adversi testes, ad iudiciariam trutinam revocatae nullo prorsus in pretio haberi possunt.

Sane, observat orator, eae formulae primum generalibus verbis conceptae sunt. At Rota in *decis. 301, n. 17* pondérât : « Omnes testes deponunt dumtaxat D. Ducem Carolum vi seu iussu patris fuisse ad matrimonium impulsum, quae generica probatio non suffragatur ».

Quocirca, pergit orator, cum ad annullandum matrimonium, de quo agimus, in medium afferatur metus reverentialis, narranda erant a testibus facta singula cum cunctis circumstantiis et adiunctis loci et temporis, ut iudices aestimare queant num praetensae « scènes continuelles » metum gravem constituant.

Antequam haec assereret Ioannes Portaels, observat vinculi Defensor, ipsamet actrix percontanti iudici :......«Les parents de Mr. Charles vivent-ils encore? où résident-ils? »

retulerat : « Le père est mort, et la mère a disparu. Depuis six ans je n'ai plus entendu parler d'eux ». Unde iudex ad inquisitionem ab Emo Archiepiscopo delegatus, pro certo habens copiosissimam baronis Caroli familiam ictu veluti oculi ab humana societate disparuisse, recolit : « Eius (viri Aliciae) pater mortuus est aliique eius cognati, ut nobis assertum est, paternum domicilium deseruerunt ac aliorsum commigrarunt ». His incantamentis irretitus, terque quaterque bonus delegatus iudex, ne somnio quidem cogitavit de testibus ex latere viri audiendis, sed mora haud interiecta, die 28 septembris 1894: « Dicit se existimare iam finem imponi posse processui, cum non appareat quod adhuc alii testes cum multo fructu audiri queant ».

Ratio autem animadvertit orator, ob quam actrix, seu potius leguleii consiliarii, Acheronta moverunt ut nedum baro Carolus, verum omnes etiam cognati eius vel mortui vel ignoti domicilii haberentur ab inquisitore iudice, statim in oculos insilit. Ipsi nempe probe noscebant actionem adversus huiusmodi matrimonium repulsam passum iri ab ipso iudicii limine, si lux, prout de iure, causae affulgeret, si vir, si viri propinqui iudiciali examini supponerentur, si iudicio exhiberentur epistolae ab Alicia eiusque matre ad cognatos baronis Caroli non suspecto tempore datae, quarum complures supra transcriptae sunt.

Neque, addit orator, actricem eiusque consiliarios fefellit opinio. Vir enim statim atque de instituto adversus matrimonium iudicio certior factus est ad iudicem inquisitorem scribit : « Le motif donné pour démander la nullité du mariage est des plus faux et j'ai en mains des preuves, qui le réduisent à néant ; je suis donc vivement désolé de voir que les choses aient été si loin et qu'avant tout l'on n'ait pas jugé à propos de m'avertir, car ne me suis jamais caché et ma famille a toujours su où j'étais ».

Pariter Caroli pater, qui, si Aliciae suisque fidem aducías, mortuus esset ab aevo, iudicio sistit, ac deponit.

Matrimonium coactum aeque ac comes Ludovicus, addit

orator, absque ambagibus excludunt omnes alii septimae manus testes ex latere viri.

Nec, iuxta oratorem, fidem meretur actrix quando, contra omnes viri sui propinquos, quos vel mortuos, vel a consortio humano extorres traduxerat, proprio marte criminalem inquisitionem instituit.

Etenim e contra vinculi tutor dicta testium ex latere viri summo in pretio habenda esse contendit; et quia minime divagantur a litis cardine, et quia consonant cum saepedictis Uteris, tum ab Alicia cum ab eius matre tempore non suspecto scriptis ; et, etiam quia collimant cum duobus, viris, qui ex phalange testium unici sunt omni prorsus exceptione maiores; quippe qui I° studio partium haud subiacent, cum nec sanguinis, nec alio cuiusvis generis vinculo alterutri coniugum devinciantur ; 2° sunt aestimatione omnium ornatissimi ; 3° demum testantur de scientia propria.

Iamvero, pergit orator, sciscitatus : « Avez-vous assisté à la célébration du mariage? Quelles étaient les dispositions d'Alice, la veille et le jour même du mariage ? » tribunus militum reponit : « J'ai assisté au mariage comme témoin. Mlle. Alice paraissait très-heureuse. Du reste elle ne m'a pas fait de confidences ».

Iudex : « Avez-vous remarqué le jour même du mariage qu'elle était triste? A-t-elle pleuré?» Adrianus: «Elle était très gaie ».

Nec aliter parochus Petrus Van Roey, qui, quaerenti iudici : « Quelle a été l'attitude de la jeune » cum praernisisset se excepisse mutuum nupturientium consensum reponit : « Je ne me souviens pas d'avoir remarqué quelque hésitation de la part de la jeune fiancée, ni quelque émotion démontrant le regret de l'acte qu'elle allait poser. Je ne me souviens de rien de ce genre, et personne ne m'a fait de remarques à cet égard ».

Urgenti iudici: « Mlle, Alice se serait-elle mariée contre son gré à Mr. Charles ? Veuillez-nous dire tout ce que

vous avez entendu à ce sujet »: parochus respondet: « Je n'ai rien entendu à cet égard ».

Iudex adhuc: « Pensez-vous que Mme Alice n'ai contracté mariage que sous l'empire de la contrainte de sa mère? Pourquoi? » parochus: « Je ne puis pas répondre à cette question, parceque je n'ai pas conçu le moindre soupçon à cet égard ».

Praeterea, observat vinculi defensor, testis Mathildes Morel nihil scire potest de scientia propria, et quidquid refert nonnisi ab actrice et tempore quidem suspecto discere potuit. Hac profecto de causa, dum testimonium dicit, prudenter reticet, scientiae causam, silens personas a quibus audiverit vel tempus quando eas didicerit.

Quibus praenotatis, suppositum fuit diluendum

Dubium

An constet de matrimonii nullitate in casu.

RESOLUTIO. Sacra **C C .** re disceptata sub die 25 Ianuarii 1902, censuit respondere : *Ex deductis non satis constare de nullitate matrimonii.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

DECRETA NOVISSIMA

VALVEN. et SULMONEN. Dubium quoad mulieres quae incedunt post confraternitates, sacco indutas, canentes carmina vernacula lingua, et postea Clerum.

1. *In publicis et sacris processionibus nequeunt mulieres incedere inter Confraternitates et Clerum.*

2. *Possunt sequi statuam, et canere quando Clerus tacet, in processione tantum et extra Ecclesiam.*

Hodiernus Pro-Vicarius Generalis Rmi Dñi Episcopi Vaivén, et Sulmonen., de consensu sui Antistitis, Sacrorum Rituum Congregationi humiliter exposuit, aliquibus in locis, in publicis

et sacris processionibus, post Confraternitates laicales, proprium saccum indutas, incedere quamplurimas mulieres, iuvenculas praesertim, binas, canentes carmina vernacula lingua, et postea clerum. Hinc idem Rmus Orator sequentia proposuit dubia solvenda, nimirum:

I. An huiusmodi usus permitti possit?

II. Et quatenus negative ad primum, an saltem possit permitti, ut mulieres incedant immediate post statuam B. Mariae Virginis, vel alicuius Sancti, et canant quando clerus tacet?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit:

Ad I *Negative.*

Ad II. *Affirmative* ad primam partem, et *Affirmative* etiam ad secundam in processione tantum et non intra Ecclesiam.

Atque ita rescripsit, die 29 Novembris 1901.

D. **CARD**. FERRATA, *Praef.*

L. ffi S.

f D. **PANICI**, Archiep. Laodicen. *Secret.*

VALLIS VIDONIS. Dubia quoad Missam votivam de Sacro Corde Iesu etc.

1. *Missa votiva de S. Corde Iesu, prima feria VI Ianuarii, occurrente in Vigilia Epiphaniae, celebrari nequit.*

2. *Stola cum pluviali non est assumenda ab Hebdomadario Vesperas celebrante coram SSmo Sacramento, eo quod illud incensare debeat ad Magníficat.*

3. *Color rosaceus Dominicis III Adv. et IV Quadrag. adhiberi potest etiam in Missis privatis et in Officio.*

Rmus Dnus Henricus Sauvé, Canonicus et Magister Caeremoniarum Ecclesiae Cathedralis Vallis Vidonis, de consensu Rmi sui Episcopi, humillime petiit, ut a Sacra Rituum Congregatione insequentia dubia benigne solvantur, et nimirum:

I. Utrum Missa votiva de Sacro Corde Iesu, per decretum *Vrbis et Orbis,* diei 28 Iunii 1889, indulta, dici possit Feria VI, quae prima in Ianuario mense occurrit, quando in illam diem incidit Vigilia Epiphaniae?

II. Utrum **in Vesperis coram SS. Sacramento exposito cantatis debeat Hebdomadarius a principio induere stolam, ratione incensationis SS. Sacramenti ad** *Magnificat* **faciendae: et quatenus negative, utrum debeat saltem ad** *Magnificat?*

III. Utrum Dominica III Adventus, et Dominica IV Quadragesimae paramenta coloris rosacei adhiberi possint non tantum in Missa solemni, sed etiam in Missis privatis et in Officio de Dominica?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, omnibusque mature perpensis, respondendum censuit:

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Stetur Rubricis et Decretis.*

Ad III. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit. Die 29 Novembris 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. ✠ **S.**

f D. PANICI, Archiep. Laodicen. *Secret.*

DUBIUM quoad cantum Litaniarum B. M. V.

Litaniae Lauretanae cantari possunt per trinas invocationes, populo quartam respondente.

A Sacrorum Rituum Congregatione expostula tum est: utrum in sacris functionibus, quae utplurimum horis vespertinis fiunt in Ecclesiis vel Oratoriis publicis cum expositione SSmi Eucharistiae Sacramenti, liceat, uti mos est antiquus in pluribus Ecclesiis etiam Urbis, cantare Litanias B. M. V. Lauretanas per trinas invocationes, respondente quartam fideli plebe, atque ita ex ordine explere ultimam Invocationem *Regina Sacratissimi Rosarii j Ora pro nobis?*

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae respondendum esse censuit: *Affirmative.*

Atque ita rescripsit, die 6 Decembris 1901.

D. CARD. FERRATA, *Praef*

f D. PANICI, Archiep. Laodicen. *Secret.*

PLOGEN. Dubium: quaeritur an debeat esse in sacris minister, qui assistit Missae cum cantu.

Minister Missae eum cantu assistens, iuxta decret **3377,** *debet esse in Sacris, si debeat etiam Calicem abstergeré.*

Rmus Dnus Episcopus Plocensis Sacrorum Rituum Congregationi sequens dubium, pro opportuna solutione, humillime proposuit, super ministro, qui iuxta decretum **3377,** *Baionen.,* 25 Septembris 1875, in Missis cum cantu sine ministris folia vertit, Calicem discooperit, ipsumque mundat, vinum et aquam infundit, eumdemque Calicem infra actionem palla cooperit et discooperit, iuxta opportunitatem, nec non ipsum tergit post Communionem suisque ornamentis instruit, nimirum: utrum iste minister debeat esse in Sacris constitutus?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit: *«Affirmative,* si debeat etiam Calicem abstergeré».

Atque ita rescripsit, die 6 Decembris 1901.

D. **CARD**. FERRATA; *Praef.*

L. >$¡ S.

D. **PANICI**, Archiep. Laodicen. *Secret.*

BRIXIEN. Beatificationis et Canonizationis Ven. Servae Dei Bartholomaeae Capitanio Institutricis Principis Congregationis Sororum a Caritate in oppido Luere Dioecesis Brixiensis.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus Theologalibus Fide, Spe, Caritate, in Deum et proximos; item de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine, Temperantia iisque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Hominum generi tot periculis circumvento, tot animi corporisque cruciatibus obnoxio, quantum afferat solatii *religio illa munda apud Deum quae est visitare pupilles et viduas in tribulatione eorum et immaeulatum se custodire ab hoc saeculo* (S. Iac. Ep. Cath. I, 27) inter alia complura luculenter ostendit Institutum, quod vel ipso commendatur titulo *Sororum a Ca-*

ritate. Additum hoc aegris mortalibus praesidium et quasi angelorum novissimum agmen, — siquidem « *est opus angelicum omnia facere pro salute proximorum* » (S. Io. Chrys. in op. ad Hebr., t. III), — tam alte omnium oculis animisque se inculcat, ut vel eorum qui non bene de catholica religione sentiunt admirationem sibi conciliet. Immortalis igitur erit castae huiusmodi generationis cum claritate memoria *quoniam apud Deum nota est et apud homines.* Tantae vero sobolis mater Bartholomaea Capitanio digna est quae consalutetur altera cum Alexandro Luzzago Brixiensis regionis gloria, eidemque quum ob insignem vitae sanctitatem, tum ob egregia in christianam rempublicam merita beatorum Caelitum honores decernantur.

Felix Ven. Servae Dei patria Luere oppidum fuit ad lacum Sebinum; natalis vero dies contigit idibus ianuariis an. MDCCCVII. Acre sortita ingenium cum fervidiore indole, per annos pueritiae primaeque adolescentiae, non solum a virtutis tramite numquam deflexit, sed pietate ac prudentia aetatem praetergressa virtutum omnium exempla imitanda sibi proposuit, praesertim quae in Aloisii Gonzaga vita praelucerent. Futuri etiam ministerii partem auspicari quodammodo visa est, solita aequales cogere in sacellum Mariae Virginis dicatum, quem pium coetum postea, confirmata aetate, rite instituendum curavit.

Annum agens xn domum ingressa est Virginum S. Clarae Luerensium, in eoque domicilio haud minus ipsa suos in virtute ascensus cordi habuit, quam puellarum quibus praefuit, institutionem saluberrimam. Inde a parentibus revocata, statim religionis virtutisque omne genus palaestram feminis patere voluit paternam domum. Qua disciplina non solum pietas et sancti mores in puellis maxime floruerunt, sed plures etiam institutae magistrae, summam utilitatem finitimis pagis et oppidis attulerunt.

Verum quo flagrabat ardore quum ei parum videretur instituendae adolescentiae finibus contineri,^ condendae Familiae Sororum a Caritate animum adiecit, quo instituto genus omne frugiferi ministerii complecteretur. Novi igitur, non intermisso docendi munere, suscepti labores : diversari in hospitiis aegrotis curandis; hi ubi essent etiam privatis in locis obscurisque, eo ipsa advolare; vicatim adire domos ut, stipe corrugata, indigentibus opem ferret; frangere esurienti panem suum; vinculis detentos invisere, aegros consolari, fiere cum fi"entibus,

afflictos erigere, adesse horae supremae decedentium e vita, haud immemor certe sententiae: *melior est ire in domum luctus quam in domum convivii.* Quod vero interest maxime, effusis Deo precibus, vitae exemplo, notationibus, scriptis ab aeterna proximorum salute procuranda nullum tempus vacuum esse sinebat.

Laboriosum vitae iter immatura quidem, sed pretiosa in conspectu Domini mors intercepit, patroni sui Aloisii Gonzaga, qualem optaverat, simillima. Attritis enim lento morbo viribus, dolens quod parum de divina bonitate esset promerita, fidensque a se institutam sodalitatem, praeter omnium spem et expectationem auctum iri, flos angelica puritate flagrans, ad caelestia viridaria translata est aetatis suae anno sexto supra vicesimum.

Sanctitatis opinio quae de V. Dei Ancilla, etiam cum viveret, passim invaluerat, post eius obitum una cum fama prodigiorum adeo percrebuit, ut aliquot post annos de eius vitae ratione in S. Rituum Congregatione agi coeptum sit.

Itaque his omnibus absolutis, quae in hoc expediendo causarum genere Romanorum Pontificum constitutiones servari iubent, de virtutibus Ven. Servae Dei Bartholomaeae Capitanio ter fuit instituta quaestio; primum in Comitiis antepraeparatoriis in Aedibus Rrîii Cardinalis Lucidi Mariae Parocchi Episcopi Portuensis et S. Rufinae Causae Relatoris octavo idus Novembris anno **MDCCCC**; deinde in praeparatorio Coetu ad Vaticanum coacto quinto calendas Iunias anni mox elapsi; tandem coram SSmo Dno Nostro Leone Papa XIII in universo conventu sexto calendas Décembres eiusdem anni, ubi a praefato Cardinali causae Relatore proposito dubio : « *An constet de. Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, Caritate in Deum et próximos, item de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico Venerabilis Servae Dei* Bartholomaeae Capitanio *in casu et ad effectum de quo agitur* » singuli qui convenerunt Rmi Cardinales et Patres Consultores ex ordine suffragia ediderunt. Beatissimus vero Dominus Noster omnium audita sententia libenter agnovit « *exeelluisse Ven. Dei Famulam* Bartholomaeam Capitanio *in omni virtutum genere ac praesertim de puellari institutione optime fuisse meritam. Hoc enim vero,* ait, *laetabile est monetque animum in peculiares gratias Deo reddendas providentissima Deo.*

Quo siquidem versamur in calamitate temporum quum succreseenti iuventuti eorrumpendae tam multae impenduntur perfldaeque artes, nihil sane op totius, nihil salubrius quam ut prodeant animae, excitante Deo, quae eodem quo Bartholomaeae Capitanio *proposito, exemplo, sanctitate praeluceant. Ceterum iudicium Nostrum in aliud tempus divini luminis copiam impetraturi de more dixerimus ».*

Hodierno vero die, quo tres Sapientes Deum puerum adoratum perrexerunt, idem Beatissimus Pater iteratis precibus Sacroque litato in hanc Vaticanae Aedis aulam accivit Fimos Cardinales Dominicum Ferrata Sacrae Rituum Congregationi Praefectum et Lucidum Mariam Parocchi causae Ponentem una cum R. P. Ioanne Baptista Lugari sanctae Fidei Promotore,, meque infrascripto a secretis iisque adstantibus solemniter edi^xit: *Constare de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, Caritate in Deum et proximos; item' de Cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine iisque adnexis Ven. Servae Dei* Bartholomaeae Capitanio *in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum promulgari et in acta Sacrorum Ri^tuum Congregationis referri iussit **VIII** idus Ianuarias anno MDCCCCIII.

D. C**ARD**. FERRATA, *Praef.*

L. © S.

f D. P**ANICI**, Archiep. Laodicen. *Secret.*

NONANTULANA. Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Sor. Mariae Diomirae a Verbo Incarnato sanctimonialis professae capuccinae in Asceterio Fanani.

Monialium Capuccinarum Institutum nova veluti luce ciarescit per alteram e suis sodalibus sanctitatis fama celebratis, Mariam Diomiram a Verbo Incarnato, Genuae orta die 27 Februarii anno 1708 e parentibus Helvetiis Ioanne Serri et Teresia Curti, in sacro lavacro Mariae Teresiae nomen accepit. Adhuc infantula vitam poenitentem portendere visa est per abstinentiam singulis sextis feriis a laete nutricis. Vix quinquennis quod sibi subtrahebat cibi pauperibus donabat, et piis parentibus placere studens, primordia catechismi, quae in schola didicerat, coram illis recitare gaudebat. Ob Christi Redemptoris

cruci affixi amorem et imitationem, aspera quaeque pati exoptabat, et singulari industria doloris incitamenta quaerebat. Quum genitores Pisas sese transtulissent, in custodiam et disciplinam Monialium Ordinis S. Benedicti inibi degentium puellam traderunt. Quae post biennium in paternam domum reversa, illam vitae rationem quam a primaeva aetate et in Pisano Asceterio laudabiliter susceperat, servare perrexit, donec anno 1730, aetatis suae vigesimo secundo, in conventu Fanani penes Nonantulan! capulatarum Virginum Institutum ainplexata est. Tirocinio expleto, Dei Famula solemnibus votis sese devinxit, assumpto nomine Mariae Diomirae a Verbo Incarnato; eaque die animas piaculari igne detentas ferventissimis ad Deum fusis precibus adiuvit. In officiis sibi commissis obeundis sive tironum magistrae, sive asceterii antistitae, sive domestico sacello praepositae, mulieris fortis et virginis sapientis et prudentis in sacris scripturis commendatae retulit imaginem. Quidquid ad monasterii bonum et ad monialium perfectionem conferre existimabat, intento animo et assiduo opere consequi satagebat. In amplexu Crucis Christi cum corporis afflictatione, accedente quotidianae orationis et synaxis robore, multa adversa superavit; et in statu religioso adeo profecit, ut sanctitatis famam intra et extra claustra sibi comparaverit. Tandem Maria Diomira iam coelo matura in lethalem morbum incidit ex quo quum mortem sibi imminere persentiret, habita ad sorores pia exhortatione, extremis Ecclesiae Sacramentis communita et Apostolica Benedictione in articulo mortis recreata in pace Christi quem in corde atque ore habebat, suavissime quievit die 14 Ianuarii 1768. Pervulgato obitus nuncio, statim omnis ordo civium ex clero et populo ad funus et sepulcrum Servae Dei confluxit, eius reliquias uti amoris et patrocinii pignus certatim efflagitans. Inde fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum illustris apparuit, quae subsequenti tempore adeo clara atque in dies perseverans effulsit, ut super ea Inquisitiones Ordinariae institutae fuerint ad Sacram Rituum Congregationem deinceps transmissae. Quum vero omnia in promptu essent ad disceptationem de Causa Introducenda, editis iam decretis die 5 Iulii 1898 super revisione scriptorum et die 19 Iulii 1901 super dispensatione a lapsu decennii et ab interventu et voto Consultorum, ad instantiam Rmi Dñi Bernardi M. Nardi Episcopi tit, Thebani et Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum Po-

stulatoris Generalis, atque attentis litteris postulatoris plurium Rmorum Sacrorum Antistitum, aliorumque ecclesiastica vel civili dignitate praestantium ac praesertim Monialium Glarissarum et Capuccinarum Fanani, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Lucidus M. Parocchi Episcopus Portuensis et S. Rufinae atque huiusce Causae Relator, in Ordinariis Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit : « *An sit signanda Commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* » Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Cardinalis Ponentis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Ioanne Baptista Lugari Sanctae Fidei Promotore omnibusque mature perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative seu^signandam esse Commissionem si Sanctissimo placuerit.* Die 10 Decembris 1901.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae eiusdem Congregationis ratum habuit et confirmavit, propriaque manu signare, dignata est Commissionem introductionis Causae praefatae Ven. Servae Dei Mariae Diomirae a Verbo Incarnato, die 21, eisdem mense et anno.

DOMINICUS **CARD**. FERRATA, S. *R. C. Praefectus.*

L. *m* S.

f D. **PANICI**, Archiep. Laodicen., **5.** *R. C. Secret.*

EX 8. CONGREGATIONE S. INQUISITIONIS

DECRETUM: quo edicitur nullo titulo nulloque praetextu pertinere ad Superiores Regulares causas agnoscere subditorum in rebus ad s. Officium spectantibus.

Feria IV, die 15 maii 1901.

In Congregatione Generali Sacrae Romanae et Universalis Inquisitionis, Eminentissimi ac Reverendissimi Domini Cardinales in rebus Fidei et morum Inquisitores Generales sequens tulere Decretum: Uti pluries a Summis Pontificibus sancitum est, in rebus ad S. Officium spectantibus nullo modo ad Superiores Regulares pertinere subditorum suorum causas agnoscere, nulloque proinde titulo aut praetextu posse vel debere, nisi de expresso S. Congregationis mandato de his inquirere, denun-

ciationes recipere, testes interrogare, reos excutere, iudicium instituere, sententiam ferre aut alia quavis ratione vel modo in eis sese immiscere vel manus apponere: sed quos Religiosi Viri ex suis subditis vel confratribus vel etiam superioribus huiusmodi criminum, (praesertim quod ad abusum Sacramentalis Confessionis spectat), reos vel suspectas noverint, strictim teneri, absque ulla cum aliis quibuscumque communicatione, nulla petita venia, nullaque fraterna correptione aut monitione praemissa, eos S. Officio aut locorum Ordinariis incunctanter denuntiare. Ne vero sanctissimae hae leges ex ignorantia vel malitia (quod Deus avertat) negligi aut infringi contingat, Superioribus grave onus incumbere eas, quo opportunior! p Litaverint modo, ad subditorum suorum certam et distinctam identidem deferre notitiam earumque ab eis plenam observantiam urgere.

Quae omnia Sanctissimus Dominus Noster Divina Providentia Papa XIII, in audientia R. P. D. Commissario Generali die 17 eiusdem mensis et anni impertita, benigne approbare et confirmare dignatus est.

L. % S.

I. Can. MANCINI & *R. et U. I. Notarius.*

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

Petrus, recens defunctus, in testamento ad causas profanas, legatum reliquit mille florenorum in favorem causae piae. Testamentum illud, utpote destitutum solemnitate quadam extrinseca de iure civili requisita, prorsus nullum est. Rescisso testamento, Ioannes, qui uti haeres ab intestato haereditatem adivit, relictum pium mille florenorum praestare omnino recusat, provocando ad sententiam Emi D'Annibale: « Quamdiu S. Sedes loquuta non fuerit, existimo non oportere inquietare eos qui, extra ditionem Pontificiam, non praestant relicta ad causas pias in testamento irrito ex iure civili ». - Utrum Ioannem, obligare possem et debeam sub denegatione absolutionis ad exolvendum hoc relictum pium? - R. Sacra Poenitentiaria, mature perpensis expositis, respondet: Praxim huius C. Tribunalis in similibus casibus esse ut generatim legata pia habeantur ut valida et obligatoria in foro conscientiae: facile tamen admittuntur haeredes ad compositionem cum Ecclesia vel pia causa, cui legatum est. - Datum Romae in S. Poenitentiaria die 10 ianuarii 1901.

B. POMPILI...S. *P. Datarius*

R. CELLI *Substit.*

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

IANUEN.

PENSIONIS

Die 24 Ianuarii i 902.

Per summaria precum.

COMPENDIUM FACTI. Sacerdos Boraggini qui in Urbe Ianua parochiale obtinebat octo iam ab annis beneficium ad S. Xysti, se hoc beneficio abdicavit, die 4 Nov. 1897 rogatu Archiepiscopi, ut munus susciperet antecessoris in Seminario in disciplina iuris ecclesiastici. Renunciationi tamen Sacerdos Boraggini conditionem apposuit ut sibi conferatur beneficium canonicatus in Cathedrali Ecclesia ; quam conditionem ratam habuit Archiepiscopus. Tunc vero nullus vacabat canonicatus qui conferretur Sacerdoti Boraggini; quocirca conventum fuit, impetrandum esse Beneplacitum S. Sedis pro imponenda pensione mille libellarum annualium in beneficium parochiale ad S. Xyxti. - Refert Boraggini eiusmodi pensionem, neque adeo gravem fuisse beneficio parochiali quod reditibus fruitur ad sex mille libellas annuas; neque sibi nimis lucrosam, quum canonicatus Cathedrales parum excedant reditus mille libellarum.

Sacerdos Marcellus Grondona, potitus beneficio parochiali ad S. Xyxti, onus pensionis recognovit et solvit prouti effiagitavit pensionatus, a die 4 Nov. 1897, quamvis fructus beneficii adeptus sit tantum die 1 Martii 1898 quum obtinuit *Regium exequatur* quod vocant.

Sacerdos Boraggini autem canonicus renunciatus fuit die 19 Feb. 1900, at ob consuetudinem in Cathedrali Ianuen, iampridem inolitam, praebendae fructus non percipiuntur nisi anno subsequenti Canonicorum nominationi; quocirca tantum a die 1 Ian. 1901 canonicus Boraggini suae praebendae fructus percipiens, contendit, sibi pensionem solven-

dam esse usque ad hunc diem ; nulla habita ratione canonicae possessionis, antea obtentae, quippe quae fructuum perceptionem non parit.

Huic intentioni contradixit parochus ad S. Xysti et has dedit preces ad S. C. C. « Con Bolla del 21 Ottobre 1897, fu dalla S. Sede nominato Priore del Beneficio parrocchiale di S. Sisto, vacante per la rinunzia del R. Raffaele Boraggini; fece professione di Fede il 5 Novembre successivo, prese possesso canonico del Benefìcio il 28 dello stesso mese, ed ebbe il *R. exequatur,* per le temporalità, il primo Marzo 1898, coli' onere però di rifare, a tutte sue spese, il tetto di uno stabile del Benefìzio che, per perizia, importava la spesa di lire seicento e ne costò invece ottocento ; cosicché può dire, a ragione, anche prescindendo da altre spese per riparazioni, di non essere entrato al possesso delle temporalità del benefizio prima del Maggio 1898.

« Il Boraggini, rinunziando, si riservò sul Benefizio una pensione annua di lire mille che gli fu concessa con Rescritto del 21 Ottobre 1897.

« Detta pensione da pagarsi a rate semestrali posticipate, dovea decorrere *a die adipiscendae per memoratum Marcellum dictae parochialis Ecclesiae possessionis,* e dovea durare *donec* (il Boraggini) *Canonicatu et Praebenda Metropolitanae Ecclesiae Ianuen, potitus non fuerit.*

« Il Boraggini volle che la pensione cominciasse a decorrere col giorno stesso nel quale uscì di Parrocchia, ossia il 4 Novembre 1897. Il Grondona, per evitare contestazioni, pagò e continuò a pagare a tutto il mese di Giugno di quest'anno 1900.

« Lo stesso Boraggini, con Bolla del 19 Febbraio 1900, fu nominato Canonico della Metropolitana, fece professione di Fede il 18 Aprile, prese possesso canonico il 7 Maggio, e, da qualche tempo, ha anche avuto il *R. exequatur.*

« Ma nella Metropolitana di Genova vi è la consuetudine secolare di non ammettere i nuovi Canonici, anche se hanno preso possesso, a godere della Prebenda e delle di-

•stribuzioni, se non nell'anno successivo a quello della loro nomina; quindi il Boraggini avrà il tutto al I°Gennaio 1901. Hanno però diritto, se intervengono a certe funzioni, ai cosidetti incerti che ascendono a circa lire trecento annue. Ma di questi il Boraggini non si curò, perchè fino al presente, non prese parte ad alcuna funzione del Capitolo.

« Per le cose sovra esposte, pare al ricorrente di avere pagate al Boraggini la pensione non posticipatamente, come doveva, ma anticipatamente, perchè pagò molto prima di percepire.

« Gli pare altresì che il Boraggini sia ora vero prebendato, quantunque, per una consuetudine locale, non percepisca quanto gli sarebbe dovuto ».

Disceptatio Synoptica

QUAE PRAEMISSIS PAVERE VIDENTUR. Quocirca hodie quaestio in hoc versatur, utrum parochus Grondona adhuc solTere debeat partem semestrem pensionis decurrentem a die 1 Iulii ad diem 31 Decemb. 1900. Quam solvere se non teneri arbitratur parochus Grondona potissimum quippe solvit aliam semestrem partem non debitam, nempe a die 4 Nov. 1897. - At ex adverso, illam sibi deberi contendit Boraggini hisce de rationibus.

Advertit in Bulla collationis, iuxta conventionem initam Archiepiscopum inter et Sacerdotem Boraggini, significari pensionem solvendam esse, donec (Boraggini) *canonicatu et praebenda Metropolitanae Ecclesiae potitus non fuerit.* Praebendam vero, ait canonicus, constitui ex fructibus beneficialibus, non ex quibusdam reditibus *incertis* neque ex quotidianis distributionibus ; fructus vero praebendales ipsum non percepisse nisi initio anni 1901. Titulum vero pensionis ad honestam pensionati sustentationem, arbitratur Boraggini, frui iuris favore, proindeque non extingui per simplicem possessionem praebendae absque fructuum perceptione.

Haec de iure pensionati ad pensionem usque ad diem 31 Decemb. 1900 percipiendam ; de onere autem Beneficiati,

asserit canonicus, hoc initium sumpsisse a die 4 Nov. 1897,. prouti recognovit ipse Grondona, qui ab hoc die, sine ulla. contradictione, pensionem solvit. Et prosequitur canonicus: « In fatti dice la Bolla che la pensione deve pagarsi dal Grondona a *die adipiscendae possessionis dictae parochialis Ecclesiae.* Ora egli è entrato nel reale possesso e nel governo della parrocchia il giorno che io ne sono uscito, cioè il 4 Nov. 1897, quantunque abbia differito la cerimonia del possesso al 28 dello stesso mese, e dal 4 Novembre cominciò a percepire tutti i redditi incerti che superano le L. 2000 annue, più L. 960, fitto di due appartamenti e di più l'assegno che T economato regio dà agli Economi spirituali durante la vacanza della parrocchia ». Sed integros fructus praebendae parochialis non percepit parochus nisi die 1 Martii 1898; et hoc nihil officere oneri pensionis affirmat pensionatus, quia in Bullis cautum fuit, pensionem impositam fuisse « super omnibus et singulis eiusdem Ecclesiae parochialis Ecclesiae fructibus, redditibus et proventibus certis et incertis ».

Neque obsunt, iuxta pensionatum, expensae factae a parocho pro reficiendo tecto, quia pensio imposita est « ab omni et quocumque onere nunc imposito et pro tempore quolibet imponendo ac alia in omnibus et per omnia et omnino quoad omnia libera et immunis ».

Denique advertit canonicus, veritati non respondere quae in libello habet parochus aiens se solvisse ab initio a die 4 Nov. 1891 - *per evitare contestationi* quia revera nulla tunc mota fuit contradictio, prouti nihil excepit beneficiatus quando solvit pensionis semestrem partem usque ad mensem Iunium. Atque neque una et neque altera vice excepit parochus, quia boni iuris sibi conscius erat, notat pensionate ; et eiusmodi facilem et serotinam mutationem voluntatis interpretatur idem pensionatus, uti indicium non legitimae intentionis beneficiati.

QUAE PAROCHO FAVORE VIDENTUR. Ex adverso parocho videntur favere ipsae litterae collationis, quae iubent pen-

sionem solvendam esse « a die adipiscendae per Marcellum (Grondona) dictae paroecialis Ecclesiae possessionem____donec tu (Boraggini) canonicatu et praebenda Met. Ecclesiae Ianuen, potitus non fueris ». In themate autem possessionem non assumi in sensu tantum canonico, sed in sensu -obiectivo, nimirum relate ad fructuum praebendalium perceptionem, suadet in primis aequitas, quia pensio desumenda est ex fructibus beneficii ; quamobrem initium facere a possessione quoad onus pensionis impositum, idem est ac determinare tempus quo nedum solemnitas possessionis sed effectus possessionis seu fructuum perceptio obtinetur. At clarius hoc suadent ipsa Bullae verba significantia pensionem impositam esse cumulatim « super omnibus et singulis eiusdem Ecclesiae fructibus, reditibus, et proventibus certis et incertis ». Et primo ponitur principale, nempe'praebendae fructus, postea accessorium, nempe incertus reditus.

Denique videtur invocandum principium praedicatum in Rub. *tit. 2, lib. 2ff.* ita conceptum: « Quod quisque iuris in alterum statuerit, ut ipse eodem iure utatur ». Quod principium ita commentatur Ulpianus in *leg. 1, h. tit.: «* Hoc edictum summam habet aequitatem et sine cuiusquam indignatione iusta. Quis enim aspernabitur idem ius sibi dici quod ipse aliis dixit aut dici effecit? » Atque Canonicus Boraggini autumat, praebendam iam possessam at fructibus praebendalibus destitutam non officere iuri pensionis constitutae pensionato sub conditione - quousque praebendam adeptus sit ; ergo videtur, eadem ratione, aestimandum esse onus beneficiati ut hic onus pensionis non persentiat niai postquam fructus praebendales plene obtinuerit.

Quibus animadversis, quaesitum fuit, quomodo essent dimittendae preces.

RESOLUTIO. Sacra Congregatio C. re disceptata sub die 25 Ianuarii 1902 censuit respondere: *Parochum Grondona nihil ultra debere Canonico Boraggini ratione pensionis.*

EX S. CONGREG. EPISC. ET REG.

FODIANA seu TROIANA

PENSIONIS

Die 9 Augusti 1901.

COMPENDIUM FACTI. Ter haec causa Supremo S. Congr.. Epis, et Reg. subiecta fuit (1). Praestat paucis controversiae originem retexere.

In vim Pianae Bullae diei 25 Iunii 1855 *Eoo hoc Summi Pontificis*_____nova dioecesis Fodiana erecta fuit, dismembrando civitatem Fodianam a dioecesi Troiana et territorium olim Abbatiale Nullius S. Marci in Lamis ab ecclesia Sypontina. Dotationi novae Sedis Episcopalis ita fuit consultum. Pro residentia Episcopali et pro Cancellaria cautum fuit, ut quoadusque idoneum Episcopale palatium non esset comparatum, Fodiae municipium teneretur persolvere mensae Episcopali biscenta ducata pro conductione congruae domus : item municipale aerarium gravatum mansit onere annuae praestationis ducatorum mille quae nulli umquam diminutioni obnoxia esse valerent : haec autem omnia decreta sunt accedente solemni sponsione Regis utriusque Siciliae, ad cuius preces et Episcopi Troiani erectio novae sedis intercesserat.

Cum vero assignati reditus impares omnino essent ad. congruam novae sedis dotationem, Summus Pontifex in eadem bulla super reditibus mensae Troianae annuam pensionem bis mille et quadrigentorum ducatorum *integre persolvendam* seu liberam ab omni onere favore novae mensae reservavit : cavit tamen Pontifex, quod Municipium Podianum pensionem annuam mille ducatorum redimere possit subrogatione fundorum stabilium, qui aequivalentem reditum ab omni impositione liquidum daret, et quod pensio super

(1) Reeole Vol. XXXII, pag. 118.

Troiana mensa imposita reducta foret ad mille et 400 ducata, secuto adimplemento solemnis item sponsionis assumptae a Rege utriusque Siciliae adiudicandi mensae Fodianae fundum aequalis reditus nitidi.

Nulla at fundorum subrogatio usque adhuc secuta est: hinc mensa Troiana admitti nequivit ad beneficium optatae reductionis pensionis. Interim vulgata fuit italica lex conversiva assis ecclesiastici diei 15 Aug. 1867 et patrimonium mensae Troianae in conversione subiectum fuit extraordinariae taxae praelevationis vulgo *dei 30 per cento.* Item facta conversione fundorum, reditus mensae Troianae alteram taxam subiit, quae audit *di ricchezza mobile.* Circa has taxas quaestio mota est apud S. Congr. Episcoporum et Regular, utrum nempe hoc totatiter ab Episcopo Troiano, vel etiam pro rata parte a pensionaría mensa Fodiana essent supportandae : et in plenario conventu diei 5 Aprilis 1895 proposito dubio — *An et quomodo Decretum* Cum nuperrimis *applicandum sit in casu?* S. Cong. respondit: — *Quod spectat ad taxam a Gubernio impositam vulgo - dei 30 per 100 - esse ab utraque mensa Episcopali Troiana et Fodiana data proportione supportandam. Quod vero spectat ad aliam taxam, quam vocant - di ricchezza mobile - ab Episcopo Troiano sustinendam esse salvo iure favore eiusdem Episcopi sese ab ea eximendi transferendo ad mensam Fodianam summam capitalem, quae respondeat reditibus huic taxae obnoxiis.*

Ab hac sententia appellarunt tum Episcopus Troianus tum Episcopus Fodianus qui tamen liti nuncium misit quoad taxam vulgo *dei 30 per L00,* eo quod recognovit hanc taxam importare veram patrimonii diminutionem. Interim vero novae exortae sunt quaestiones tum circa modum separandi summam capitalem respondentem pensioni favore mensae Fodianae de qua in nuper allata superiori decisione, tum circa aliam extraordinariam taxam vulgo *di ricchezza mobile* quae a Gubernio imposita fuit cum vi retroactiva post cognitam S. Congregationis decisionem. Episcopus Tro-

ianus asserebat dandam esse summam capitalem quae reditum daret libellarum 7140 nulla habita ratione taxarum: e contra Episcopus Fodianus ultra praedictum caput, aliam summam capitalem praetendebat cuius reditu taxa vulgo *di ricchezza mobile* persolvere tur. Item Episcopus Troianus separationem perficere volebat cedendo mensae Fodianae canones qui in civitate Fodiana erant exigibiles pro annua summa libellarum 2914,63, et reliquum capitis in schedis debiti publici : e contra Episcopus Fodianus canones renuebat, qui pariter contendebat aliam taxam extraordinariam vulgo *di ricchezza mobile* a solo Episcopo Troiano sustinendam esse.

Hinc in plenario conventu diei 24 Martii 1899 sequentia dubia proposita fuerunt.

I. *An et quomodo sit confirmanda decisio diei 5 Aprilis 1895 in casu.*

II. *An nova taxa vulgo* di ricchezza mobile *sustinenda sit a solo Episcopo Troiano vel etiam ab Episcopo Fodiano.*

III. *Quomodo intelligendum vel interpretandum sit ius Episcopi Troiani quoad separationem pensionis debitae mensae Fodianae, seu potius an Episcopus Troianus tradere debeat Episcopo Fodiæno summam capitalem quae reddat libellas 7140 nitidus seu liberas ab omni taxa, vel sufficiat tradere summam capitalem quae reddat libellas 7140 nulla habita ratione taxarum.*

Quas quaestiones Emi Patres sequenti dimiserunt responso. Ad I. *Sententiam esse confirmandam quoad primam et secundam partem; quoad tertiam vero providebitur in responsione ad 3um Dubium.*

Ad II. *Taxam sustinendam esse ab Episcopo Fodiana.*

Ad III. *Separationem summae capitalis faciendam esse ad normam epistolae Episcopi Troiani diei 26 Apr. 1897.*

Pro revisione huius sententiae insteterunt procuratores partium. Attamen Episcopus Fodianus appellationem non admisit; quin imo petiit ut executioni sententia com-

mitteretur. Non ita tamen Episcopus Troianus, cui beneficium novae audientiae tantum quoad solutionem taxae vulgo *di ricchezza mobile* fuit concessum. Interim defuncto Episcopo Troiano modernus successit Episcopus, qui pro gravi officio quo Praesules tenentur iura suae mensae tueri, rem accuratiori indagini submisit, et duas novas quaestiones proposuit. I. quoad praelevationem taxae vulgo dei *30 per 100.* II. quoad taxam vulgo *di ricchezza mobile* quam Episcopus Troianus Episcopo Fodiano in cessione schedularum debiti publici pro summa reditus libellai*. 4225, 37 refundere deberet respondenti capite ad tramites supra enunciatae Epistolae Praesulis Troiani diei 26 Apr. 1897.

Disceptatio Synoptica

IURA EPISCOPI FODIANI. Hic quamvis declaret se in totum acceptare ultimam S. Congregationis decisionem, tamen in epistola ad eamdem S. Congregationem die 3 Maii 1901 transmissa nonnulla ulteriora profert. Recolit in primis quod pensio quae primitus in libellis 10,200 consistebat, novissime ad libellas 6010 coarctata est. In reductione enim nedum habita est ratio taxae vulgo *dei 30 per cento,* sed etiam supportata fuit altera taxa extraordinaria *di ricchezza mobile* in libellis 1130: idque ad tramites ultimae resolutionis : et iuxta hanc proportionem pensio persoluta fuit a suboeconomo regio tempore viduitatis sedis Troianae.

At modernus Episcopus Troianus , pergit Praesul Fodianus, alii decurtationi pensionem supposuit, eam reducens ad libellas 4475,25 innixus erroneae interpretationi nuper editae decisionis S. Congregationis : haec interpretatio pugnat cum epistola antecessoris Episcopi Troiani diei 26 Aprilis 1897 ad quam citata decisio sese refert.

Deinde Episcopus Fodianus affert notulam activi et passivi : et cum hac contendit demonstrare sibi prorsus impossibile in posterum evadere pastorale exercere ministerium si pensio ulterius reducatur ad mentem moderni Episcopi

Troiani : in civitate enim Fodiana frequenti plus quam 52 millium incolarum plures occurrunt pauperes, et ingentes sunt expensae sustinendae. Ceterum sese ad allegationes adductas in praeteritis causae propositionibus remittit.

IURA EPISCOPI TROIANI. Iuxta decisionem S. Congregationis quam Episcopus Fodianus acceptavit, taxa ita dicta *dei 30 per 100* gravare debet, data proportione, utramque mensam, quod iustitiae maxime consentaneum est, cum haec taxa sit vera diminutio patrimonii. Atqui in ea applicanda mensae Troianae, ait Praesul Troianus, praelevatio facta non fuit *dei 30 per cento,* sed longe maior. Consequitur inde quod pensionis reductio maior esse debet, et pensio solvenda , iuxta eumdem Episcopum , omnibus deductis , ad libellas 4475 restringenda foret. Assumptum ita probat.

Iuxta dispositionem legum Italicarum 7 Iul. 1866 art. 11 et 15 Augusti 1867 artic. 18 conversio bonorum immobilium entium ecclesiasticorum sub legibus cadentium in reditus debiti publici favore eorumdem entium erat peragenda iuxta ^reditum denunciatimi et subiectum taxae manus mortuae. Sed secundum legem 21 Aprilis 1862 et alias, ab hoc reditu prius detrahi debuit reditus pro tributo fundiario. Hinc conversio locum habuit cum duplici falcidia ; et absorbuisset plus quam dimidium patrimonii mensae Troianae: sed quia haec praeter bona immobilia, alia etiam bona habebat taxae praedictae non subiecta, diminutio patrimonii fuit paulo infra dimidium. Corroborat hoc Episcopus Troianus fide officialis civilis, in qua edicitur quod reditus mensae Troianae qui an. 1862 in ordine ad taxam manus mortuae denuntiati erant in summa libellai*.' 68,194 post conversionem an. 1870 secutam descenderunt ad libellas 36,315.

Age vero, pergit Episcopus Troianus, in causa agitata coram S. Congregatione solum sermo fuit de taxa vulgo *dei 30 per cento* et nulla ratio habita fuit de altera praelevatione seu falcidia quam mensa Troiana de facto est passa. Hic error cum sit noxius eidem mensae Troianae, corrigi debet iuxta principium admissum ab eadem S. Con-

gregatione in decisione 5 Aprilis 1895 reducendo pensionem ad libellas 4475.

Alterum quaestionis caput respicit modum quo separatio summae capitalis perficienda est. Sane ad tertium dubium in causa iterum agitata die 24 Martii 1899 S. Congregatio respondit - *separationem summae capitalis faciendum esse ad normam epistolae Episcopi Troiani diei 25 Aprilis 1897.* Iuxta hanc epistolam separatio locum haberet partim cessione canonum, et pro reliquo cessione reditus publici in libellis 4225,37 favore mensae Fodianae inscribendi. Episcopus Troianus antecessor spondebat Episcopo Fodiano refundere taxam vulgo *di ricchezza mobile* quae praefatum reditum gravabat. Sed actualis Episcopus Troianus contendit hanc promissionem non egredi personam antecessoris, et nullo modo hoc onus imponi posse mensae Troianae, pluribus ex causis quarum praecipuae hae sunt:

I[a]. hoc adversaretur decisioni S. Congregationis diei 5 Aprilis 1895 in qua decretum fuit taxam praedictam gravare mensam Troianam, salvo tamen ei iure se liberandi a dicta taxa cessione summae capitalis respondentis reditibus taxae subiectis: cessione igitur peracta decisio S. Sedis exequutioni mandata est.

2[a]. Neque id respondit etiam ultimae decisioni diei 24 Martii 1899: quia iuxta decisionem cessio vel dismembratio summae capitalis fieri quidem debet partim translatione canonum et partim inscriptione reditus publici Italici favore mensae Fodianae : sed in ea non sancitur quod taxa vulgo *di ricchezza mobile* sustineri debeat ab Episcopo Troiano : haec iuxta civiles dispositiones percutit reditum in manu ipsius percipientis, qui in themate esset Episcopus Fodianus.

3[a]. Quia dum nullibi in Bulla Piana *Ex hoc Summi Pontificis...* sancitur quod pensio persolvi debeat libera ab omni taxa, ex alia parte novum onus imponi non posset Episcopo Troiano refundendi taxam controversam Episcopo Fodiano quia actuales civiles leges id respuerent, et in casu vacationis Sedis Troianae ex taxa numquam sustineretur a

suboeconomatu regio. Hisce in sui defensionem allatis, modernus Episcopus Troianus animadvertit quod separatio summae capitalis respondentis reditibus. pensionis in praesens perfici non potest, stante lite a se mota Gubernio pro adiudicatione fundi reditus mille ducatorum favore mensae Fodianae ad tramites Bullae Pianae in qua Rex utriusque Siciliae solemnem sponsionem dederat id quamprimum exequendi : quo in casu pensio 2400 ducatorum ad 1400 esset reducta.

Hisce aliisque fusiori calamo a partibus adductis, propositum fuit sequens

Dubium

An et quomodo confirmandae vel infirmandae decisiones editae a S. Cong. Episcop. et Regular, diebus 4 Apr. 1895 et 24 Martii 1899 in casu.

RESOLUTIO. S. Congregatio Episcoporum et Regul. reassumptis praeteritis foliis et omnibus sedulo pensatis die 9 Aug. 1901 respondit : *Confirmandam esse primam et secundam partem responsionis diei 24 Martii 1899 et amplius. Quoad tertiam dilati et ad mentem.*

DUBIA quoad electionem iterum peragendam Superiorissae Monialium cum votis solemnibus.

Beatissime Pater,

Archiepiscopus Compostellana ea quae sequuntur Sanctitati Vestrae exponit: In sua Archidioecesi varii existunt monialium Conventus, in quibus vocales tertio quoque triennio Abbatissam vel Priorissam eligunt, etiamsi in Constitutionibus Recolectarum S. Augustini, quarum tria numerantur monasteria, praescribatur, Priorissa ultra decennium eligi nequeat. In Constitutionibus praefatorum Conventuum, pro nonnullis legitur: Superiorissa iterum eligi nequeat; pro aliis, vel prohibetur vel tacetur nova electio Superiorissae.—Cum in Constitutione *Exposcit debitum,* 1 Ianuarii 1583, Gregorius XIII iussisset munus

Priorissae ultra triennium perdurare nequeat et expleto triennio nullam habeat in monasterio auctoritatem, et hoc sensu pluries respondisset S. Congregatio Episcoporum et Regularium, Orator nonnulla dubia proponit.

I. Quaeritur si memoratae Constitutiones et resolutiones datae fuerunt pro Ecclesia universali et observandae sint?

II. In casu negativo, possuntne iterum eligi Superiorissae illorum Conventuum quorum Constitutiones vel de hac electione tacent vel permittunt novam electionem Superiorissae?

III. In utroque casu numeri II, et pro monasteriis in quibus expresse permittitur nova electio Superiorissae, quaeritur: pro huius electionis confirmatione sufficit auctoritas Ordinarii vel recurrendum erit ad S. Sedem?

Et Deus-

Sacra Congregatio Emorum ac Rmorum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita super praemissis dubiis respondendum censuit prout respondet: Ad I. affirmative. — Ad II. provisum in primo. — Ad III. quatenus Constitutiones sileant, vel expresse dicant post triennium eligendam esse aliam Abbatissam seu Superiorissam, reelectionem eiusdem personae ad munus Abbatissae seu Superiorissae indigere confirmatione S. Sedis: quatenus vero Constitutiones approbatae a S. Sede post enunciatam Constitutionem Gregorii XIII, permittant huiusmodi reelectionem, servandum esse tenorem earumdem Constitutionum.

Romae 4 Maii 1901.

FR. H. M. CARD. GOTTI *Praef.*

A. PANICI *Secretarius.*

EX S. G. NEGOTIIS ECCLES. EXTRAQRDIN. PRAEPOSITA

DECLARATIONES AUTHENTICAE. Super dubiis propositis a nonnullis Americae Latinae Episcopis, circa interpretationem quorumdam decretorum Concilii plenarii eiusdem Americae **(1).**

EX AUDIENTIA SANCTISSIMI

Die 5 Novembris 1901.

I. Per decretum Sacrae Congregationis Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae, datum die 1 Ianuarii anno 1900, extensa fuit ad Americam Latinam declaratio S. C. Concilii, edita pro Hispania die 31 Ianuarii 1880 sub hac formula: — Sponsalia quae contrahuntur in regionibus nostris absque publica scriptura, invalida esse, et publicam scripturam supplere non posse informationem matrimonialem... — Circa primam partem huius declarationis non est una doctorum sententia; plerique enim asserunt, invaliditatem eiusmodi sponsalium respicere utrumque forum, tam externum quam internum ; nonnulli vero tenent invaliditatem non posse sustineri pro foro interno, dummodo certo constet de deliberato consensu utriusque contrahentis. Sunt ne invalida praedicta sponsalia absque publica scriptura, etiam in foro interno?

R. « Affirmative, seu esse invalida etiam in foro interno ».

II. Sub num. 231 decretorum Concilii in medio sic habetur: « Illi autem, quorum res agitur, a Capitulo recedant, nec nisi re peracta revocentur; suffragia vero secreta ferantur, quae nisi ultra dimidium in rem propositam convenerint, nihil actum ea de re in Capitulo censeatur ». In hoc decreto dubium exortum est circa modum ferendi suffragia; sciscitatur enim num suffragia debeant esse secreta in omni re quae proponitur in Capitulo, vel tantum in aliquibus negotiis, et in hoc casu, quibus in negotiis?

R. « Suffragia debere esse secreta saltem in omnibus negotiis maioris momenti, ad normam Const. Alexandri VII « *Pro commissa* », diei 3 Aprilis 1657; item quoties agitur de negotiis

(1) Reeole Vol. XXIX, 659; XXX, 698; XXX, 128; XXXI, 756, 758; XXXII, 553, 698.

alicuius Canonici; imo etiamsi res proposita minoris momenti iudicetur, quoties discordia vel controversia exoriatur inter capitulares.

III. Sub decreto n. 370 praescribitur: « SS. Sacramentum asservandum est in omnibus Ecclesiis parochialibus, et quasi-parochialibus, etiam ruralibus, et in Ecclesiis Regularium, tam virorum quam monialium; in aliis autem ecclesiis, sacellis et oratoriis, non licet, absque speciali indulto Sedis Apostolicae ». Iam vero ex iniuria legum civilium in nonnullis Americae Latinae regionibus moniales usum amiserunt proprii coenobii et adnexae ecclesiae; viri autem regulares, amisso pariter usu proprii coenobii, ecclesias suas administrare valent vel non, iuxta conditiones personarum et locorum. Quid igitur tenendum est in hisce circumstantiis circa ius asservandi SS. Sacramentum?

R. « Quoad ipsos viros regulares et quoad moniales votorum solemnium, provisum per declarationes S. Poenitentiariae, 18 Aprilis 1867, 12 Septembris 1872 et S. C. Concilii, 8 Ianuarii 1867. Quoad ipsas Ecclesias regulares seu conventuales, actu ab ipsis regularibus haud administratas, providebitur in responsione ad 5. dubium ».

IV. Decretum n. 505 loquens de patrinis, sic se habet: « Ad munus patrini in hoc sacramento (Baptismi) admitti nequeunt qui in civili tantum, ut dicunt, matrimonio vivunt, ac publice excommunicati aut interdicti, nisi.... ». Cum in hoc decreto de publice criminosis et infamibus nulla fiat mentio, dubitatur num intelligendum sit absque aliarum iuris communis prohibitionum praeiudicio, vel potius ratione circumstantiarum habendum sit tanquam harum temperamentum, ita ut in America Latina non sint aliae prohibitiones praeter illas quae in memorato decreto continentur ?

R. « Concilium plenarium in art. 505 casus respicere maioris momenti seu difficilioris solutionis ; ideoque affirmative ad primam partem, negative ad secundam».

V. Utrum legitima haberi possit consuetudo in pluribus Americae Latinae dioecesibus vigens asservandi, absque speciali privilegio seu indulto Apostolico, SS. Sacramentum in Ecclesiis, quae *a)* non sunt parochiales aut quasi parochiales; *b)* neque actu a regularibus administrantur, quamvis ad regulares civiliter suppressus de iure pertineant; *c)* neque actu monialibus votorum solemnium addictae sunt, quia moniales pro-

prio monasterio per civilem suppressionem privatae sunt. Et quid de asservatione SS. Sacramenti in Ecclesiis et oratoriis virorum vel sororum vota simplicia tantum emittentium, in quibus hucusque SS. Sacramentum asservatum fuit absque speciali indulto S. Sedis, generatim concesso omnibus Ecclesiis seu oratoriis eiusdem Instituti vel singulis piis domibus?

R. « Negative in omnibus, et recurrendum ad S. Sedem in singulis casibus; salvis peculiaribus indultis Apostolicis Ordinario vel aliter concessis».

VI. Utrum valida censeri possit in America Latina collatio Decanatus et aliorum beneficiorum Ecclesiarum cathedralium vel collegiatarum Apostolicae reservationi subiectorum, ab Ordinariis absque speciali S. Sedis indulto peracta, in dioecesibus ubi per Conventiones S. Sedis cum civilibus guberniis vel aliter ex alia speciali Romani Pontificis concessione iuri communi haud derogatum est?

R. « Negative, nisi habeatur speciale, authenticum et indubium indultum S. Sedis; quod proinde non praesumendum est, sed certo probandum, et in ipso instrumento collationis beneficii expressis verbis ad memoriam revocandum ».

VII. Utrum, firmis remanentibus praescriptionibus art. 758 et 799 Concilii Plenarii Americae Latinae, Ordinarii tolerare vel prudenter approbare possint recreationes, conventus, nundinas aliaque christianae beneficientiae media ad eleemosynas pro pauperibus aliisque piis operibus colligendas, quae a piis praesertim laicis promoveri et fieri solent?

R. « Ordinarii eos tantum christianae beneficientiae conventus tolerare, et, prudenter tamen, si opus fuerit, promovere poterunt, qui tales honestatis et charitatis seu pietatis conditiones habent, ut praesentia Sacerdotum in iisdem conventibus neque Ecclesiae sanctionibus neque ex circumstantiis regionis prohibita, imprudens, aut inopportuna dici possit. De qua re soli Ordinarii iudicare poterunt, prae oculis habitis decretis Concilii Plenarii Baltimorensis III, tit. IX, cap. V. ».

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die,, mense et anno praedictis.

f **PETRUS**, Archiep. Caesarien.

S. C. Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositae

Secretarius

ISTRUZIONE della Sacra Congregazione degli Affari Ecclesiastici Straordinari sull'Azione popolare cristiana o democratico-cristiana in Italia.

Nessuno ignora come si sieno manifestate, specialmente in questi ultimi tempi, delle divergenze di opinione intorno al modo di svolgere e promuovere l'azione democratico-cristiana in Italia; ciò che ha contribuito non poco a turbare quell'unione e quell'armonia, che tanto sono desiderate ed inculcate dal Santo Padre.

Quindi è che Sua Santità volendo togliere qualsiasi motivo di malintesi e dissensi tra i cattolici italiani, e desiderando insieme rispondere ai vari quesiti, che in proposito vennero da più parti sottomessi alla Santa Sede, ha ordinato di inviare ai Rmi Vescovi d'Italia la presente istruzione.

I. Le parole dell'Enciclica *Graves de communi* del 18 gennaio 1901 : *Non sia lecito dare un senso politico alla Democrazia Cristiana; — Smesso ogni senso politico; — Sono e restano* (i precetti della natura e del Vangelo) *fuori de' partiti e della mutabilità degli eventi; — L'intendimento e l'azione de' cattolici... non deve punto proporsi di preferire e preparare una forma di governo invece di un'altra ;* debbono intendersi nel modo seguente:

a) Le istituzioni democratico-cristiane, qualunque sia la loro indole, debbono considerarsi soltanto come manifestazioni di azione popolare cristiana, fondata sul diritto di natura e sui precetti del Vangelo. Non sono esse quindi da ritenersi come mezzi diretti a fini politici, nè destinati a mutare alcuna forma di governo.

b) L'azione democratico-cristiana, essendo basata sulla giustizia e sulla carità evangelica, ha un campo così vasto, che, intesa e praticata secondo la lettera e la mente degli insegnamenti della Santa Sede, risponde alle più generose attivila dei cattolici ed abbraccia, colla dovuta proporzione, l'azione stessa della Chiesa nella parte popolare. Nella Lettera *Permoti Nos* al Cardinale Arcivescovo di Malines, in data del 10 luglio 1895, il Santo Padre indica (manto sia esteso l'oggetto dell'azione popolare cristiana, scrivendo : « Quest'oggetto a chi rettamente lo consideri, non si presenta sotto un aspetto solo. Si riferisce, è vero, ai beni esteriori; ma sopra tutto si riferisce alla religione ed ai costumi, ed anche si riannoda naturalmente colle norme

della legislazione civile, di modo che, in fine, riguardi generalmente i diritti ed i doveri di tutti gli ordini. Poiché i principi evangelici di giustizia e di carità da Noi ricordati, quando si applicano alla pratica della vita, è necessario che tocchino le molteplici relazioni dei privati ».

e) Da ciò segue, che nei programmi, nelle conferenze e nei giornali democratico-cristiani si possono trattare tutte le questioni, che mirano al trionfo della giustizia ed alla pratica della carità a favore del popolo e che formano il vero oggetto della democrazia cristiana.

d) I giornali democratico-cristiani possono anche dare notizie e giudizi intorno a fatti ed opinioni politiche, ma senza pretendere di parlare in nome della Chiesa, nè d'imporre le proprie opinioni in materia di libera discussione, quasi che non fossero sinceri cattolici coloro che pensassero diversamente.

e) Nè basta che i democratici cristiani non parlino in nome della Chiesa, quando trattano di materia meramente politica: ma è anche necessario che, in Italia, si astengano dal partecipare a qualunque azione politica, secondo la mente e la lettera di questi due pontificii avvertimenti: « Quanto il concorso dei cattolici alle elezioni amministrative è lodevole e più che mai da promuoversi, altrettanto è da evitare nelle politiche, siccome non espediente *per ragioni di ordine altìssimo;* non ultima delle quali sta nella condizione stessa di cose che si è fatta al Pontefice, la quale non può certo rispondere alla piena libertà e indipendenza del suo Apostolico ministero» *(Lett. all'Emo Card. Parocchi,* 14 mag. 1895). — « Quindi è, che l'azione dei cattolici italiani, nelle presenti condizioni di cose, rimanendo estranea alla politica, si concentra nel campo sociale e religioso e mira a moralizzare le popolazioni, renderle ossequenti alla Chiesa e al suo Capo, allontanarle dai pericoli del socialismo e dell'anarchia, inculcar loro il rispetto al principio di autorità, sollevarne infine l'indigenza colle opere molteplici della carità cristiana » *[Lettera ai Vescovi, al Clero e al popolo d'Italia,* 5 agosto 1898).

/) È obbligo di tutti i giornalisti cattolici, e perciò anche democratico-cristiani e di qualsiasi privato che voglia occuparsi di azione cattolica, di mantener sempre vivo nel popolo il sen^ timento e la convizione dell'intollerabile condizione, in cui si trova la Santa Sede dopo l'invasione del suo principato civile;

non tralasciando occasione opportuna per far note e ricordare le solenni proteste, che non cessa di emettere il Santo Padre, e le cause altissime che le ispirano. Debbono i veri cattolici tener sempre in mente i molteplici e gravissimi documenti, emanati dai Sommi Pontefici Pio IX e Leone XIII, per rivendicare i diritti sacrosanti e l'indipendenza della Sede Apostolica, e ricordare col Vicario di Cristo, che « invano si tenta di sviare il carattere di questa lotta, col mettere in campo *interessi umani* e *fini politici;* quasi che non si trattasse d'interessi eminentemente religiosi, anche quando si rivendica da Noi la sovranità pontificia, a tutela dell'indipendenza del Capo della Chiesa e della sua libertà » *(Disc, al Sacro Collegio,* 23 dee. 1890). Conviene inoltre non perder di vista i decreti e le dichiarazioni delle Sacre Congregazioni, e principalmente le norme date in varie occasioni dalla S. Penitenzieria intorno ai casi pratici, che hanno attinenza coli'invasione degli Stati della Chiesa.

II. In quanto alla fondazione e direzione di periodici, compresi quelli di azione popolare cristiana, il clero deve fedelmente osservare quanto viene prescritto nelP art. 42 della Costituzione Apostolica *Officiorum,* del 25 gennaio 1897 (1). Inoltre i giornalisti democratico-cristiani, come tutti i giornalisti cattolici, debbono mettere in pratica i seguenti avvertimenti del Santo Padre: « Si rendano con volenteroso animo docili alla disciplina di coloro, cui *lo Spirito Santo ha costituiti Vescovi per reggere la Chiesa di Dio,* e l'autorità loro abbiano in riverenza, nè piglino mai a far nulla fuor del beneplacito dei medesimi, i quali, allorché si combatte per la religione, fa d'uopo seguire come condottieri » (Encicl. *Nobilissima Gallorum gens,* 8 febbraio 1884). — « Il compito che loro (ai giornalisti) spetta, in tutto ciò che tocca gl'interessi religiosi e l'azione della Chiesa nella società, si è di sottostare pienamente, d'intelletto e di volontà, come tutti gli altri fedeli, ai loro Vescovi e al Romano Pontefice; di eseguirne e farne conoscere i comandi; di secondarne di pieno volere l'impulso; di rispettarne e farne rispettare le disposizioni » (Lett. *Epistola tua,* all'Arcivescovo di Pa-

ci) « Viri e clero saeculari ne libros quidem, qui de artibus scientiisque mere naturalibus tractant, inconsultis suis Ordinariis, publicent, ut obsequentis animi erga illos exemplum praebeant ».

« Iidem prohibentur quominus, absque praevia Ordinariorum venia, diaria vel folia periodica moderanda suscipiant ».

rigi, 17 giugno 1885). — Dai doveri imposti ai cattolici « non si deve credere che si allontanano soltanto coloro, che apertamente ripudiano l'autorità dei reggitori ; ma eziandio quelli, che vi si oppongono con astute tergiversazioni e con obliqui e dissimulati consigli. La vera obbedienza e la virtù schietta non si contenta di parole, ma consiste principalmente nell'animo e nella volontà.... Gli stessi (giornalisti) inoltre abbiano ben fìsso in mente, che, se mai essi dimenticassero tale verità e seguissero le loro particolari opinioni, sia prevenendo i giudizi della Sede Apostolica, sia ledendo l'autorità dei Vescovi, arrogandosi una autorità che non possono avere, del tutto indarno sperano di poter conservare il vanto di veri cattolici, e di potere in alcun modo giovare alla santissima e nobilissima causa che hanno intrapreso a difendere ed a promuovere » (Lett. *Est sane molestum,* all'Arcivescovo di Tours, 17 dicembre 1888). Procurino dunque i giornalisti cattolici, di non meritarsi giammai il gravissimo rimprovero « che tra loro a vicenda per mezzo dei giornali si attacchino con quotidiane e pubbliche ingiurie; che interpretino a loro guisa documenti chiarissimi, coi quali dalla potestà ecclesiastica viene riprovato il loro modo di agire; che ammoniti gravemente, non lascino di procrastinare astutamente e tergiversare; finalmente che, sospettosi e diffidenti verso i propri Pastori, sebbene ossequenti a parole, in realtà disprezzino la loro autorità e direzione » (Lett. *Cum huic,* al Vescovo di Urgel. 20 marzo 1890).

III. Quando gli scritti democratico-cristiani trattano specialmente argomenti di religione, morale cristiana ed etica naturale, sono soggetti alla previa censura dell'Ordinario, secondo l'art. 41 della Costit. Apost. *Officiorum* (1). Gli ecclesiastici poi, a norma del precitato art. 42 della stessa Costituzione, anche pubblicando scritti di carattere meramente tecnico, debbono previamente ottenere il consenso dell'Ordinario.

IV. Nelle fondazioni di circoli, società, etc., si avrà somma cura: 1.° che i particolari regolamenti, programmi, manuali ed altri documenti abbiano un linguaggio e spirito schiettamente

(1) « Omnes fideles tenentur praeviae censurae ecclesiasticae eos saltem subiicere libros, qui divinas Scripturas, Sacram Theologiam, Historiam ecclesiasticam, Ius Canonicum, Theologiam naturalem, Ethicen, aliasve huiusmodi religiosas aut morales disciplinas respiciunt, ac generaliter scripta omnia, in quibus, religionis et morum honestatis specialiter intersit ».

cristiano; 2.° che le bandiere ed altre insegne niente abbiano di comune coi simboli d'origine socialista; 3.° che gli statuti e regolamenti siano previamente esaminati ed approvati dall'Ordinario; senza la quale approvazione nessuna delle accennate istituzioni potrà presentarsi e ritenersi come istituzione cattolica, meritevole della fiducia del clero e laicato cattolico; **4.°** che tutti gli atti e discorsi siano pieni dello spirito di Gesù Cristo, e, promovendo anzitutto il regno di Dio, curino efficacemente il bene temporale dell'operaio e del povero e l'incremento della cristiana civiltà. In quelle cose poi, che richiedono la previa autorizzazione o licenza dell'Autorità Ecclesiastica, dovrà questa essere avvisata per tempo, affinchè possa ponderare le misure e cautele che sarà per prendere. Insomma, è volere della Santa Sede, e la stessa nozione della ecclesiastica Gerarchia lo esige che il laicato cattolico non preceda, ma segua i suoi Pastori; i quali, dal canto loro, non tralasceranno di promuovere con ogni studio e particolare sollecitudine l'azione popolare cristiana, tanto necessaria ai giorni nostri e tante volte raccomandata dal Santo Padre.

V. Le sottoscrizioni e collette per opere di azione sociale e democratico-cristiana sono soggette alla autorità e vigilanza degli Ordinari. E come in determinate circostanze e casi particolari, potrebbero essere causa di agitazione o dissipazione nei Seminari ed altri Istituti d'insegnamento sottomessi all'Ordinario ed anche nelle case e nei collegi di Religiosi; così i direttori non permettano fra i loro sudditi nessuna colletta o sottoscrizione, senze il previo ed espresso consenso del Vescovo o del rispettivo Superiore religioso.

VI. Nessun giornale, benché cattolico e d'azione popolare cristiana, può esser introdotto nei Seminari, Collegi e nelle scuole dipendenti dall'Autorità ecclesiastica, senza l'espressa licenza dei superiori immediati; i quali dovranno assolutamente avere prima l'autorizzazione del proprio Vescovo per i singoli giornali e riviste. Ed in generale non conviene, che il tempo destinato alla formazione ecclesiastica ed allo studio sia impiegato a leggere i giornali, principalmente quelli che richiedono nei lettori garanzie speciali di esperienza e vero spirito di pietà cristiana. Queste norme abbiano presenti e le facciano osservare anche i Superiori di Ordini e Congregazioni religiose nelle loro rispettive famiglie.

VII. Le conferenze sulla democrazia cristiana, dovendo spesso avere e la forma e la sostanza di apologetica cattolica contro gli errori socialisti, e richiedendo perciò forti studi e particolare prudenza, da nessun sacerdote o chierico potranno esser tenute senza il permesso dell'Ordinario del luogo. Anche a queste conferenze si applicano le norme dell'istruzione della S. C. dei VV. e RR. 31 luglio 1894 sulla sacra predicazione: « Se si tratta di sacerdoti della loro diocesi, siano fermi nel non affidar loro un ministero sì augusto, senza averli provati o per via d'esame o in altra maniera opportuna : *nisi prius de vita et scientia et moribus probati fuerint* (Conc. Trid. sess. V, C. 2" *De Reform.)* Se si tratta di sacerdoti d'altre diocesi, non accettino nessuno a predicare nelle loro, massime nelle occasioni più solenni, se non presenti lettere del proprio Vescovo o del proprio Superiore Regolare, le quali dieno dei suoi costumi e della sua idoneità a tale uffizio buona testimonianza. I Superiori poi dei Religiosi di qualsivoglia Ordine, Società o Congregazione, a nessuno dei loro sudditi permettano di predicare, e molto meno lo presentino agli Ordinari con proprie lettere testimoniali, se prima non si sono assicurati assai bene e della sua morale condotta e della sua retta maniera di annunziare la divina parola. Che se gli Ordinari, dopo accettato qualche predicatore per le buone commendatizie che presentava, lo vedessero poi nell'esercizio pratico del ministero deviare dalle norme e dai moniti dati in questa Lettera, dessi con opportuna correzione lo richiamino prontamente al dovere; ma se questa non basta, lo rimuovano a dirittura da tale uffìzio, usando anche le pene canoniche, se la natura del caso lo richiedesse ». E la ragione di queste precauzioni si chiarisce nello stesso documento dalle parole seguenti: « Quanto poi a quelle conferenze che mirano a difendere la religione dalle impugnazioni de'suor nemici, sono bensì a quando a quando necessarie, ma questo non è peso da tutti gli omeri, sì veramente dai più robusti. Ed anche i valorosi oratori debbono usare in ciò grande cautela; che tali apologie convien farle soltanto in quei luoghi, in quei tempi e a quelle udienze, che ne abbiano un vero bisogno, e da cui possa sperarsene un vero profitto; della qual cosa i giudici più competenti è manifesto non essere che gli Ordinari : convien farle in maniera, che la dimostrazione abbia la sua base profonda nella dottrina sacra, assai più che negli argomenti

umani e naturali: convien farle con tale solidità e chiarezza, da evitare il pericolo che in certe menti restino impressi più gli errori che le verità opposte: e più facciano breccia le obbiezioni che le risposte ». Affinchè poi tutto ciò venga meglio osservato, nessun sacerdote o chierico prenda parte ad alcun convegno, che si sottragga alla pastorale vigilanza ed all'azione dell'Ordinario.

VIII. Contenendo le dottrine socialistiche nel loro complesso delle vere eresie, i cosidetti *contradittorii* coi socialisti vanno soggetti ai decreti della Santa Sede relativi alle pubbliche dispute cogli eretici. Il decreto della Sacra Congregazione di Propaganda Fide del 7 febbraio 1645 riassume in questa forma la legislazione sempre vigente in tale materia: « 1.° I colloqui e le dispute pubbliche tra cattolici ed eretici sono talvolta lecite, quando cioè vi sia speranza che ne derivi un maggior bene e concorrano altre circostanze dai teologi determinate, come appare dalle dispute tenute da S. Agostino contro i Donatisti ed altri eretici. 2." La Santa Sede Apostolica e i Romani Pontefici considerando che spesso tali dispute, colloqui e contradittorii o riuscivano senza alcun frutto o anche con cattivo esito, spesso li proibirono e diedero ordini ai superiori ecclesiastici perchè cercassero di impedirli. E qualora a ciò non riuscissero, cercassero almeno che non avvenissero senza l'autorità Apostolica e fossero tenuti da personaggi capaci di far trionfare la verità cristiana. E molte volte la S. Congregazione di Propaganda Fide diede per iscritto questi stessi ordini ai suoi Missionari, ammonendoli a non entrare in pubbliche dispute con gli eretici ». E uno dei motivi, per i quali la Santa Sede ha proibito tali pubbliche dispute, è accennato in altro decreto dell'8 marzo 1625 con queste parole, che hanno anche oggi una dolorosa attualità: «perchè .spesso o la falsa eloquenza, o l'audacia od il genere di uditorio fanno sì che l'errore applaudito trionfi sulla verità ! »

IX. Siccome in alcuni scritti e discorsi più volte si è notato un linguaggio inesatto e poco conforme alla moderazione e carità cristiana, così i cattolici che vogliono meritarsi la benedizione di Dio e la fiducia delle Autorità ecclesiastiche, abbiano in mente le seguenti massime :

a) L'azione democratico-cristiana non è da ritenersi come cosa nuova; essa è antica quanto i precetti e gl'insegnamenti

evangelici. Gesù Cristo nobilitò la povertà ed impose ai ricchi dei gravi doveri in favore dei poveri e degli operai. « Era necessario avvicinare le due classi, stabilire tra di esse un vincolo religioso e indissolubile. Questo fu il compito della carità ; essa creò questo vincolo sociale e gli diede una forza e una dolcezza prima sconosciuta; essa inventò, moltiplicando sé stessa, un rimedio a tutti i mali, una consolazione ad ogni dolore, ed essa seppe, per mezzo delle sue innumerevoli opere e istituzioni, suscitare a favore dei disgraziati una nobile gara di zelo, di generosità e di abnegazione » *[Discorso del Santo Padre agli operai francesi,* 30 ottobre 1889). — « In ogni tempo e incessantemente, Ci piace qui ripeterlo, la Chiesa si è con ogni cura preoccupata della sorte delle classi povere e degli operai. Quando la sua parola era ascoltata e obbedita dai popoli, la sua libertà d'azione meno intralciata, e poteva disporre di più considerevoli risorse, la Chiesa veniva in aiuto dei poveri e dei lavoratori, non solo largheggiando nella sua carità, ma ancora suscitando e favorendo quelle grandi istituzioni che furono le Corporazioni, le quali tanto hanno contribuito al progresso delle arti e dei mestieri, procurando agli operai stessi un miglioramento nelle loro condizioni economiche e un maggior benessere. Del rimanente quello che la Chiesa ha, insegnato e operato in altri tempi, Essa anche oggi proclama e cerca di mandare ad effetto » *(Discorso del S. Padre agli operai francesi,* 13 ottobre 1887). E può con ragione gloriarsi la S. Chiesa di essere stata sempre fautrice di tutti quegli studi di sociologia, che taluni vogliono ora presentare come cosa nuova. « È somma lode della Chiesa l'avere perfezionato la scienza del Diritto; nò potrà giammai essere dimenticato quanto essa abbia contribuito colle sue dottrine, coi suoi esempi e colle sue istituzioni alla soluzione di quei complicati problemi, sui quali si affaticano gli scrittori delle scienze così dette economiche e sociali » (Motu Proprio *Ut mysticam sponsam Christi,* 14 marzo 1891).

b) È da ritenersi affatto contrario al vero spirito di carità, e quindi anche della democrazia cristiana, un linguaggio che potesse ispirare nel popolo avversione alle classi superiori della società. Gesù Cristo volle unire tutti gli uomini col vincolo della carità, che è perfezione della giustizia, affinchè, animati da reciproco amore, si adoperassero a beneflcarsi scambievolmente. Su tale dovere di mutuo aiuto, che incombe a tutte le classi

sociali, si ascolti quanto insegna il Sommo Pontefice nella citata enciclica *Graves de communi:* « Bisogna rimuovere dal concetto della democrazia cristiana l'altro inconveniente, cioè, che mentr'essa mette ogni impegno nel cercare il vantaggio delle classi più basse, non sembri trascurare le superiori, che pure non valgono meno alla conservazione e al perfezionamento della società... Per l'unione naturale della plebe con l'altre classi, resa anche più stretta dallo spirito di fratellanza cristiana, tutto ciò che di bene si fa per sollevare la plebe, ridonda anche a vantaggio di quelle; tanto più che per raggiungere l'intento è conveniente e necessario il loro concorso... Bisognerà principalmente procurare la benevola cooperazione di coloro che per nascita, per censo, per ingegno e per educazione godono di maggior autorità tra i cittadini. Se manchi questa cooperazione troppo poco sì potrà intraprendere di ciò che conduce al conseguimento dei desiderati vantaggi del popolo. Certo la via sarà tanto più sicura e breve, quanto più sarà molteplice e intensa la cooperazione dei cittadini più ragguardevoli».

c) Sarebbe sommamente ingiusto presentare le Associazioni ed Opere cattoliche fino ad ora fondate, come poco benemerite dell'azione popolare cristiana; mentre invece ai Vescovi, al Clero ed alle suddette istituzioni furono dal Santo Padre nel condannare le persecuzioni da loro subite, tributati questi encomi: « Mediante i vostri generosi sforzi, Venerabili Fratelli, e quelli del Clero e dei fedeli a Voi affidati, si ottennero lieti e salutari effetti, dai quali era facile prevederne anche maggiori in un prossimo avvenire. Centinaia di associazioni e di comitati sorsero in varie parti d'Italia, e dal loro zelo indefesso ebbero origine casse rurali, cucine economiche, dormitori economici, ricreatori festivi, opere catechistiche, assistenza degli infermi, tutela della vedova e del pupillo e tante altre benefiche istituzioni » (Encicl. *Spesse volte,* 5 agosto 1898).

d) Non si potrebbe approvare nelle pubblicazioni cattoliche un linguaggio che, inspirandosi a malsana novità, sembrasse deridere la pietà dei fedeli ed accennasse a nuovi orientamenti della vita cristiana, a nuove direzioni della Chiesa, a nuove aspirazioni dell'anima moderna, nuova vocazione sociale del clero, nuova civiltà cristiana, ecc. Per evitare qualsiasi pericolosa tendenza, tutti i cattolici rammentino ed applichino alla loro condizione questi gravi ammonimenti dati dal Santo Padre al Clero

francese : « Certo havvi delle novità vantaggiose, atte a far progredire il regno di Dio nelle anime e nella società; ma dice l'Evangelo, spettare al Padre di famiglia, e non ai figliuoli od ai servitori, di esaminarle, e, se lo stima a proposito, di ammetterle accanto agli antichi e venerandi usi, che formano l'altra parte del suo tesoro » (Encicl. *Depuis le jour,* 8 sett. 1899). — È noto che la Chiesa « sempre fu solita così moderare la disciplina, che, salvo il diritto divino, mai non trascurò i costumi e le esigenze di tanta diversità di popoli che essa abbraccia. E se la salute delle anime lo richieda, chi mai dubiterà, che anche ora non sia per fare altrettanto? Vero è, che il decidere di questo non appartiene all'arbitrio di uomini privati, che per 10 più da un'apparenza di rettitudine sono tratti in inganno, ma spetta alla Chiesa dì giudicarne; ed al giudizio della Chiesa è mestieri che si conformi chiunque brami non incorrere la riprensione di Pio VI Nostro Predecessore, il quale pronunciò, che la proposizione 38 del Sinodo Pistoiese - è ingiuriosa alla Chiesa e allo spirito di Dio che la regge, in quanto sottopone ad esame la disciplina stabilita ed approvata dalla Chiesa, quasiché la Chiesa possa stabilire una disciplina inutile e più gravosa di quello che comporti la libertà cristiana... -. È di grave pericolo e detrimento alla disciplina ed alla dottrina della Chiesa 11 parere di coloro, che partigiani di ogni cosa che senta di novità, stimano doversi anche nella Chiesa introdurre una certa libertà, di guisa che, ristretta in qualche modo la forza dell'autorità e la vigilanza/sia lecito ai fedeli di secondare ciascuno un po'più la propria indole ed inclinazione» (Lettera *Testem benevolentiae,* al Card. Arcivescovo di Baltimora, 22 gennaio 1899).

e) Più che i semplici fedeli, debbono i sacerdoti, e specialmente i giovani, avere in orrore questo spirito di novità; e benché sia sommamente a desiderarsi che essi vadano al popolo, conforme alla volontà del Santo Padre, nondimeno debbono in ciò procedere con la necessaria subordinazione ai loro Superiori ecclesiastici; mettendo in esecuzione i seguenti gravissimi avvertimenti dati dall'Augusto Pontefice anche a quelli, che hanno già meritato giusti encomi per aver dato prova di grande operosità e spirito di sacrificio nell'azione popolare cristiana: « Noi ben conosciamo e tutto il mondo.....con noi conosce le qualità che vi distinguono. Non vi è una buona opera,

di cui voi non siete o gl'inspiratori o gli apostoli. Docili ai consigli che vi abbiamo dato nella nostra Enciclica *Rerum Novarum,* voi andate al popolo, tra gli operai, tra i poveri; voi cercate con tutti i mezzi possibili di venire in loro aiuto, di farli più morali e rendere men dura la loro sorte. Per questo scopo voi organizzate riunioni e congressi, voi fondate patronati, circoli, casse rurali, uffici d'assistenza e collocamento per gli operai ; voi v'industriate a introdurre delle riforme nell'ordinamento economico e sociale, e per una sì diffìcile impresa, non esitate di fare notevoli sacrifici e di tempo e di denaro. Ed è per questo fine ancora, che voi andate scrivendo dei libri e pubblicate articoli nei giornali e sulle riviste. Tutte queste cose sono in se stesse lodevolissime e porgono una prova non dubbia del vostro buon volere e del vostro generoso e intelligente interesse ai bisogni più urgenti della civile società e delle anime. Nullameno, carissimi Figli, Noi crediamo di dover richiamare paternamente la vostra attenzione su alcuni principii fondamentali, ai quali voi non mancherete di conformarvi, se volete che la vostra azione sia realmente feconda di frutti. Ricordatevi innanzi tutto che lo zelo, perchè porti buoni effetti e sia degno di lode, deve essere accompagnato da discrezione, rettitudine e purezza, come dice il grave ed assennatissimo Tommaso da Kempis.... Ma la discrezione nelle imprese e nella scelta dei mezzi che conduce a riuscita, è tanto più indispensabile al giorno d'oggi, che i tempi sono agitati e irti di più numerose difficoltà. Una certa azione, una certa misura, una certa pratica di zelo potranno bensì essere eccellenti in se stesse ; ma, viste le circostanze, potrebbero produrre invece risultati deplorevoli. Or bene, i sarerdoti eviteranno questo inconveniente e questo danno, se prima di mettersi ad un'impresa, e nell'impresa medesima, avranno cura di conformarsi all'ordine stabilito e alle regole della disciplina. E la disciplina ecclesiastica esige l'unione tra i vari membri della gerarchia, il rispetto e l'ubbidienza degli inferiori verso i superiori...

«Se adunque, cari Figli, voi desiderate, come certamente è nel caso vostro, che in questa formidabile lotta impegnata dalle sette anticristiane e dal regno delle tenebre contro la Chiesa, la vittoria sia per Iddio e per la sua Chiesa, è assolutamente necessario, che voi combattiate compatti in grande ordine e precisa disciplina, sotto gli ordini dei vostri capi gerarchici. Non

date ascolto a quegli uomini nefasti, che pur dicendosi cristiani e cattolici, gettano zizzania nel campo del Signore e seminano divisioni nella Chiesa,!alaccandola e sovente anche calunniando gli stessi Vescovi, stabiliti dallo Spirito Santo a reggere la Chiesa di Dio. Non leggete i loro opuscoli, nè i loro giornali. Un buon prete non deve accreditare in nessun modo le loro idee, nè il licenzioso loro linguaggio. Potrebbe mai egli dimenticare che il giorno della sua ordinazione, ha solennemente promesso al suo Vescovo innanzi al sacro Altare - obbedienza e riverenza? - E sopra tutto ricordatevi, cari Nostri figli, che la condizione indispensabile del vero zelo sacerdotale e il miglior pegno di successo delle opere, alle quali vi consacrate per ubbidire ai superiori gerarchici, è la purità e santità della vita » *{Lettera al Clero Francese,* 8 settembre 1899).

f) Egualmente, occupandosi dell'azione popolare cristiana, i sacerdoti procurino sempre di farlo con dignità e senza compromettere quello spirito ecclesiastico, dal quale traggono tutto il loro prestigio e tutta la loro forza. Gli insegnamenti e i decreti del Tridentino sulla vita ed onestà dei chierici, sono oggi anche più necessarii che in passato. « A queste raccomandazioni del S. Concilio (scriveva il Santo Padre nella citata lettera al Clero francese) che Noi vorremmo, cari Figli, scolpire in tutti i vostri cuori, mancherebbero certamente quei sacerdoti, che adottassero nella loro predicazione un linguaggio che fosse poco in armonia con la dignità del loro stato e la santità della parola di Dio; che assistessero a riunioni popolari, dove la loro presenza non servisse che ad eccitare le passioni degli empi e dei nemici della Chiesa, e li esponesse alle ingiurie le più grossolane, senza profitto di alcuno e con grande meraviglia, se non con scandalo, dei pii fedeli: che prendessero le abitudini, le maniere di vivere e di agire, e lo spirito dei secolari. Senza dubbio, il sale deve essere mescolato colla massa che deve preservare dalla corruzione; ma, nel medesimo tempo, esso stesso deve sottrarsi a questa, per non perdere ogni sapore e non essere più buono ad altro, che ad essere gettato sulla via e calpestato. — Nella stessa guisa il sacerdote, sale della terra, nel contatto che è obbligato di avere colla società che io circonda, deve conservare la modestia, la gravità, la santità nel suo contegno nei suoi atti e nelle sue parole, e non lasciarsi

prendere dalla leggerezza, dalla dissipazione, dalla vanità delle persone mondane ».

Nel far giungere ai Rmi Ordinarii d'Italia la presente Istruzione, Sua Santità confida, che, cooperando all'azione popolare cristiana i più maturi colla loro esperienza ed i giovani col loro santo entusiasmo, si abbiano ad ottenere quei salutari effetti di pace e di concordia, che la medesima Santità Sua ha tanto a cuore, in conformità di ciò che inculcava anche nel Breve diretto al Congresso di Taranto nell'agosto del 1901, e nel discorso tenuto il 23 décembre u. s. al Sacro Collegio. « Noi dimandiamo, diceva in questo il Santo Padre, il concorso unanime ed armonico di tutte le buone volontà. Vengano i giovani, e conferiscano volenterosi la energica e calda operosità, propria dell'età loro: vengano i più maturi, e rechino fiduciosi, oltre alla provata fede, la ponderazione e il senno, frutti dell'esperienza. Uno e comune è lo scopo : uguale dev'essere ed ugualmente sincero negli uni e negli altri lo zelo. Non diffidenze, ma fiducia reciproca : non censure, ma sopportazione cristiana : non dissapori, ma carità scambievole ».

Roma, 27 gennaio 1902.

M. **CARD**. RAMPOLLA.

EX 3. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

LITTERAE circulares ad Ordinarios Italiae quoad legis propositionem de divortio

Rimo e Rmo Signore.

1. Alla S. V. Rma è già nota l'Allocuzione della Santità di N. S., nel Concistoro del giorno sedici corrente; Allocuzione indirizzata a preservare l'Italia dalle tristi conseguenze del divorzio, quando divenisse legge.

Trattandosi d'un argomento intimamente connesso con il dogma cattolico e l'ecclesiastica disciplina, gli Emi Sigg. Cardinali Inquisitori Generali, miei Colleghi, hanno creduto spe-

diente di richiamare sul grave documento pontificio la considerazione de' sacri Pastori, e di eccitarne lo zelo, affinchè non sia diocesi in Italia, dove gl'insegnamenti e i paterni avvisi del Capo della Chiesa non trovino la debita corrispondenza.

2. E innanzi tutto, converrà spiegare al popolo chiaramente come Gesù Cristo, Figlio di Dio, Redentore delPuman genere, tolta la consuetudine del ripudio, abbia richiamato il matrimonio al principio stabilito dal Creatore, che sia uno e indissolubile. Al quale principio allude il divino Maestro, insegnando : *Non sono dunque più due, ma una sola carne. Non divida pertanto l'uomo quel che Dio ha congiunto* (1). Principio applicato da S. Paolo, scrivendo ai Corinti : *La moglie è legata alla legge per tutto il tempo che vive il marito; che se muore il marito, essa è in libertà: sposi chi vuole, purché secondo il Signore* (2).

3. Converrà inoltre dimostrare ampiamente la santità del matrimonio cristiano, elevato da Gesù Cristo alla dignità di sacramento. Divenuto nella nuova legge il connubio segno dell'indissolubile unione di Cristo con la Chiesa, e segno efficace della grazia, data agli sposi per opera del sacramento, il matrimonio cristiano, per ciò stesso, nell'intima sua natura è sottratto alla podestà secolare, non solo, ma rato e consumato che sia, non può essere disciolto neppure dalla suprema autorità della Chiesa. Che sugli effetti civili possa legiferare la podestà laica, nessuno dubita, però se procede oltre, attentando al vincolo, non favorisce il coniugio, ma l'adulterio.

4. Codesto insegnamento, impartito al popolo nelle chiese, in forma piana ed agevole, specialmente ne'catechismi, sia proclamato dalla stampa, così ne' giornali, che negli opuscoli. Importa che sul gravissimo tema tutti sieno istruiti, piccoli e grandi, giacché delle cose attinenti alla religione oggi, anche nelle classi più elevate è grandissima l'ignoranza.

5. Si ponga in luce evidente la costanza della Chiesa nel riprovare il divorzio, per quanto ne' primi tempi le leggi romane lo consentissero; costanza per venti secoli non ismentita. Si rammentino all'uopo gli esempi de' Santi Padri, ammirabili non meno per la santità della vita, che per l'ampiezza

(1) S. Matteo XIX, 6.
(2) I Cor. VII, 39.

della dottrina. A chi, per esempio, pretendeva coonestare il divorzio con l'autorità delle leggi civili, rispondeva il Grisostomo: «Non allegarmi leggi sancite da estranei, per le quali è conceduto il libello del ripudio e il divorzio. Perocché non secondo esse leggi ti giudicherà il Signore nel dì finale, ma secondo quelle decretate da lui » (1). « Altre sono le leggi di Cesare, soggiunge opportunamente S. Girolamo, ed altre quelle di Cristo, una cosa impone Papiniano, ed un'altra Paolo » (2).

6. Si cita la Sessione XXIV del Concilio di Trento, dove riprovando i Padri la colluvie d'errori, accumulata dagli eretici contro la dottrina cattolica del matrimonio, nel Can. V percossero d'anatema coloro che sostenevano: «per l'eresia, o per la molesta coabitazione, o l'affettata assenza dal coniuge, potersi disciogliere il vincolo del matrimonio », e nel Can. VII quelli che affermavano : « errare la Chiesa, quando insegnò, ed insegna che secondo l'evangelica ed apostolica dottrina per l'adulterio di uno dei coniugi il vincolo del matrimonio non si può sciogliere, e che l'uno e l'altro, ed anche l'innocente, il quale non diede causa all'adulterio, non può, vivente l'altro coniuge, contrarre altro matrimonio, e che è reo di fornicazione colui, il quale, dimessa l'adultera, sposa un'altra donna, e colei che, dimesso l'adultero, sposa un altro uomo ».

7. Potrà mai dissimularsi al nostro Popolo la costante sollecitudine de'Romani Pontefici nel combattere qualunque tentativo di divorzio, massime allorquando minacciava d'introdursi nel codice del diritto civile?

Per citare in proposito qualche esempio, nel nono secolo S. Nicolò I, sopranominato il Grande, come riseppe, che Lotario re di Lorena aveva fatto divorzio dalla legittima consorte Teutberga, per congiungersi con adulterino commercio a Valdrada, con impavida fermezza s'attraversò allo scellerato consiglio, costringendo il re a congedare l'adultera, e riprendersi la male abbandonata sua sposa. Così Urbano e Pasquale, secondi entrambi nella serie dei loro omonimi, s'opposero a Filippo I re di Francia ; Celestino III e il sommo Innocenzo insorsero contro Filippo II, parimente signore della Francia; e in tempi meno remoti dai nostri è classicamente celebre la lotta

(1) Homil. de libell, repud.
(2) Epist. LXXIX ad Oceanum.

di Clemente VII e Paolo III contro le indegne voglie di Arrigo VIII. Sanguinava il cuòre de'zelantissimi papi, vedendo lo strazio immane dell'isola de'santi; ma non per tanto deposero la cura di conservare intatto il deposito della fede, e serbare inviolata la santità del sacramento, grande in Cristo e nella Chiesa.

È celebre l'allocuzione di Pio VII nel Concistoro degli undici luglio 1808J, per protestare contro il divorzio, e le ingerenze laiche in materia d'impedimenti matrimoniali, imposte da Napoleone alle provincie italiche annesse all'impero. Contro il divorzio protestava con gravità d'argomenti e di parole Gregorio XVI nella tanto nota Enciclica « *Mirari vos* » del 15 agosto 1832. E il successore di lui, nel Sillabo unito all'Apostoliche Lettere dell'8 dicembre 1864, sotto il N.° LXVII condannava la seguente proposizione: «Per dritto di natura il vincolo del matrimonio non è indissolubile, ed in varii casi può il divorzio propriamente detto essere sancito dalla civile autorità».

Del regnante Pontefice, che Iddio lungamente conservi oltre gli anni di Pietro, è meritamente celeberrima, e degna d'essere studiata e spiegata al popolo, la Costituzione Apostolica « *Arcanum divinae sapientiae* » data il 10 febbraio 1880, che ben può dirsi un esatto compendio della dottrina cattolica intorno al matrimonio, ed una efficace confutazione degli errori, che vi si oppongono, incluso il divorzio. E nel Concistoro del 15 p. p. aprile, alludendo al disegno del divorzio fin d'allora ventilato in Italia, dichiarava : « Alle presenti condizioni del Romano Pontefice, che non potrebbero essere più indegne nè più moleste, altre offese, che affransero già le forze della Chiesa e ne manomisero la libertà, altro pernicioso fatto sembra si voglia ora aggiungere, fonte di due principali conseguenze; sarebbe cioè profanata la santità dei cristiani connubi e rovinato il fondamento della società domestica ». Nel Concistoro, tenuto or sono otto giorni, a scongiurare, per quanto era da lui, l'imminente pericolo di vedere attuato il funesto disegno, affermava : « Ogni legge, che imponga di ritenere siccome rati i divorzi, comanda al ritorno del buon diritto, e commette manifesta ingiuria contro il Creatore e supremo Legislatore ; perciò essa legge potrà produrre adulterini commerci, ma legittimi coniugi, non mai.

8. Sarà necessario eziandio considerare il divorzio dall'aspetto dell'etica razionale, nonché da quello giuridico, privato e

sociale. La ragione, l'esperienza, l'autorità di uomini competenti nelle scienze filosofiche non meno, che nelle giuridiche, dimostrano fino all'evidenza, come il divorzio intrinsecamente ripugni a'principii della moralità e della giustizia, e sia male augurata sorgente d'immensi danni agl'individui, alle famiglie, alla civile società. « Quanta cagione di mali (così il sapiente Leone XIII nella citata sua lettera *Arcanum)* contengano in se stessi i divorzi, appena è d'uopo ricordare. Per essi infatti si rendono mutabili i maritaggi, si raffredda la mutua benevolenza, si provoca l'infedeltà, si pregiudica al benessere ed alla educazione dei figli, si dà incentivo allo scioglimento delle società domestiche, si spargono semi di discordie fra le diverse famiglie, è avvilita la dignità della donna, la quale, appagata che abbia la libidine dell'uomo, è miseramente derelitta ».

9. Non sarà poi inopportuno combattere i più speciosi pretesti, allegati a inorpellare la deformità del divorzio.

Si dice, che la legge non colpirà il matrimonio sacramento, ma solamente il contratto civile.

Il pretesto è debole assai, essendo notorio che nè la legge del matrimonio civile ha potuto scuotere la divina istituzione del matrimonio, nè la dissolubilità legale di quello basterà mai a separare quello che Dio ha congiunto.

Lo Stato non si occupa che del matrimonio civile, e questo solo, ne'casi determinati, verrebbesi a dichiarar dissolubile.

Ma è pur vero, che lo Stato, dopo avere, almeno praticamente, impugnata la fondamentale verità, che fra i cristiani non si dà matrimonio, che non sia sacramento, trascorrerebbe con essa legge a snaturare l'indole intrinseca del matrimonio, uno e indissolubile.

È pur vero che lo Stato, obbligando, sotto pena di negare a'coniugi gli effetti civili del matrimonio, obbligandoli tutti indistintamente a contrarre nella forma stabilita da lui; dato il divorzio, commette una enorme ingiuria contro la libertà di coscienza. Posto che dei due coniugi divorziati, l'una parte non tenga la dottrina cattolica del matrimonio, e l'altra le sia fedele, questa che giustamente si crede legata per tutta la vita al consorte, eccola improvvisamente spogliata de'suoi diritti sulla persona di lui: deve piangere in solitudine la sua sventura, tener fede al disertore, come se non ne fosse divisa, mentre

egli, sostenuto dalla maestà delle leggi, porta liberamente in trionfo il frutto della scostumatezza e dell'empietà.

E i Agli? La loro educazione, per legge di natura, appartiene ai genitori, al senno del padre, alla bontà della madre. Essi hanno bisogno della fermezza dell'uno, e della condiscendenza dell'altra; dall'operoso lavoro del padre attendono il pane, dalle minute cure della madre, dall'amore di lei, che previene e rimedia, attendono il provvedimento delle infinite esigenze, proprie dell'infanzia, della fanciullezza e dell'adolescenza. Ora la crudele separazione de'genitori schiantando la casa, mette a repentaglio l'educazione della prole. Dopo l'alba serena essa prole prevede funesto il tramonto e se piange sull'incerto, doloroso avvenire, ne ha ben donde.

10. Si dirà: ma i casi indicati dal disegno di legge, sono pochissimi, ed in tali circostanze, da non far numero.

La questione non è dei numero, ma dell'essenza. La violazione della divina legge è immorale in uno, come in cento casi; e se torna conto non moltiplicar i divorzi, importa assai meglio non accordarlo affatto. « Circoscrivere il divorzio entro prefissi termini, (così il regnante Pontefice nella Allocuzione del 16 corrente) non diminuisce, ma accresce le colpe, che pretendere di frenare la fiumana delle ree cupidigie, è come volere, a mezzo il corso, arrestare un incendio, dove soffia impetuoso il vento.

11. Ma almeno la Santa Sede sembra tollerare il divorzio in certi paesi cattolici.

La S. Sede, come fu dimostrato di sopra, si è sempre opposta al divorzio. Se ha creduto adattare alle circostanze di luoghi e tempi il modo della protesta, torna ad elogio della sua materna prudenza; ma ha protestato. Della legge del divorzio è bene ripetere le parole scritte dalla s. m. di Pio IX al re Vittorio Emanuele II, in proposito del matrimonio civile : « La S. Sede non si è mai acquetata sui fatti che si citano, e sempre ha reclamato contro queste leggi, appena ne conobbe l'esistenza conservandosi anche adesso nei nostri archivi i documenti delle fatte rimostranze : ma queste non hanno mai impedito, e non impediranno, di amare i cattolici di quelle regioni, che furono costrette di sottoporsi all'esigenza di queste leggi » (1).

(1) Lettera del 19 Settembre 1852.

12. Queste cose vollero gii Emi Signori Cardinali Inquisitori Generali, Colleghi miei, scrivere alla S. V. Rma, per eccitare, se mai fosse d'uopo, il conosciuto suo zelo, a difendere la causa di Dio e delle anime nella nostra Penisola. Essi non dubitano, che emulando S. S. la sollecitudine de'suoi Confratelli, molti de' quali, in così doloroso incontro, diedero splendide prove di profonda dottrina e pastorale fortezza, contribuirà da sua parte a cessare questo nuovo flagello, da un popolo tanto profondamente religioso quant'è l'italiano.

Essi affidano anche alla sua pietà d'intercedere dal trono del divin Padre, auspice il sacrosanto natale del Redentore al nostro buon popolo i favori di quella pace, che gli angeli, nella beata notte di quella nascita, annunciarono agli uomini di buon volere.

Della S. V. Illma.

Roma, nella Vigilia del S. Natale, 24 Dicembre 1901.

Affmo come Fratello
L. M. **CARD**. PAROCCHI

DUBIUM quoad consecrationis episcopalis validitatem si serius impositio missalis facta fuerit.

Beatissime Pater,

Sacerdos N. Magister caeremoniarum, ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, haec exponit.

Orator interfuit consecrationi episcopali Titii episcopi. Iuxta Pontificale Romanum, in consecratione episcopali, « *Consecrator, accepto libro Evangeliorum, illum apertum, adiuvantibus Episcopis assistentibus, nihil dicens, imponit super cervieem et scapulas electi* »; hic autem ritus peragi debet ante impositionem manuum Episcoporum et prolationem verborum « *Accipe Spiritum Sanctum* » ; ita ut quando Episcopi manus imponunt, et relata verba pronuntiant, liber Evangeliorum iam sit super scapulas electi.

Porro in consecratione Titii, hic ritus impositionis libri Evangeliorum super scapulas electi serius peractus est; nempe postquam cantores inceperunt hymnum *Veni Creator,* ante tamen unctionem capitis; tunc enim tantummodo Magistro caeremo-

niarum defectum advertente, Episcopus consecrator imposuit, librum Evangeliorum apertum super scapulas electi et processit ad reliqua, nempe unctionem capitis, etc. — Unde, quando tres Episcopi manus imposuerunt: « Accipe Spiritum Sanctum», liber Evangeliorum non erat super scapulas Electi. De hoc ergo defectu sollicitus praefatus Magister caeremoniarum humillime quaerit:

Utrum acquiescere possit Orator, vel potius aliquid iterandum aut supplendum sit.

Quod si iterandum aut supplendum sit, postulat Orator ut id fieri possit ab uno quocumque Episcopo et quovis die et sine missa, ne qua oriatur admiratio aut perturbatio ; ipse enim novus Episcopus prorsus ignorat hunc defectum, quem soli noverunt, ut videtur, Magister caeremoniarum et Episcopus Consecrator.

Et Deus, etc.

Feria IV, die 30 Iulii 1901.

In Congregatione Generali habita ab Emis ac Rmis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisifcoribus, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. CC. S. Officii voto, iidem Emi ac Rmi Dñi respondendum censuerunt:

Acquiescat.

Insequenti vero feria VI, die 12 eiusdem mensis et annf, in solita audientia a R. P. D. Commissario S. O. impertita, SSmus D. N. D. Leo Div. Prov. PP. XIII, habita de omnibus relatione, responsionem Emorum Patrum approbavit.

I. Can. M**ANCINI** *S. R. et U. Inquisii. Notarius.*

RATIO exhibendi Apostolicae Sedi documenta per locorum Ordinarios.

Eme ac Rme Domine,

Haud raro accidit, ut ad SS. Romanas Congregationes, hac Suprema S. Officii non excepta, a RR. Curiarum Episcopalium Procuratoribus (italice « Agenti Ecclesiastici ») documenta, de rebus etiam gravissimis et maxima observatione dignis, plane

resignata atque omnium oculis patentia exhibeantur: eadem vero nonnunquam adeo parvulis atque exiguis chartulis neglectaque forma exarata sunt, ut et erga S. Sedem non parum indecentia atque ad positiones, quas vocant, efformandas minus apta inveniantur.

Haec omnia iure merito lamentantes Emi Domini Cardinales una mecum Inquisitores Generales, in Congregatione Generali habita fer. IV, die 24 Aprilis anni currentis, omnibus Episcopalibus Curiis significandum mandarunt, ut in posterum huiusmodi documenta, in folio communis Romae dimensionis conscripta, vel directim per publica epistolarum diribitoria vel, si quidem rationabili ex causa Procuratorum opera uti velint, ita clausa et sigillo munita transmittant, ut nullus ex parte ipsorum Procuratorum clandestinae aperitioni locus esse queat.

Quae dum, ut mei muneris est, ad Em. Tuae notitiam defero, lubenter capta occasione, fausta quaeque ac felicia Tib precor a Domino.

Datum Romae ex S. O. die 23 Aug. 1901.

addictissimus obsequentissimus famulus verus
L. M. Card. PAROCCHI

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

DUBIUM: An, pro lucrando Iubilaeo, preces iterari debeant quoties implentur opera visitationibus suffecta.

Beatissime Pater,

N. N. e Congregatione SS. Redemptoris, ad pedes Vestrae Sanctitatis humiliter procumbens, exponit quae sequuntur:

Visitando ecclesias pro lucrando Iubilaeo, fideles orare debent ad intentionem Sanctissimi;

Cum impeditis possunt confessarii visitationes in alia opera commutare;

De hac autem potestate commutandi scribit Benedictus XIV Const. *Inter praeteritos,* § 53: «Huiusmodi auctoritas... ad vi-

sitationes basilicarum restringitur, ac proinde ad alia opera iniuncta nec potest nec debet extendi; exempli gratia... ad preces quae a basilicarum visitatione separari possunt»;

Verum, quaerenti « an fideles qui iuxta Ordinarii dispositionem quinque tantum peragunt visitationes processionaliter ad ecclesias, teneantur pro aliis decem visitationibus ab Ordinario remissis praescriptas a Romano Pontifice recitare preces », Sacra Poenitentiaria a. 1875 respondit: Standum esse terminis reductionis ab Episcopo vigore litterarum Apostolicarum concessae, cui responso hanc animadversionem subiungunt *Acta S. Sedis,* vol. VIII, p. 360: « Si parumper dubitare liceat an Ordinarius dispensando super visitationes peragendas, dispensare queat etiam super preces: tamen haud ambigendum est preces praedictas ita visitationibus coniunctas esse, ut earum essentialem partem constituant. Proindeque remissis visitationibus, et preces remissae intelligi debent».

Unde dubitatur utrum potestas confessarii ex legitima causa commutantis visitationes pro lucrando iubilaeo institutas sese extendat ad preces inter has visitationes ad intentionem Sanctissimi fundendas: an potius teneatur poenitens qui dictam commutationem visitationum obtinuit, nihilominus sexagesies ad intentionem Sanctissimi orare, et praeterea implere opera visitationibus a confessario substituía.

Et Deus.

Sacra Poenitentiaria mature consideratis expositis, ad praefatum dubium respondet : *supposita discretione Confessarii, qui dummodo id ferant vires poenitentis, proportionem adhibeat, etiam quoad numerum, inter visitationes praescriptas et opera substituía, preces iuxta intentionem Summi Pontificis toties fundendas esse, quoties dicta opera peraguntur.*

Datum Romae ex S. Poenitentiaria die 4 Sept. 1901.

D. M**ANNAIOLI** S. *P. Corr.*

A. Can. M**ARTINI,** *S. P. Secr.*

DUBIUM quoad onanismum.

Ioannes parochus manus vestras humiliter osculatus, casum sequentem reverenter exponit:

Titius parochianus, dives, honorabilis, litteratus, ac bonus christianus, in confessione de usu matrimonii prudenter interrogatus, confitetur se cum uxore, etiam aliquatenus repugnante, coitum semper abrumpere ne sequatur proles; et a me quaesitus, fatetur se ferme semper extra vas mulieris seminare; a me redargutus, statim reponit se ita agere propter duplicem rationem: 1.° ne prole numerosiore status familiae deiiciatur (iam enim habet filium et filiam); **2.°** ne uxor iterata graviditate nimium defatigetur. Qui de inanitate harum rationum a parocho admonitus, reponit hunc agendi modum ipsi probatum fuisse a quodam perillustri confessario, in quodam recessu quem nuper in quadam communitate peregit, modo maritus in actu intendat sedationem concupiscentiae, et non pollutionem.

Ioannes parochus, miratus hunc praeclarum confessarium, qui nuper in quodam maiori seminario theologiae moralis lector fuerat, talem agendi modum probasse, nihilominus Titium in hoc agendi modo perseverare volentem, absolvere non est ausus. Titius vero de sua dimissione offensus suum parochum ignarum ac superbum ubique praedicat, utpote sententiam aliorum corrigentem et onera importabilia poenitentibus imponentem.

Ioannes parochus, his omnibus permotus, quae in detrimentum parochi, imo et ipsius religionis multum cedunt, ab Eminentia vestra humiliter ac reverenter exposcit:

Quidquid sit de praeterito, quomodo se gerere debeat cum Titio qui probabilissime ad confitendum revertetur, et in sua agendi ratione pertinaciter perseverabit?

Et Deus-

Sacra Poenitentiaria, mature consideratis expositis, respondet: Parochum de quo in casu recte se gessisse, atque absolvi non posse poenitentem qui abstinere nolit ab huiusmodi agendi ratione, *quae est purus putus onanismus.*

Datum Romae in S. Poenitentiaria, die 13 Novembris 1901.

DUBIUM. An Ordinarius delegare possit etiam curatis non proprie parochis, facultates S. Poenitentiariae delegabiles Parochis.

Beatissime Pater,

Inter facultates a Sanctitate Vestra per litteras S. Poenitentiariae diei 30 m. Aprilis h. a. pro foro interno in quinquennium benigne mihi prorogatas habetur n. XI etiam ea parochis huius Archidioecesis habitualiter subdelegandi facultatem dispensandi super occulto impedimento affinitatis ex copula illicita in matrimoniis contrahendis, quando tamen omnia parata sint ad nuptias. Iamvero circa interpretationem huius verbi parochi dubium exsurgit. Sunt enim in hac Archidioecesi praeter parochos canonice institutos alii sacerdotes, rectores sic dicti, qui territoriis separatis quidem praesunt in iisque curam animarum habent ac iura quasi-parochialia exercent, quin tamen parochi veri nominis dici possint.

Nam in hisce regionibus industrialibus ob multitudinem populi christiani in dies accrescentem, ut animarum saluti melius provideatur, a parochis separentur districtus, in iisque proprii constituantur sacerdotes iuribus quasi-parochialibus praediti necesse est. Ad constituendam vero novam parochiam procedi nequit absque interventu regii gubernii, quod iuxta leges civiles hac de re latas ad novam parochiam erigendam suam debet interponere auctoritatem. Itaque haud raro fit, ut ob defectum conditionum a iure civili requisitarum nova parochia nondum erigi possit, quamvis attento solo iure ecclesiastico omnia quae ad talem dismembrationem faciendam requiruntur, facile praestari valeant.

Quibus praemissis quaeritur:

1.° An sub nomine parochorum in citatis litteris S. Poenitentiariae veniant rectores sic dicti, qui in districtu aliquo curam animarum exercent, quin parochi veri nominis dici possunt.

2.° Ab sub eodem nomine comprehendantur etiam ii sacerdotes, qui durante vacatione parochiae, vel occasione infirmitatis vel absentiae parochi, tamquam administratores parochiae deputantur.

Et quatenus negative, humillime supplico Sanctitati Vestrae ut attentis peculiaribus circumstantiis in hac Archidioecesi, facultatem iuxta praefata extendere dignetur.

Et Deus....

Coloniae, die 17 m. Iunii 1901. — De mandato Rmi Archiepiscopi absentis, *Vicarius Archiepisc. Generalis.*

Sacra Poenitentiaria, mature consideratis expositis, super praefatis dubiis respondet:

Affirmative ad utrumque.

Datum Romae in S. Poenitentiaria, die 17 Iulii 1901.

B. **POMPILI** *S. P. Datarius.*

R. **CELLI**, -S. *P. Substit.*

EX SECRETARIA BREVIUM

Nonnullae Indulgentiae conceduntur iis qui quolibet die mensis ianuarii aliquod obsequium praestiterint SSmo Nomini Iesu.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

A nulla quidem re Christiano homini datur potius capere auspicium posse, quam a Sanctissimo Nomine Iesu quod est super omne nomen et in quo omne genuflectatur coelestium, terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur. Non latuerat id certe veteres Christianos, qui omnium rerum gerendarum initium ab illo ducere solebant, ut scilicet sibi rebusque suis, quem optabant, exitus contingeret. Nostris etiam temporibus Ecclesiae luctuosis sancta haec et laudabilis consuetudo deleta omnino non est : nonnulli enim Christiani populi initium novi anni a Nomine Iesu faciunt illique integrum mensem Ianuarium, quo mense aguntur solemnia Iesu Nomini recolendo, Deo quasi anni primitias offerentes, solent consecrare. Nos idcirco, qui de bono atque utilitate animorum, quorum Nobis est divinitus commissa salus, solliciti damus operam, ut boni mores in Christianas civitates invehan tur, n ra vi et corrupti prohibeantur, vehementer cupimus atque optamus, ut prisca illa consuetudo inter familias christianas revirescat et floreat. Id enim apprime respondet et consentaneum est orationi dominicae in qua pie sancteque obsecramus Deum quotidie ut sanctificetur

nomen tuum; neque res atque actus nostri tristes habebunt exitus, si eos in nomine Iesu exordiamur. Quamobrem vestigiis insistentes decessoris Nostri Pii Papae Noni rec. mem. qui Ecclesiae Neapolitanae sanctum illum antiquorum christianorum usum retinenti de coelesti thesauro divitias est largitus, rogante Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, omnibus et singulis christifidelibus, qui speciale aliquod obsequium SSmo Nomini Iesu quolibet die mensis Ianuarii devote exhibuerint, tercentos dies si id in Ecclesia vel publico Oratorio praestiterint, si vero privatim centum tantum dies de numero poenalium in forma Ecclesiae solita expungimus. Iisdem vero Christifidelibus qui praefato pio exercitio publice, idest in aliqua Ecclesia vel publico Oratorio quotidie adstiterint et postremo die quo idem pium exercitium explebitur, vere poenitentes et confessi ad Sacram Synaxim accesserint et pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione preces ad Deum effuderint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones et poenitentiarum relaxationes etiam animabus in purgatorio detentis per modum suffragii applicari posse indulgemus. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentes nullae sint si earum exemplar S. Congr. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae non exhibeatur; utque praesentium exemplis seu transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae praemonitis eadem prorsus adhibeatur fides quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae:

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris 21 Decembris 1901.

Pontificatus Nostri anno vigesimoquarto.

Pro Dno Card. Macchi
N. MARINI

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

DECRETA NOVISSIMA

ROMANA ; responsum commissionis liturgicae super particulam decreti generalis (1) de Oratoriis semipublicis.

Instante Rmo Dno Secretario Vicariatus in Urbe, et referente subscripto a Secretis, Sacra Rituum Congregatio, adhaerens voto Commissionis Liturgicae, rescribendum esse censuit: « Particulam decreti generalis super Oratoriis semipublicis » n. 4007, diei 23 Ianuarii 1899: *atque similia Oratoria, in qui-* » *bus ex instituto aliquis Christifidelium coetus convenire solet* » *ad audiendam Missam,* intelligi posse de quibuscumque fi- » delibus, qui, assentiente domino loci, et Ordinarii auctoritate » interveniente, accedant ad praedicta Oratoria, pro audienda » Missa etiam in adimplementum praecepti festivi ». Atque ita rescripsit, die 3 Augusti 1901.

D. CARD. FERRATA, 5. *B. C. Praef.*

L. * S.

f D. PANICI Archiep. Laodicen., *Secret.*

SUPER RELATO DECRETO

A nimadversiones.

Super hoc Decreto in *Romana* commentaria inquiruntur utpote fréquentions praxis: sint pro iis animadversiones sequentes :

1. Animadvertimus in primis, inquiri posse statim, num titulus, quem altera ex Ephemeridibus (M. E. *fascic. 8, pag. 349)* praefato Decreto anteponit, sit exactus: cui quaesito negative reponimus. Dicitur enim: Privata quoque Oratoria, in quibus aliquis fidelium numerus convenire solet ad audiendam Missam, uti semipublica considerari possunt; et Episcopus *(Ordinarius scilicet, non alius)* potest in iis permittere celebrationem S. Sa-

li) Decretum hoc relatum fuit Vol. XXXI, pag. 412.

orificii. Iam nunc, uti patet, fideles non solent convenire in Oratoriis privatis Missae audiendae causa; illa enim, uti mox dicemus, in privatis aedibus eriguntur, et in personae vel in familiae alicuius exclusivum commodum. Quae persona aut familia e domo relativa esse debet, et privilegio speciali fruitur. Hinc non solent, nec possent in iis alii fideles, etsi ad coetum aliquem particularem pertineant, convenire; eoque magis, quia Decretum agit de audienda Missa ad satisfaciendum praecepto. Exploratum est autem, in Oratoriis privatis, solos privilegio ditatos dicto praecepto posse satisfacere.

Insuper, Oratoria privata, quae in aedibus privatis erecta sunt, evadere semipublica nunquam possunt; haec enim in aedibus privatis esse nequeunt, sed in solis Communitatibus, uti ex dicendis constabit. Unde sequitur, Oratoria privata non posse uti semipublica considerari, et Episcopum nunquam in illis permittere posse celebrationem Missae, nisi ad summum gravi de causa et per modum tantum actus transeuntis (Decr. 2404 ad 5), cum eiusmodi facultas a solo Summo Pontifice concedi soleat.

2. Animadvertimus secundo, verba: *Oratoria, in quibus ex instituto aliquis Christifidelium coetus convenire solet ad audiendum Missam,* relationem dicere ad illa Oratoria, super quibus vulgatum est die 23 Ianuar. 1899 gen. Decretum, n. 4007, nempe *super Oratoriis semipublicis,* uti ipse titulus, praefato gen. Decreto praemissus, satis superque patefacit.

Distinguendum est enim inter Oratoria publica, semipublica et privata. Porro certum ex lege est, *Oratoria publica ea esse, quae, auctoritate Ordinarii ad publicum Dei cultum perpetuo dedicata, benedicta vel etiam solemniter consecrata, ianuam habent in via, vel liberum a publica via fidelibus universim pandunt ingressum.* Ita praefatum gen. Decretum ad literam. Certum pariter ex eadem lege est. *Oratoria semipublica ea esse, quae etsi in loco quodammodo privato, vel non absolute publico, auctoritate Ordinarii erecta sunt; commodo tamen non fidelium omnium, nec privatae tantum personae, aut familiae, sed alicuius Communitatis vel personarum coetus inserviunt.* Ita similiter ad literam in praefato gen. Decreto. Denique ex eadem semper lege constat, *Oratoria privata esse illa, quae in privatis aedibus, in commodum alicuius personae vel familiae ex indulto Sanctae Sedis erecta sunt.* Haec quoque ad literam in praefato Decreto prostant.

3. Porro verba relata, quae refert Decretum in *Romana,* super quo animadvertimus, relationem dicunt ad plura Oratoria, quae in gen. Decreto recensentur, uti quae sunt in Seminariis, in Collegiis, in piis Institutis votorum simplicium, in domibus spirituali secessu! addictis, in Convictibus etc., quae omnia semipublica nuncupari debent et sunt, iuxta S. R. Congregationis definitum. Post haec autem singula nominata Oratoria, Decretum gen. addit illa relata verba: *aliaque similia Oratoria.* Ergo et dicta tantum Oratoria semipublica, nulloque pacto ad privata referri possunt ac debent.

4. Hinc inferendum,wix posse intelligi, quae praecitata Ephemeris habet in Nota, videlicet: dummodo aliquis fidelium numerus Oratorio privato interveniat, Episcopus ius habet illius erectionem et Missae celebrationem in illo permittendi: atque ita ut Missa diebus festivis pro omnibus inservire valeat in satisfactionem praecepti. Haec uti sonant non satis intelligi queunt; aut enim ad privata Oratoria applicantur, et sustineri nequeunt: aut ad semipublica et nimiam praeseferunt obscuritatem. *Sustineri nequeunt;* quia ad privata Oratoria, ex iure communi, nulli, praeter quam privilegiatis; convenire personae licet pro audiendo Sacro in satisfactionem praecepti, ut si conveniat, non satisfaciat. Multoque minus id licebit cuicumque fidelium coetui, de quo Decretum agit, et explicat per fidelium numerum. *Nimiam praeseferunt obseuritatem ;* nam qui fieri potest ut ius erigendi Oratorium acquirat Episcopus, si in eodem Oratorio aliquis conveniat fidelium numerus ? Si nondum erectum est, fideles in eo convenire certe nequeunt; si autem erectum iam est, quomodo acquirere potest Episcopus ius illud erigendi ? Insuper, si Oratorium est semipublicum, eadem ut supra redit argumentatio : si autem est privatum, Episcopus nil iuris habet super illo, neque quod erectionem, neque quod Missae celebrationem attinet, si casum ad summum necessitatis excipias, sed pertinet omnino ad Sedem Apostolicam, uti expositum est superius.

5. Itaque sensus Decreti in *Romana* sequens est : Quando agitur de Oratorio aliquo, *non privato, sed semipublico,* sit Seminariorum, sit Collegiorum, Piorum Institutorum vel Societatum etsi votorum simplicium, aliarumve Communitatum viventium sub regula a Sancta Sede aut saltem ab Ordinario loci approbata, sit domorum spiritualibus Exercitiis addictarum, sit

Convictuum, vel Hospitiorum, quae iuventuti instituendae Uteris, scientiis aut artibus sint destinata, sit Nosocomiorum, Orphanotrophiorum, Arcium, Carcerum, sit Coemeteriorum, aut de alio quocumque simili Oratorio *semipublico, in quo ex instituto aliquis Christifidelium coetus, vel quicumque alii fideles,* loci Domini Episcopique facultate suppositis, *conveniant* pro audienda Missa, ut adimpleant praecepto, hi revera satisfaciunt.

6. Ut rationem authenticae interpretationis Decreti lectores capiant, sequentia notabimus: *a)* Auctores antiqui de Oratoriis disserentes, quos inter Gatticum principem facile dices, circa Oratoria semipublica vix aliquid innuebant, re inspecta, haud nomine, quo generaliter non utebantur. *b)* S. R. Congregationi expositum fuit, aliquid super his determinari, satis esse opportunum aetate Nostra, utile ac propemodum necessarium, cum fere in infinitum, maxime in Urbe, multiplicata fuissent Oratoria Communitatum, privilegiis Tridentinae Synodi non fruentium, *c)* Aliunde in his Communitatum Oratoriis saepe saepius Missae assistebant, etiam diebus festivis, parentes puellarum, vel adolescentium, qui ibi instituebantur; verum an satisfacerent, an non, praedicti parentes, uti alii quoque consanguinei, satis erat incertum. Imo communiter tenebatur, eos non satisfacere, nisi ex peculiari indulto; hinc inordinatio, cum difficilius induci ii possent ad aliam Missam audiendam, *d)* Ceterum, cum dicta Oratoria neque privata stricto sensu, neque publica dici possent, postulabat necessitas, ut quomodo consideranda essent S. R. C. definiret. Hinc per Decretum gen. 4007 summa perspicuitate declaratum est, quale sit Oratorium privatum, quale publicum, quale peculiariter semipublicum. *e)* Hinc et declarata sunt Ordinariorum super his ultimis Oratoriis iura, sive quod eorum erectionem, sive quod attinet Missae in iis celebrationem.

7. Cum autem Oratoria semipublica ad Communitates pertineant sive ecclesiasticas sive laicales, et S. R. C. in gen. Decreto 4007 edixerit, in iis ad audiendam Missam aliquem fidelium coetum de more convenire; dubium exortum est, an non solum aliquis coetus fidelium Missam in iis pro satisfactione audire posset, sed alii quicumque fideles. Et S. Tribunal affirmative respondet per praesens Decretum, hoc est: In quocumque Oratorio semipublico auctoritate Ordinarii rite constructo, et ab eodem Ordinario potestate facta inibi celebrandi Missas,

quicumque fideles eidem Missae assistant diebus festivis, praecepto Ecclesiae satisfaciunt.

Addit tamen Decretum in *Romana: assentiente domino loci, et auctoritate Ordinarii interveniente:* quia non de privatis agitur, in quibus pro satisfactione, neque assensus domini loci, neque interventus auctoritatis Ordinarii ad satisfactionem proficeret; quia non est quaestio de publicis, in quibus audientes Missam nulla vel privatae vel publicae personae facultate indigent, ut satisfacere valeant. Quia, denique, agitur de Oratoriis semipublicis, quae ad coetum particularem personarum seu ad Communitatum pertinent; requiritur ergo et superioris seu domini loci facultas, ut interveniant fideles: requiritur etiam facultas Ordinarii, qui totius Communitatis Superior est ex sui muneris natura. Huius autem utriusque dispositionis ratio nullo negotio intelligitur, ad vitandas scilicet inordinationes et arbitria praecavenda.

ORDINIS MINORUM S. FRANCISCI CAPUCCINORUM: Dubia quoad usum ritus ambrosiani a Sacerdote ritus romani.

R. P. Franciscus a Vallio, redactor Kalendarii Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum, Provinciae S. Fidelis, Pagi Ticinensis, de consensu sui adm. R. P. Ministri Provincialis ac Rmi P. Procuratoris Generalis, a Sacra Rituum Congregatione sequentium Dubiorum resolutionem humillime expostulavit, nimirum:

I. Sacerdotes Ritus Romani celebrantes in Ecclesiis Ritus Ambrosiani, quodnam Kalendarium sequi debent?

II. Ipsi Sacerdotes, celebrantes aliqua vice Missam Parochialem in iisdem Ecclesiis, sequi debent Kalendarium et Ritum Ambrosianum, aut Kalendarium et Ritum Romanum?

III. Et quatenus affirmative ad primam partem, quaeritur : An hoc valeat etiam pro Regularibus, qui ex praecepto gravi Constitutionum tenentur ad Ritum Romanum?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit :

Ad I. Servent Kalendarium Ritus Romani Dioeceseos, dummodo diebus solemnioribus, localibus, ex. gr. Titulus vel Dedicatio Ecclesiae, Patronus praecipuus loci etc., se conforment quoad colorem et Missam Kalendario Ecclesiae, in qua Sacrum faciunt.

Ad IL *Affirmative* ad primam partem, *Negative* ad secundam.

Ad III. *Affirmative* in casu.

Atque ita rescripsit, die 10 Ianuarii 1902.

D. CARD. FERRATA, S. *R. C. Praef.*

L. S S.

f DIOMEDES PANICI Archiep. Laodicen., *Secret.*

FODIANA Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Sor. Mariae Caelestis Crostarosa Fundatricis Monasterii a SS. Salvatore nuncupati in Fodiana civitate.

INFORMATIO

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio introductionis causae in casu, et ad effectum de quo agitur?

Eminentissime et Reverendissime Domine,

Deus, qui Ecclesiam suam incolumem et numquam devictam usque ad mundi consummationem perseveraturam pollicitus est, si quando graviora adsint tempora, et saeviores tempestates ingruant, laboranti validiora subsidia submittit, quibus adiuta, furentes hostes queat superare. Nec raro trepidis in rebus, Deo iubente, novi extant religiosi ordines, qui hostiliter undique petitae Ecclesiae opem ferant, eamque e periculo eripiant. Neminem enim latet quantum haec auxilii et commodi ex religiosis familiis sive a sancto Benedicto, sive a sancto Francisco ac Dominico, sive a sancto Ignatio, aliisque permultis, quos iuxta varias temporum necessitates Deus excitavit, institutis receperit: quot quantique ex iis Sancti exstiterint, quot

Pontifices, quot Apostoli, quot Doctores. Sicut enim rerum publicarum vis ad hostes propulsandos in exercitibus constat, ita praecipuum Ecclesiae adiumentum ac robur in religiosis sodalitiis positum esse videtur: quod eius ad versa rii prospicientes haec pertinaci atque acerrimo odio prosequuntur.

Superiore saeculo novi teterrimique hostes caput attollebant, qui non unum vel alterum catholicae religionis dogma, sed ipsam divinam revelationem, immo Deum ipsum impie petebant, philosophiam illi, huic humanam rationem sufficientes. Primordiis illis iuxta thronos reptabant, brevi illos eversuri : regibus assentabantur, mox eos deturbaturi et crudelissime necaturi. Hi vero blanditiis adulationibusque innati, nova regalia iura praetendebant, novasque leges ferebant, quibus libertatem Ecclesiae coarctarent. Cui dum omnis sese atque humani generis consortium tutandi eripiebatur potestas, impia philosophorum placita, praecipue penes primores civium ordines, impune diffundebantur.

Infaustis his adiunctis Deus, qui Ecclesiam nunquam hostili permittit potestati subactam, duos eximios Servos suos ex eadem neapolitana civitate excitavit, qui et scriptis, et suis ac sectatorum suorum operibus Ecclesiae crudeliter oppugnatae subsidio essent; alter, Alphonsus Maria de Ligorio, Ecclesiae iudicio Sanctus ac Doctor solemniter renunciatus est: alterius, Mariae Caelestis Crostarosa, ut Beatificationis et Sanctificationis causa introducatur, sacrum vestrum Coetum obsequentissime efflagitamus : ut quos, dum in terris vixere, sancta quaedam coniunxit amicitia, beatam iam vitam degentes, iisdem copulemus honoribus. Hos igitur suscitavit Dominus, ut hominum animos caelestium rerum amorem incederent, et sub Ecclesiae auctoritate continerent. Et quo eorum opera diuturnior et amplior foret, utrosque iussit, ut novas religiosas Congregationes instituèrent: sed hanc quidem, nullo adhibito internuncio, directum iussit: illum, Famula sua nuncia. Uterque ad imperata facessenda se imparem arbitratus est: uterque an mandatum a Deo procederet dubius haesit : mulier se ab adversario deceptam duxit: vir cum Serva Dei altercatus est, eamque fanaticae et fatuae loco habuit. Maria Caelestis fuit a pia quadam moniali confirmata, ut ex Dei voluntate novas sibi regulas esse conscribendas pro certo putaret : Sanctus Alphonsus dubia sua expeliere nequivit, nisi auctoritate 'permotus Episcoporum, ac

virorum sanctitate et doctrina illustrium unanimiter asseverantium Mariae Caelestis mentem divinitus esse illustratam. Compertam tandem Dei voluntatem uterque explere alacriter instituit: ille in spirituale commodum agrestium hominum: haec ad sanctificationem puellarum divitum praesertim civitatis fodianae.

Nec sine peculiari quadam Dei providentia hoc factum arbitramur, ut causae huius Beatificationis et Canonizationis Mariae Caelestis Crostarosa pertractatio in nostra reservaretur tempora. Belli enim illius contra fidem superiore saeculo illati, nec unquam postea intermissi, lamentabiles effectus omnes conspicimus: quod, spe caelestium gaudiorum penes non paucos homines languescente, aut penitus exstincta, hi terrenas voluptates avidissime expetant, easque quomodocumque consequi eo-? nentur, adeptisque immodice atque effrenate utantur. Peropportunum igitur, ni fallimur, nobis videtur, ut haec virgo Christifidelium venerationi ac imitationi proponatur, quae non modo terrestres omnes delicias dereliquit atque odio prosequuta est, sed hoc etiam habuit peculiare, ut dum corpore in terris vivebat, mente tamen et corde assidue ad caelestia abstraheretur, ut ex iis, quae novis dicenda sunt, luculenter apparebit.

De ortu, patria, parentibus, baptismate et confirmatione Servae Dei.

Serva Dei, Soror Maria Caelestis Crostarosa, in lucem edita est Neapoli die 31 Octobris anno Christiano 1696. Parentes habuit Iosephum Crostarosa, illustrem in neapolitana curia advocatum, ac Paulam Baptistam Caldari. Qui, quamvis satis commodam ducerent vitam, tamen, qua de causa non constat, adfuit tempus, quo in aliqua rei familiaris angustia versati sunt. Duas habuit sorores, quarum altera Serva Dei maior natu fuit, altera minor, quae et ipsae virginitatem suam Deo voverunt: item duos fratres, ex quibus alter Societati Iesu nomen dedit, alter in saeculo vitam egit. Hi omnes liberi piissime ac religiosissime a parentibus educati sunt.

Infantula Serva Dei, quam Dominus ad tam celsum sanctitatis gradum perducere decreverat, statim ac ex materno utero prodita, in tanto vix adeptae vitae periculo esse visa est ut obstetrix sacra baptismatis unda abluendam esse duxerit.

Inde factum est ut postera die nequiverit nisi sub conditione baptizari in paroeciali templo S. Iosephi Maioris, impositis nominibus Iuliae, Marcellae, Sanctae, prout, quae adhuc extat, baptismatis fides testatur. Sed non item servatur fides acceptae confirmationis. Attamen hoc Servae Dei ministratum fuisse sacramentum procul dubio probatur, tum ex parentum eius eximia pietate, tum ex eo quod, nisi de recepta confirmatione constaret, numquam ipsa monialium numero adscribi potuisset.

De Servae Dei pueritia et adolescentia.

Piissimos parentes, quod praeclarum est Dei beneficium, Serva Dei, ut innuimus, sortita est: qui verbo et exemplo ita filiolam suam instituerunt, ut peccatum fugeret, virtutem diligeret, erga Deum, beatissimam Virginem, Sanctosque pietatem diligenter excoleret. Piae huic institutioni, superna gratia adiuta, praeter hominum opinionem, Famula Dei respondit, ita ut puerula adhuc, mente in Deum iugitur intenta, omnibus exornata appareret virtutibus ac multorum admirationem erga se concitavi!, aequalibusque puellis imitationis exemplar extaret. Quid? Quinque annos nata iam primos in Deum amoris motus tam valide persentiebat, ut moderatori suo matura visa fuerit, quae mentalem commentationem agere doceretur, ut reapse iam tunc constanter ageret ac vix credibile dictu est quod *in* ea, secretiori in cubiculo abdita, duas vel tres horas quotidie perseveraret. Id autem penes familiam Crostarosa erat moris, ut sanctorum virorum historiae perlegerentur, qua lectione magnopere delectabatur et ad pietatem movebatur Serva Dei. Quae Iesum imitandi studio incitata, saeviente hieme, tibialibus clam, ne prohiberetur, eductis, calcéis tantum pedes induta incedebat.

Sed iam de exiguis illis pueritiae culpis mihi dicendum, quae maximae exquisitori Servae Dei iudicio visae sunt, quasque ipsa, quamdiu in vita permansit, acerbis lacrimis defiere numquam destitit. Quum enim nonum aetatis suae annum expleverit, evenit ei quod divitibus puellis haud raro solet evenire, ut in huiusmodi incidant aneiHas, quae suam erga iuvenes heras dilectionem in hoc ostendere conantur, ut ingenuos earum animos ad voluptates adiciant, atque mundanarum rerum amorem in eis infundant. Ancillulae hae vivaci eam indole praeditam cementes, magnam curam adhibebant ut puella splendidas indueret vestes, profana carmina canere disceret, ac

de terrenis caducisque rebus cum ipsis colloqueretur. Mundani hi affectus, virgineo eius animo vix primum inditi, pietatis vim imminuere aliquantulum coeperunt: non enim divino Sponso probabantur, qui dilectam suam totam sibi ab initio addixerat. Statim ac vero id ipsa persensit, cordis poenitentia ducta, culpam suam coepit acerbe deplorare. Atque ut pristinam in se Dilecti sui benevolentiam recuperaret, totius vitae peccata Patri dominicano cuidam confessa est. Quod tanto animi moerore fecit, ut in templo, cunctis videntibus, insolabiliter lacrimas hinderet, et pene sensibus erepta se peccatricem insimularet, et peccata sua publice pandere non dubitaret.

Post hanc confessionem indolem suam quasi immutasse et alia evasisse visa est. Silentium quippe et solitudinem diligens remotiores domus quaerebat latebras, nec amplius hominum conversationi indulsit. Auctore eodem illo moderatore conscientiae suae, quem penes totius vitae culpas confessam esse enarravimus, eodemque in rebus fidei discendis magistro, undecim annos nata, ardenti desiderio ac charitate, ad sacram Synaxim primum accessit. Ex eo tempore, quum saepe sacra Eucharistia sese cibaret vix recepto in virginali pectore SSmo Iesu Corpore, ita extra sensus rapiebatur, ut domum reversa a fratribus irrideretur, quasi ad res domesticas procurandas inepta esset. Profecto minus hi intelligebant, sororem suam, ut iam soror illa Marthae, ad alia valde maiora et suaviora toto animo intendere.

Hoc autem tempore Deus Servam suam iubebat supernas delicias et supernaturalia charismata, quae ei copiose largiebatur, omnibus, et conscientiae moderatori, diligenter occultare : quod humillima Dei Serva fideliter praestabat. Nec tamen exigua fuerunt spiritualia haec beneficia, quae Serva Dei recipiebat. Iesum crucifixum tenerrime diligens cum quadam die divini eius lateris plagam mente recoleret, tanto repente ;erga Iesum amore correpta est, tantoque superno lumine mens eius est illustrata, ut ab ea die non amplius librorum auxilio ad meditandum indiguerit, et velut aquila suis luminibus divinum Solem intueri valuerit. Ipse quoque hominum Redemptor ei visus est, et dilaceratum latum ostendens, ancillam suam est peramanter alloquutus : « in plaga illa consideret : se eius futurum magistrum: se crimina eius abluturum: nullum alium vellet ipsa praeter Eum diligere ».

Pientissimi puella, non aliter ac de Dei Matre legitur, « conservabat omnia verba haec in corde suo » *(Luc. III, 51).* Attamen quum decimum septimum aetatis annum attigisset, divinitus iussa est, ut proprium sibi eligeret moderatorem, eique secreta sua omnia manifestaret. Quae divino obtemperans imperio, R. Bartholomaeo Cacace, insigni pietate ac doctrina presbytero, se commisit, atque intima cordis omnia revelavit. Huius sapienti ductu magis magisque in via Domini profecit, ac vividiore in Deum charitate et animi contritione perculsa, suas culpas non solabilibus lacrimis coram omnibus in templo fiebat

Sed hiems advenit: adfuit teterrimum tempus, quo Sponsus sponsae sese abdidit, quasi eam dereliquisset. Tribus enim continentibus mensibus Serva Dei, id temporis viginti annos nata, superno quovis solatio omnino caruit, et quasi praeda hosti relicta est: qui dubiis contra fidem, tentationibus contra puritatem ea- valide excruciavit. Sed quamvis viribus omnibus pene destituta, non destitit unquam Serva Dei Dilectum suum continua quaerere oratione: qui tandem iterum inveniri passus est. Cum enim die sabbati sancti sacerdos canticum *Gloria in excelsis* solemniter praecineret, illico Serva Dei pristinae sua vitati est restituta. Ex quo factum est ut desiderium, quo iam a' teneris annis flagrabat, saeculum deserere, et vitam suam Dei famulatui in monasterio aliquo dicare, ardentius evaderet. Sed inopinata quadam ratione voti sui compos est effecta.

Soror eius maior natu erat Marilianum versus, matre comitante, iter factura, ut in eo monasterio virginitatem suam Deo voveret. Serva Dei non sine multis precibus a matre obtinet, ut itineris comes recipiatur; et cum ad marilianense monasterium pervenisset, a moderatrice interrogatur, utrum et ipsa velit ibi cum sorore sua permanere. Huic interrogationi, quae omnibus fere puellis fit, quae ad monasterium aliquod accedant, firmiter Serva Dei respondet se ibi velle permanere, nolle se ad paternam domum reverti. Renuente matre, ita precibus urget, ut ibi relinquatur, ea tamen conditione, ut domum sit ei redeundum, si pater id velit. At hic, certior rei factus, filiae morem gerit. Vix vero animadvertit puella in eo monasterio regulasnon perfecte observari, moderatricem monet se ibi numquam vota sua emissuram. Sed cum haec curam adhibuisset, ut regularis disciplina in integrum restitueretur, monialium a S. Carmelo Serva Dei vestes ibi induit, et Mariae Caelestis no-

meri assumpsit, ut innueret quem perfectionis gradum adipisci conaretur.

De iis quae gessit postquam religiosam vitam amplexa est et de monasterii SS. Salvatoris in Fodiana civitate institutione.

Cum igitur Serva Dei viginti annos nata Marilianense monasterium ingressa fuerit, vix sex elapsis mensibus, sacras Carmelitanarum vestes induit, tyrociniumque suum secundissimis inchoavit auspiciis. Moderatrix, quae eius consiliis, ut innuimus, usa fuerat ad instaurandam domus disciplinam, eam prae ceteris omnibus idoneam arbitrata, quae ianitricis et capsae rotabilis custodis exerceret officium, post octo tyrocinii menses, id muneris Servae Dei commisit : in hanc enim devenerat spem posse per eam frequentiores monialium cum extraneis confabulationes coerceri, easque ad solitudinis amorem revocari. Sed cum Serva Dei, quo par erat studio, officio suo fungeretur, consororum suarum, ac praesertim vicariae, in se invidiam concita vit; tum ob eius austeritatem, tum quia videbant munus,, quod senioribus committi solitum fuerat, iuniori, immo adhuc tyroni, fuisse concreditum.

Tyrocinii sui anno expleto, solemni professione castitatis votum, quod iam, suadente R. Bartholomaeo Cacace moderatore, decimo septimo aetatis anno emiserat, confirmavit, ceteraque religiosa vota solemniter nuncupavit. Hoc professionis tempore, mente divinitus illustrata, Iesum vidit, comitante Virgine Maria ac Beata Catharina Senensi, dicentem se eius Sponsum futurum, Mariam eius matrem, Catharinam eius magistram Quo visu charitatis eius ignis adeo increvit, ut prorsus inepta facta fuerit ad ianitricis munus sustinendum, eo quod crebro extra sensus rapta cum suo Sponso assidue colloquebatur. Proinde vix tyrocinio perfecto, ex omnibus aptissima visa est, ut tyrones moniales in spirituali vita institueret: quo officio magna harum iuncta est utilitate, immo monialium omnium, quae ipsius-consilia requirebant, magnoque animae suae solatio ab ea recipiebant. Maxima animi sui laetitia aedituae excepit officium; quippe in eo fungendo propius Dilecto suo erat sibi assidue commorandum. At perpetua contemplatio, ut Mariam Marthae sororem, ineptam eam et ad ministrandum Sponso suo efficiebat; ita ut necesse fuerit eam ad pristinum munus novitiarum magistrae restituere.

Servae Dei exemplis et consiliis monasticae virtutes in Marilianensi claustro mirabiliter florebant: quod bonorum omnium adversarius aegre ferens baronem eius loci dominum suscitavit, qui ea vi monasterium est persecutus, ut Episcopus, eductis virginibus, illud obserari iusserit. Ita ex asylo suo, magno animi moerore, violenter eiecta, Serva Dei, moderatoris consilium sequuta, in illud monasterium, quod Scalae Pater Falcoia nuper erexerat, cum duabus sororibus suis sese recepit. Salesianis ibi vestibus indutis, humiliter impetrat ut tyrocinium rursus sibi peragere liceat. Cum etiam Scalae non satis regulae observarentur ei non amplius ac septem et viginti annos natae divinitus revelatur illam ad novum monasterium fundandum a Deo vocari, cuius regulae ab ipsa sint conscribendae. Humillima virgo, sibi diffidens; et diaboli artificia pertimescens, anceps haeret, et moderatore diu absente, novitiarum magistrae perplexitatem suam ingenue pandit, quae, Deo gratiis peractis instanter eam hortatur ut Domini voci obtemperet. Tum, postquam quadraginta diebus, superno iussu, ita carnem suam afflixisset, ut pane tantum et aqua ac quibusdam vesceretur fructibus, novas regulas divino afflatu scribere instituit, unam quotidie, post SS. Eucharistiam receptam, ad id operis horam impendens.

Quae tandem regulae, ad R. Thomam Falcoia Scalensis monasterii Patrem spiritualem, qui nuper Roma redierat, missae sunt. Hic primum parum secunda eas recepit voluntate, timens ne hostili fraude Serva Dei fuisset decepta: at brevi sententiam suam immutavit, praesertim postquam, concilio quodam theologorum de re Neapoli consulto, hi una voce censuerunt in illis regulis operam Dei esse admirandam. Ubi vero novae regulae monialibus innotuerunt, atque iisdem propositae fuere ut eas amplecterentur, vix credibile dictu est, quanta in Servam Dei oborta fuerit oppugnatio. Vulgo dictabant ideo hoc ausam fuisse, quod sibi nimis confidens diabolica circumveniri fraude passa fuerit, quod mentis infirmitate laboraret. In laquear monasterii tamquam in carcerem coniicitur: humano consortio et omni solatio excluditur. Moderatrix monasterii simultatum princeps: Pater spiritualis animum suum iterum a Serva Dei avertit: ipse S. Alphonsus de Ligorio eo missus gravissimam de ea fert sententiam. Sed re melius perspecta, interrogata Serva Dei, et universa vita eius perpensa, in hanc

sententiam cogitur devenire, vere eam a divino Spiritu permotam fuisse, quum regulas illas conscripserit. Moderatrix quoque, intimis suis cogitationibus a Serva Dei patefactis comperit eam esse divinitus illustratam : tum fatua quaedam monialis, ad confirmandam supernam regularum originem, Servae Dei precibus ad sanam mentem revocatur. Fit repente magna rerum commutatio: tyronum illa magistra, quam scribendarum regularum ab initio fuisse auctricem supra demonstravimus, in moderatricis munus sufficitur: suadente S. Alphonso, summa monialium omnium voluntate et gaudio, die Pentecostes anni 1731, novae regulae recipiuntur ac solemniter eas omnes profitentur. Haec etiam divini afflatus adfuit confirmatio, quod, cum regularum libellus a Serva Dei perscriptus apud Falcoiam moderatorem esset, isque eum reddere renueret, illa vi obedientiae ducta, quamvis se ad id imparem esse sentiret, sine ulla difficultate regulas iterum scribere valuit.

Sed non sivit Deus Servam suam diutius adepta tranquillitate frui, quo eius virtutes saevioribus probationibus magis magisque confirmarentur, et luculentissime omnium oculis conspicuae apparerent. Praedixerat ipsa divo Alphonso illum Dei voluntate virorum Congregationis futurum fundatorem, quae a SS. Redemptore esset nuncupanda. Aderat vero in scalensi monasterio novitia quaedam, quae, decepta ipsa, Falcoiam modederatorem assentationibus suis decipiebat, dicens eum, non vero Alphonsum, erigendae Congregationis futurum praepositum: hoc se divinitus edoctam fuisse. Unde factum est ut Falcoia tyronis huius consiliis se duci pateretur, et iuxta eius monita Servae Dei conscientiam moderari conaretur. Quae divinitus iussa voluntatem suam manifestavit a spirituali eius directione discedendi, eo quo ordinarii moderatoris sibi directio sufficeret. Tantae hinc in Falcoiae animo exarserunt irae, ut monasterium universum in Servam Dei commoverit. In carcerem iterum coniicitur: aegrotae nulla cura adhibetur: etiam cum sororibus suis prohibetur colloqui. Ante generalem monialium conventum adducta, Falcoia instigante, iuramentum ab ea exposcitur, illam numquam eius directionem relicturam. Denegante id facere, quod Deo non probaretur, de eius a scalensi monasterio expulsione sententia pronunciatum Id autem omnium maximum Servae Dei accessit incommodum, quod ipse divinus Sponsus

visus est in tantis afflictationibus eam dereliquisse, suisque eam privasse solatiis.

His rebus patri Servae Dei nunciatis, filium suum, quem Societati Iesu addictum esse diximus, Scalam misit, ut eiectam reciperet sororem. Tum vero heroicae huius virtutes mirum in modum refulserunt: nam mitissima ac humillima virgo, mutuatis operta indumentis (ipsae enim vestes ei ereptae fuerant), monasterium cum duabus sororibus suis deserens, in cuius utilitatem tot impenderat labores, tot dura pertulerat, saevas sodales tenerrime amplectitur, moderatricis osculatur manum, omnium veniam exposcit, ac sese earum precibus commendat.

Ita summa ignominia e scalensi eiecta monasterio, domi parochi eius loci, fratris sui familiaris, hospitio excipitur. Inde patris litteris monita, Nuceriam Paganorum iter faciens, Amalphim devenit. Hic comiter excipitur in monasterio SS. Trinitatis, cuius moniales eam apud se retinere conantur, ut, ea moderatrice renunciata, eius ductu in via perfectionis utantur. Ibi eam divinus Sponsus solatur, atque edocet ad hoc se illam reservare, ad magnum animarum numerum ad salutem aeternam perducendum. Ex quibus intelligit non esse sibi in eo loco manendum, iterque suum perficere pergit.

Nuceriam Paganorum magna omnium expectatione pervenit, ac-praesertim Episcopi, qui orphanarum conservatorum Servae Dei commisit reformandum. Aere donata, necessaria vitae comparare, et mutuatas vestes tandem quivit restituere. A monialibus quoque summa benevolentia et obsequio 'excepta, brevi factum est, ut monasterium illud, quod nuper nucerinae civitati offensioni ac scandalo fuerat, virtutum omnium exemplar evaderet. Quapropter Servae Dei nomen ubique celebratum est, ac fama eius longe lateque diffusa: multarumque civitatum praesules ac magistratus, et praesertim perusinus Episcopus, eam instanter invitabant, ut nova monasteria institueret, aut exstantium restitueret disciplinam. Attamen sex annos Nuceriae ipsa permansit, directione usa Rev. Bernardini Sommantici viri summa pietate praediti, cum quo consilia inibat de novo monasterio iuxta Dei monita fundando.

Nam huius oneris suscipiendi iam aderat tempus, ad quod iampridem a divino Sponso Serva Dei vocabatur, ac tota periculis afflictationibusque, velut miles ad pugnam, instruebatur. Dum multi Servam Dei in suas trahere civitates studebant, Nu-

ceriam venit R. Iosephus quidem Tortora fodianae civitatis Canonicus. Cumque hic in animo haberet ut, in commodum puellarum ex locupletibus familiis ortis, in patria sua monasterium fundaret, Dei Famulam flagitavit, ut operi eius subveniret, utque ipsa novum monasterium regendum susciperet. Quae a moderatore iussa, imo ab ipso caelesti Sponso monita, ne illius preces despiceret, magno tum monialium, tum Episcopi ac universae nucerinae plebis moerore significationibusque, Nuceria egressa est. Quum divinae contemplationis vi continenter extra sensus rapta iter perfecisset, singulari omnium laetitia Fodiae recepta, in precaria domo die 9 martii anni 1738 novum monasterium solemniter auspicata est; ac deinde die 4 octobris anni insequentis cum quinque et viginti puellis ad stabile monasterium incolendum sese contulit. Verum neque tum afflictiones et anxietates defecerunt : quippe Canonicus ille Tortora non omnia quae monasterio fundando necessaria erant, qua par erat diligentia, comparaverat. Tum malae voces subortae sunt, in novo SS. Salvatoris monasterio puellas rerum omnium inopia tabe confici, fameque consumi: eoque res pervenit, ut puellae vulgo monasterium desererent, ac sex tantum earum apud Servam Dei permanerent. Quae his omnibus patienter toleratis, atque iis ignoscens, qui harum molestiarum erant auctores, decem ac septem circiter annos in fodiana civitate et in monasterio SS. Salvatoris transegit, donec Sponso placuerit eam ad se accire, et caelestis gloriae corona donare.

De Virtutibus in genere.

Quod Serva Dei omnibus fuerit praedita virtutibus, easque in heroico gradu exercuerit, iuxta verba Rev. Matris Mariae Theresiae Spinelli, monasterii SS. Salvatoris in fodiana civitate hodiernae moderatricis, ipsa eius vita atque opera testantur: quae enim tam mirabilia egit, heroicarum virtutum possessionem omnino retinebat. Ac re quidem vera, Dei et Ecclesiae praeceptis diligenter Dei Famula obtempera vit: religiosa vota studiose custodivit: nec minimum quidem actum patravit, aut verbum protulit, quod religioni aut reverentiae in Deum et Sanctos eius adversaretur. Recta in operando, in loquendo castigata, in monendo prudens, ita sanctitatem morum sanctis confitabatur sermonibus, ut Deo sine intermissione gloriam daret, atque omnibus, qui eam vidèrent aut audirent, optimum san-

ctitatis praeberet exemplum. Segregem ac seclusam vitam ducere in deliciis habuit, nec unquam cum aliis colloqui visa est, nisi ad eos consilio suo iuvandos, aut ad Dei amorem alliciendos. Nunquam autem in virtutum exercitio obtorpuit aut de pristina alacritate aliquid remisit: quin imo quotidie progrediebatur in sanctitate, atque in amore Dei, qui adeo eius in pectore denique exarsit, ut ipsius vitam brevi absumpserit.

Heroicas autem eius virtutes fuisse, ex hoc quoque probatur, quod prompte, faciliter, hilariter eas exercuerit: tum quod communem limitem illae excesserint, atque omnes simul in ea coniunctae inventae fuerint, ac defectu nullo laboraverint: ita ut anima eius, humana quasi natura exuta, angélicos spiritus aequare visa fuerit. Hoc idem facile evincitur ex fortitudine, qua, quamvis infirma uteretur valetudine, tot obstitit contradictionibus : ex perseverantia, qua quamvis saevis molestiis affecta, bonum assidue operata est; ex hilaritate, qua, tot non obstantibus contumeliis, innocentissimam ac sanctissimam vitam duxit: ita ut heroica eius patientia omnium excitaret admirationem. Heroicus hic gradus Servae Dei virtutum ex regulis ab ea conscriptis confirmatur, propterea quod hae ad nihil aliud intendunt, nisi ad virtutum exercitium; ac ex sententia, quam vulgo de ea homines tulerunt, inter quos et illi qui sanctitate et doctrina caeteris praestarunt, Servam Dei virtutum omnium exemplum fuisse. Quae heroicarum virtutum fama, perpetua traditione ad nos usque perducta, tum apud rudes, tum apud doctos homines adhuc asservatur florentissima.

De heroica Fide.

Fides est virtutum omnium conditio ac fundamentum, cum sine ea ceterae consistere nequeant. Per fidem quippe intellectu nostro Deo acquiescimus, tamquam summo Vero, a quo reliqua vera omnia, velut a suo fonte, manant, Eumque principium nostrum ac finem esse profitemur. Virtute hac in gradu heroico Servam Dei fuisse exornatam, luculentissime apparet ex perpetua mentis eius cum divino Sponso adhaesione, qua fiebat ut ea saepe saepius exteriorum sensuum amitteret usum atque ad omnia fere ministeria obeunda, ut vidimus, inepta fieret, eius vero anima, tamquam mortali corpore exuta, iam coelestium vitam in terris degere videretur.

Cum vero sine operibus inanis et mortua fides sit, manifesto apparet ex operibus vim eius esse metiendam. Quae cum praeclara ac mirabilia Serva Dei patraverit, ex hoc consequitur fidem eius eximiam atque heroicam fuisse. Iam commemoravimus usque a teneris annis eam ad Dei dilectionem ab Sanctorum historiarum lectione allectam fuisse: ex eo autem tempore mundum aspernata, pietati erga Deum ac divinae contemplationi se totam addixit. Vehemens ille ipse animi dolor, quo tenues, nec satis perspectos, pueritiae suae errores flevit, de valida eius fide testatur. Vivida hac fide illustrata, cupiditates severe coercuit, Deo se ac proximo suo totam devovit, ac tanta exarsit charitate, ut pro Christo optaret mori. Undenam amor ille ac desiderium, quo accedebat ad SS. Christi Corpus degustandum, procedebat, nisi ex eius fide. Aut quomodo spirituales desolationes ac saevissimas tentationes patienter perferre valuisset, nisi firmissimae fidei ope fuisset adiuta?

In iis quoque, quae in aliorum utilitatem gessit, fides eius magnopere enituit. In omnium enim cordibus Dei amorem infundere conata est: omnes, quotquot sibi occurrerent, ad virtutes diligendas incitavit suisque sermonibus ad Dei amorem audientes incendit. Item eminuit fides Servae Dei in desiderio, quo exarsit, moniales sodales suas ad vitam perfectam ducendi, gloriam Dei atque salutem animarum assidue quaerendi in studio, quo flagravit, ut malas e monasteriis eriperet consuetudines, et regularum observantiam instauraret. Non contrarietatibus deterrita est, non crudelissimis insectationibus : ipsae S. Alphonsi in errorem inducti severae reprehensiones eam a sanctis incoeptis non moverunt: Deo quippe fidebat, quo duce et auspice haec se agenda sciebat suscepisse. Fodianum tandem monasterium, unice ad Dei gloriam ac animarum salutem procurandam, omnibus humanis opibus destituta, erigendum sibi statuit. Suam pariter singularem fidem ostendit, quum S. Alphonsum ad SS. Redemptoris Congregationem instituendam excitaverit, eique hanc esse Dei voluntatem edixerit. Quam eximiam Servae suae virtutem Deus ipse comprobavit, qui ei caelestia dona, quae omnes mirarentur, ubertim largitus est, scientiam nempe, propheticum spiritum, mentis assiduos excessus, humanorum cordium scrutationem, tantam demum rerum divinarum cognitionem, ut eius scripta paene divinitus inspirata videantur.

De heroica Spe.

Spes quoque excellens ac praeclara virtus est existimanda. Cum enim hoc in humana natura sit insitum ac innatum, ut ad beatitudinem tendamus, et ad eam adipiscendam omnibus nostris viribus perpetuo conemur; per spei virtutem ad verum atque unicum beatitudinis nostrae obiectum ferimur, illudque nos possessuros firmiter confidimus. Cum vero futurae nostrae prospexerimus felicitati, anxietatibus dubitationibusque semotis tranquillam vitam etiam in hoc mundo, huic fiduciae innixi, agere valemus. Hanc virtutem Maria Caelestis Crostarosa studiosissime coluit, eamque tum in secundis rebus tum in adversis assidue fovit. Quamvis enim se magnam esse peccatricem duceret, et indignam, quae in caelesti patria reciperetur, attamen usque a teneris unguiculis se ipsam Deo permittebat, et Christi Iesu meritis unice confidens, aeternam vitam consequuturam fore constanter sperabat. Eoque magis ex qua die Iesus ipsi se ducem obtulit, eamque monuit ne hominibus fideret, tribulationes omnes, contrarietates ac sacrificia secura obivit, defixis in Eum oculis, quem sibi exemplar ac scutum in adversitatibus elegerat. Cum igitur perfugium suum in Deo posuisset, in omnibus, quas offendit, difficultatibus numquam defecit animo, ac tentationes omnes in Deo confidens mirifice superavit. Quod ni heroica hac in Deum spe suffulta fuisset, quae ei facienda, et tum a sodalibus, tum ab ipso spirituali moderatore saevissima toleranda fuerunt, numquam agere aut ferre potuisset.

Deus ipse in Famula sua sibi placuit, et quodam die cum ea colloquutus, ideo se eius amore accensum esse dixit, quod nulla in re suis viribus, aut humanis creaturis confiderei Ac Dei Serva de se scripsit: quod in Dilecto suo ex fiducia speraverit, quam filius in parentibus ponit: ideo Eum contra omnes inimicos validum scutum, in omnibus malis defensorem et liberatorem, ac perfectam se animae suae felicitatem expertam fuisse. Quam inconcussam spem omnibus videntibus manifestabat, intendens in coelum oculos, et preces continenter fundens. Nec dubitandum de heroico gradu huius virtutis, cuius ope contrarietates omnes inopiam, vitae necessitates per preces devicerit. Deus enim eam suis replens benedictionibus, atque eius adversarios confundens, quaecumque ipsa peteret, libenter eidem concedebat.

De heroica erga Deum Charitate.

Charitas, praeclarissima virtutum, Deum nobis tamquam summum Bonum, atque unicum obiectum dilectione nostra dignum proponit Cumque Ipse adeo nos dilexerit, ut non dubitaverit animam suam pro nobis tradere, et nos incitamur ad eximia quaeque peragenda, ac saevissima eius amore patienter toleranda. Haec virtus infirmissimos homines in héroes convertit: haec Sanctos efficit. Amor enim omnia vincit: et qui toto corde diligit, omnia superat impedimenta, difficultates» omnes aspernatur, facilia omnia ducit, dum Dilecto suo morem gerere atque eius assensum consequi conatur. Quod ex tota Mariae Caelestis vita conspicue apparet.

A prima enim pueritia incensa apparuit amore Dei, qui iam ab eo tempore cum Famula sua interius colloquebatur. Dum adhuc valde erat iuvenis, eius tamen virtus tam usu probata visa est Sponso, ut duris eam subiicere periculis non dubitaverit, quo Servae suae charitatis vis magis magisque elucesceret. Tres enim continuos menses suavia cum ea colloquia intermisit, et a miserrima sponsa frustra se quaeri passus est. Quae spiritualis desolatio, tum quae eam exceperunt consortiones, corpus eius natura debile ita consumpserunt, ut aegro ta habita fuerit, et medicis commissa ut sanaretur. Ipsa vero, quae morbi sui originem probe noverat, occasionem quaerebat saeculum deserendi, et in aliquo monasterio se Dilecto suo totam addicendi. Hac igitur charitate inducta, viginti annos nata, parentes, familiam, oblectationes omnes huius saeculi strenue dereliquit, ac religiosam vitam amplexa est: huius charitatis vi Dei voluntati se assidue conformavit, gratum erga Deum animum pro acceptis beneficiis perpetuo fovit, illibatam vitam duxit : ab hac ardenti charitate vis illa lacrimarum est repetenda, qua tenuissimas suas culpas deploravit: ab hac quod orationem et voluntarias corporis afflictationes summopere dilexerit; quod frequentissime sensibus abalienaretur, quod dies noctesque in contemplatione defixa transigerei, aut noctes insomnes duceret, ea anxia sollicitudine, ne Deum minus iusto diligeret : hac charitate meruit, ut in recipienda SS. Eucharistia extra sensus raperetur; ut Deus perardenti Servae suae amori tenerrime responderet, et cordi eius loquens *dilectam meam, sponsam meam* eam appellaret. Quae Servae Dei charitas constans in ea per-

petuo fuit: nullo enim tempore amor eius erga Deum refriguit aut defecit, nec studium in observandis regulis, aut ratio illa vivendi extra sensus fere sine intermissione rapta. Nec mirum quod ab iis abhorreret, quae Dilecti sui fastidium possent movere : peccatum enim et in se et in aliis tanto odio prosequuta est, ut labeculam vel minimam abominaretur.

Hoc autem in Famula Dei fuit vel maxime admirandum, quod mens eius, in Eum perpetuo intenta, ad nullum aliud obiectum abstrahi posset. Hinc continua illa contemplatio, atque a sensibus alienatio; hinc praeclara illa dona, quibus a divino Sponso liberaliter ditabatur, et impotens ille ardor, quo tota flagrabat et consumebatur. Unum Deum prae oculis habens, omne vitae suae studium in Eius ac Sanctorum suorum gloria augenda collocavit. Cum puerulae adhuc spiritualis moderator fuisset auctor ut dimidia hora mente conceptae orationi operam daret, vix eam peragere edocta, plures quotidie in ea horas impendit, aperte iam ex tunc significans, se chiaritati erga Deum, et iucundis cum eo colloquutionibus nullum certum terminum imponere posse. Hisce contemplationibus capta, cum sensibus frequentissime abstraheretur factum est quadam die ut lanceae ictu, qui Christo Domino fuit illatus, meditans animo, tanta vi sensit cor suum vulnerari, ut per annum circiter quasi extra se rapta infirma uteretur valetudine. Ex illa autem die, qua Dilecti eius, lateris sui plagam ostendentis, species ei primum obiecta est, velut mundo mortua vivere, et in comedendo de Christi carnibus tam suavibus deliciis affici coepit, ut ab eius societate nulla se ratione eripere posset.

In recipiendo enim Sanctissimo Iesu Corpore novos amoris ignes Famula Dei quaerebat: unde saepius, atque etiam quotidie, moderatoris iussu, eo vescebatur. Atque tanta in Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum devotione afficiebatur, ut in marilianensi monasterio aeditua electa, magno animi sui gaudio hoc officium susceperit: sed dum Sponsum perpetuo adorabat, cetera omnia obliviscebatur. Tanta haec in augustum Sacramentum devotio inde procedebat, quod in eo infinitam Dei erga homines charitatem vel maxime effulgere videbat: quare, eadem de causa, et Infanti Iesu se addictissimam praebebat: quas devotiones fodianis monialibus sanctissime colendas tradidit. Secundum Iesum etiam Virginem Matrem eius coluit, quae Servam Dei tenerrima dilectione redamavit, eamque

filiam suam appellavit. Inter Sanctos Dei illis fuit addictissima qui Sanctissimum Corporis Iesu Sacramentum intensius coluerunt, et quoad Dei charitatem ceteros praeeminuerunt, ut Beatum Philippum Neri, ac Beatam Catharinam senensem, quorum res gestas iam a pueritia magna audiebat aviditate. Unum Iesum animo intuens, qui qua ei esset via ambulandumse eam erudirurum dixerat, narrationi vitae suae, quam conscripsit, hunc titulum imposuit : *Iesus Christus vita mea est;* fodianumque monasterium Sanctissimi Salvatoris nomine nuncupavit. Ad quem amorem sibi fovendum atque in aliis conciliandum, cantiunculas quoque, quae adhuc extant, in honorem Sanctissimae Eucharistiae, Infantis Iesu, Virginis Mariae, aliorumque Sanctorum elucubravit.

Quae charitatis eius tanta vis manifeste deprehensa etiam extrinsecus apparebat: ore enim semper incensam se praebebat, et aliquando anima eius quasi intercludi in respirando videbatur: ita ut saepe templo egredi cogeretur, vel fenestram, etiam hiemali tempore, patefacere, ut charitatis fiammas frigidiore aere aliquomodo temperaret. Igneo hoc charitatis ardore infiammata ac pene combusta, Maria Caelestis non aliter ac Paulus Apostolus cupiebat dissolvi et saeculo hoc excedere, non desperatione quadam, aut defatigatione, aut maiorum huius vitae fastidio; sed ut Iesu Christo coniungeretur, et peccati regnum aboletum videret. Qua amoris flamma die festo Sanctissimae Crucis Servae Dei vita tandem perempta est : qui enim interfuerunt eius morti, arbitrati sunt extremum ipsam divini amoris holocaustum consumpsisse.

De heroica Charitate in Proximum.

Charitati in Deum charitas erga proximum est arcte coniuncta, immo utraque charitas una eademque charitas est : non enim Deo possumus placere et voluntati eius obtemperare, nisi et alios homines, quos ipse creavit, et pro quibus crucis mortem subivit, diligamus. Haec, iuxta testem LXIII, fuit Servae Dei praecipua virtus, quum tot ac tam graves insectationes ideo sustinuerit, ut proximorum morum spirituali bono prospiceret. Atque hunc proximorum amorem, quo par est, ordine moderata fuit : non enim intuitu ipsorum, sed intuitu Dei homines caros habuit, nec ut eorum dilectionem ac plausus persequentur, sed ut Dei sibi gratiam conciliaret. Itaque heroica, in

(sequitur)

proximum flagrans charitate, in hoc curam vel maximam ponebat, ut omnes, quotquot nosset, ad Deum diligendum, et res mundanas aspernandas excitaret, ne velut sola in Dei famulatu sibi videretur, ut omnes ad peccatum derelinquendum hortaretur, veniam ipsa a Deo pro aliis deprecante. In hac proximi sui dilectione apostolico quodam munere functa est; verbaque eius charitatem spirantia cor hominum velut iacula vulnerabant, et ad recte agendum suaviter alliciebant.

Hoc flagrans Servae Dei studium ex his, quae in monasteriorum, ubi incoluit, bonum peregit, magnopere illustratur. Postquam enim domi suae degens optimum virtutum exemplum praebuerit; tum Mariliani, tum Scalae, tum Amalphi, tum Nuceriae laboribus non pepercit, ut scandala eriperet, ut abusus exstirparet, ac morum disciplinam reformaret. Sodales suas omnes, piis a se dictatis exercitationibus propositis, ad Sponsum amandum invitabat, ad virtutem alliciebat. Quot quantasque contradictiones ac difficultates tulit, quot adversa sustinuit ac superavit! Cum fatuae notetur nomine, ambitiosa dicatur, atque hostili fraude circumventa, et fanatico capta furore; querelis abstinet, insectatoribus ignoscit, maledicentes benedicit: fere nuda e scalensi monasterio eiecta, crucem suam amplectitur, et praeclarum exemplum consensionis voluntatis suae cum divina praebet. Fodiano tandem in animarum salutem monasterio erecto, filias suas exemplis ac studio ad virtutes ac voluntarias corporis afflictationes adeo prolectat, ut illae exemplar omnibus imitandum factae sint.

Haec flammans proximorum charitas monasteriorum etiam claustra praetergressa est. Cum enim, sanctitatis eius fama longe lateque diffusa, multi ad eam accederent, ut in gravioribus negotiis directionem, aut in afflictis rebus solatium acciperent, neminem unquam repellebat: Episcopos, sacerdotes, moniales, cuiuscumque tandem conditionis homines consiliis ac exemplis iuvabat, omnesque ad Deum amandum accendebat: aerumnosos, afflictos, aegrotos solabatur, hoc prae omnibus cupiens, ut omnes aeternam beatitudinem adipisci possent. Hic idem animarum amor effecit ut Sanctum Alphonsum ad Sanctissimi Redemptoris ¡Congregationem fundandam excitaret atque urgeret. Ac mirum quidem est quanta vis eius inhaereret suasionibus, quippe quae ex ardenti erga proximum amore rnanarent. Quod cum vulgo multi, tum praecipue Nuceriae Pa-

ganorum vir quidam claro genere ortus expertus est: qui cum vano quodam studio monialem hanc, de qua tanta narrarentur, noscitandi, monasterium adiverit, eius colloquio ad emendatiorem vitam traductus est. Item Mariliani accidit ut, cum puella quaedam brevi niiptura, ac inanes huius saeculi res nimio studio appetens, binas sorores suas in eo monasterio religiosam vitam inituras comparetur, suavibus Mariae Caelestis allecta sermonibus, humano sponso ac mundo relicto, religiosae militiae et ipsa nomen dederit, eamque tam prompto atque alacri animo quamdiu vixit exercuerit, ut sanctitatem olens hac vita excesserit. Tanta fuit Servae Dei in homines charitas, tantosque tulit fructus!

De heroica Prudentia.

Prudens ille dicitur, qui optimam init agendi rationem, ad finem suum obtinendum. Cumque ultimus hominum finis sit aeterna Dei possessio, quo aptiores hi vias ad hunc finem consequendum seligant, eo magis prudentia pollere habendi sunt. Quod si intermedii illi fines respiciantur, quorum ea est natura ut nos ad finem illum novissimum promovere queant: etiam in hisce finibus hominum prudentia probatur, si, utrum reapse memorati intermedii fines ad supremam metam adipiscendam opitulentur; diligenter homines perspiciant, atque ad hos etiam obtinendos accommodatissimum iter ingrediantur. Hanc quoque tam praeclaram virtutem a Deo exceptam Maria Caelestis tanto excoluit studio, ut heroicam et in ea gradum attigisse visa sit.

In modis enim eligendis, quibus facilius aeternam salutem consequeretur, Serva Dei prudentissimam se ostendit, ac vitam suam totam in hoc studio insumpsit. Cumque in omnibus suis actibus gloriam Dei ac animarum utilitatem sibi constanter proposuerit; non inficiandum mihi videtur prudentiam hanc peculiari quadam Dei gratia divinitus ei infusam fuisse. Quae res facile arguitur ex singulari illa sapientia, qua optimos conscientiae moderatores sibi semper elegit, quaque a primis pueritiae annis se a mundo segregavit et Deo devovit. Nec minus eluxit prudentia eius, quum ob levissimas admissas culpas omnes experta anxietates, illico totius vitae peccata confessa fuit, atque eorum duras a se poenas repetiit. Supernam item prodidit prudentiam quod, iuvenili adhuc aetate, rebus humanis nun-

tium remiserit, quod .vitae genus austerum atque exemplare sibi elegerit, quodque omnibus in rebus sibi diffideret, ac moderatorum et insignioris hominum pietatis consilia peteret. Hinc perpetuo timens ne diabolica fraude caperetur, curam adhibebat, ut Dei voces rite dignosceret: quod tunc maxime peregit cum intrinsecus se impelli sentiens ad novas conscribendas regulas, certior fieri voluit huius inspirationis vere Deum auctorem esse. Postquam vero compertum ei erat Deum Servae suae reapse esse loquutum, dubitationibus omnibus atque haesitationibus abiectis, humanas quasvis contrarietates nihili habens, fortiter et constanter iuxta Dei voluntatem agebat. Quod tum in novis regulis conscribendis apparuit, tum in insistendo apud S. Aiphonsum, Dei iussu novam ei esse religiosam Congregationem fundandam, quamvis ab eo reprehensa et increpata, immo etiam decepta aliquando existimaretur. Suam similiter Serva Dei prudentiam prae se ferebat in donis, quae praeclara a Deo accipiebat, diligenter abscondendis; ita fiebat, exempli gratia, ut quum assidue a sensibus raperetur, negligentiae cuiusdam, et animi in negotiis peragendis minus attenti se insimularet.

Nec minorem prudentiae vim Serva Dei ostendit in servandis cum proximo suo charitatis vinculis, ac praesertim cum monialibus sodalibus suis aut sibi subditis. Acceptis enim officiis numquam gloriata est, aut, qua pollebat, auctoritate est abusa : cum e contra diligentiam adhiberet, ne sodalium aemulationem suscitaret. Quas monebat ne, quod ad perfectionem attinet, sibi meum facerent, aut virtutes gloriosae iactarent. Cumque divinitus certior facta fuerit quamdam monialem vocationem suam fore amissuram, rem quidem ad spiritualem filiarum suarum eruditionem patefecit, monialis tamen illius nomen abscondidit. Duris autem ab ipsis sodalibus appetita insectationibus, quin quaeritaretur, tacuit atque ignovit: sanctoque Alphonso, severe eam de novis illis scriptis regulis per litteras increpanti, respondit gratias ei agens quod rationem habuit humilitatem exercendi. Monasteria, quibus praefuit, sancte administra vit : nullum Amalphi munus suscipere voluit, quod noverat Dei voluntate non sibi esse id loci manendum. Nuceriae autem suavioribus usa modis monialium mores exemplis suis jhortationibusque emendavit.

Quae singularis Servae Dei prudentia omnibus longe late-

que innotuit: ita ut multis monasteriis hoc fuerit optatissimum,. ut a tam sapienti moderatrice regi possent; ac tandem ad fodianium monasterium instituendum vocaretur. Haec prudentia Mariliani tanti habita fuit, ut Maria Caelestis, quamvis adhuc esset tyro, in ianitricis officium eligeretur: tantique Scalae, ut ei tamquam legislatrici fuerit obtemperatum. Qua prudentiae fama excitati, quamplures eam adibant, ut consilia ab ea peterent, acceptisque se omnino satisfactos declarabant.

De heroica Iustitia.

Haec tanta Servae Dei prudentia ex heroica eius iustitia suam originem ducebat. Cum enim magno flagraret desiderio- Deo primum, tum hominibus, quod unicuique debetur fideliter reddendi; rationes quoque diligenter exquirebat, easque, Deo iuvante, inveniebat, quibus opportunissime propositum suum ad exitum adducere posset. Nec mirum quod iustitiam usque ad heroicam celsitudinem, omnium testimonio, perduxerit: haec enim virtus, si latiore sensu sumatur, ceteras omnes in se claudit atque continet. Unde fit ut in sanctis Scripturis iusti vocentur qui homines perfecti sunt coram Dei oculis : ita Noe vocatur *vir iustus (Gen. VI, 9),* et apud S. Matthaeum *(I, 19)* Ioseph vir Virginis Mariae eodem iusti nomine extollitur.

Ac primum in Deum, ut decet, Maria Caelestis heroice iustam se praebuit. Quam firmam atque inconcussam in eo fidem habuerit, quomodo omnem suam spem in eo uno reposuerit, eumque ex toto corde ardentissime dilexerit, iam vidimus. Itaque Deo vitam suam universam, a teneriore pueritia usque ad obitum, devovit: eodemque charitatis ardore omnes homines incendere visa est. Gloriam eius in omnibus, quae peregit, appetìvit: eamque promovendi gratia, ad animarum salutem plurimum adlaboravit: hac enim flagrabat cupiditate, ut omnes homines, suimetipsius exemplum sequuti, debitum Deo honorem praeberent, et divinae charitatis flammis ardèrent,, atque assidue ei famularentur. Quam erga Deum pietatem etiam in vultu ac corpore suo velut insculptam ferebat. Ore enim, quamvis in debili corpore, assidue ardenti, ita oculis, gestu, cogitationibus semper in Deum intenta videbatur, ut nullum aliud negotium posset procurare. Domus Dei decoris magnam curam habebat: in ea enim habitaculum Sponsi sui veneraba tur : quem, in SS. Eucharistia praesentem, amore tenemmo amplexa est;

ac Dei intuitu Sanctissimam Matrem eius ceterosque Sanctos coluit. Quod si hominum in Deum iustitia in obtemperando eius mandatis praecipue constat; vix credibile est quam prompto ac docili animo Serva Dei, Sponsi sui vocibus humiliter, quibuscumque non obstantibus impedimentis, obtemperaverit, ac divina atque ecclesiastica praecepta diligentissime custodiverit.

Sed etiam in reddendo proximo suo id quod debebat, in quo strictius sumpta iustitia consistit, Mariae Caelestis heroicam praebuit virtutem. His, qui supra nos sunt constituti, obsequium debetur: quod Serva Dei summo Pontifici, Episcopis, sacerdotibus ultro tribuit, sibique, quas habuit, praepositas moniales humili reverentia prosequuta est. Aequales dilexit, ac nullius umquam famam suis sermonibus Jaceravit. Inferiorum autem mores emendare studuit, eas amore Dei infiammare, et ad exemplarem perfectionem sanctitatemque perducere: rem enim maximi ponderis ac momenti habuit animarum saluti servire. Hinc Mariliani ad tyronum magistrae officium electa, tum has ad pietatem inflammavit, tum alias moniales, exemplo suo ac consiliis, ad viam salutis direxit. Et hoc igitur, et alia quandocumque sibi commissa munera, diligenter in sodalium suorum utilitatem explevit; quamvis odio habita, et crudeliter obiectationibus et iniuriis affecta, nemini unquam probrum intulit: heroicae in proximum iustitiae innixa, sui domina extitit, iramque coercuit, et tranquillitate illa, atque patientia, ac cum divina voluntate consensione excelluit, quibus heroica hominum virtus praecipue dignoscitur.

Tum quoque in semetipsam iustitiam exercuit, quum animae suae salutem ante omnia prae oculis habens, peccatum ingerit, et magnis se meritis ditare studium adhibuerit. Propterea in colendis virtutibus se exercuit, atque, ut evangelicis consiliis obsequeretur, parentes suos et saeculi huius oblectamenta dereliquit. Et postquam optimum vitae institutum inierit, vota, quae professa est, et religiosas regulas, severa quadam adhibita rigiditate, custodivit. Quod adeo processit, ut, monasterio egredi coacta, ne noctem quidem penes familiam suam traducere voluerit, ac in marilianensi monasterio professionem emittere renuerit, nisi prius perfecta regularum observantia esset ibi restituta. In quibuscumque autem monasteriis labantem vitae perfectae disciplinam deprehenderit, requiescere non potuit donec eam rite redintegratam non vidisset. Quod perfectae re-

gularum observantiae studium omnium Servae Dei adversitatum atque insectationum fontem atque originem fuisse iam comperimus. In sanctis autem propositis mira constantia perseveravit; non enim, licet tantis affectam aiflictationibus, quum aut. e marilianensi monasterio aut e scalensi egredi esset coacta,, religiosa vita eam fastidivit; sed vix ex altero egressa monasterio, alterum ingredi approperavit. Ibi enim suae se saluti optime consulere posse sperabat: ibi voluntariis affiictationibus- satisfactionis debitum ad culpas luendas facilius persolvere: ibi exoptatissimum illum recessum invenire, a quo rarius a religiosis sodalibus, consilia aut directionem per colloquia petentibus, abstraheretur: ibi facilius peccata vitare, a quibus, etsi levissima essent, magnopere abhorrebat. Ita Maria Caelestis et in Deum, et in proximum suum, et in semetipsam omnia iustitiae officia heroice implevit.

De heroica Temperantia.

Temperantia ex prudentia consequitur, ita ut qui vere prudens sit, hic et temperans sit oporteat. Prudentia enim summum Bonum adipisci nitimur, viasque, quae ad id nos perducant, optimas deligimus. Sed plura alia sunt minora bona, quae Deus nobis largitus est, et in quibus possidendis homines oblectantur. Hoc cum ita sit, valde prudenti viro est pertimescendum, ne secundaria haec bona tanta prosequatur avidità te, ut, acquirendi cupidine aut voluptate fruendi ab itinere suo dimotus, terminum novissimum obliviscatur. Alque in hoc prudentia hominum huius saeculi a prudentia filiorum Dei adamussim dignoscitur, quod illi, Deum negligentes, in adipiscendis- fluxis huius saeculi bonis omnem suam curam impendant: hi mundanas res aspernantes, Deum solum, atque in eo repositam beatitudinem possidere conentur. Quare, ad caducorum mundi bonorum illecebras superandas, unum superest auxilium, ut haec, quantum fieri possit, Odio habeantur ac fugiantur; et si illis sit necessario utendum, parce utamur, ac, quod maximum est, non finis ipsius loco habeantur, sed loco rationis qua finem ipsum adipiscantur, oportet scilicet ut vir prudens temperantia utatur.

Propterea non est admirandum quod Maria Caelestis, quae tam sapienter, ceu diximus, totius vitae tempore se gessit, ut inter prudentes virgines sit procul dubio numeranda, heroica

quoque praedita fuerit temperantia. Etenim inde a pueritia aequalium suorum solatia fugiebat; et recessum iam tunc diligens, sensus diligenter cohibebat, corpusque suum afflictabat. Ex quibus apparet quantum a tenerioribus annis voluptates huius saeculi aspernaretur: cumque fere pueri gulae irritamenta avide petant, haec puerula, novo quodam exemplo, modico cibo utebatur, eumque ita corrumpebat, ut non delectationem sed fastidium moveret: mirum quoque quod in eoaretando corpori suo somno, iam ea aetate, temperantiam suam ostenderet.

Postquam autem adoleverit, rigidior quoque in se facta est. Serva Dei numquam fuit valido corpore praedita : quod labente aetate, continuis afflictationibus, ac extra sensus rapiibus adeo infirmius evasit, ut ipsa saepe velut mortua videretur. Hoc tamen tam delicatum ac debile corpus nihili fecit, atque ut rationi subditum haberet, cruciahbus ac ieiuniis subiecit. Cupedias ac exquisitiores cibos recusabat; vilioribus, iisque perpaucis, tantum ad vitam viresque sustentandas, utebatur : ac, ne in illis comedendis oblectamento aliquo indulgerei, eosdem ciñere et herbis amaris atque absinthio miscebat. Modicum hunc ac fastidiosum cibum seorsim, in veteri sella sedens, genibus suis mensae loco usa, feiern sibi adsciscens convivam, sumebat. Solitudinem ac recessum magno appetens studio, animi relaxationes ac solatia, susceptaque oblectationis causa itinera aversata est: nudo semper pede hiemali tempore, ut Christum mutaretur, ambulavit: certo brevique tempore praefinitum somnum corpori suo concessit, nec raro ante Sanctissimum Sacramentum orans integras noctes perduxit insomnes. Ut sunt autem virtutes inter se connexae, atque altera alteri succurrit, quo facilius temperantiae operam daret, et quae huic sunt affines virtutes, humilitatem nempe, modestiam, mansuetudinem, castitatem, usque ad obitum eas excoluit, easque tum scriptis regulis, tum hortationibus, tum, quod plurimum valet, exemplis, filiarum suarum animo altius deligere conata est. Atque ita Serva Dei oblectamenta abhorrens omnia, superflua reiiciens necessariis parcissime utens, Sponso suo totam se servabat: illum tantum exquirebat, in eo tantum suam omnem voluptatem collocabat.

De heroica Fortitudine.

Fortitudo ea est animi virtus, qua praecipue ab aliis hominibus héroes dignoscuntur. Vulgares enim homines facile impedimentis deterrentur: héroes e contra, si quae obiiciantur obstacula, maiores inde sumunt vires, ut finem suum tenaciter persequantur, ac propositum teneant. Sed mundi héroes mundana sibi proponunt obtinenda, in eisque adipiscendis suam exercent fortitudinem : héroes Dei e contra fortissimos se praebent in eius gloria quaerenda, et in aeterna beatitudine sibi, et quam plurimis sibi liceat hominibus comparanda: illi in regnis subigendis, imperiis adipiscendis, aemulis exturbandis, superandis adversariis strenui sunt : hi in humilitate, mansuetudine, charitate, temperantia, iustitia, in omnibus denique virtutibus excolendis.

At vero Maria Caelestis, in obstaculis omnibus superandis, quibus impediebatur quominus finem suum consequeretur, heroica usa est fortitudine: ita ut, quoad patientiam et fortitudinem, sanctissimo Job fuerit merito comparata. Similis enim huic fuit, quod diuturnus morbos forti animo toleravit, et in omnibus adversitatibus Deo se subiecit, nec umquam audita est queri se de inimicis, quos immo amore prosequuta est. Quaecumque autem in virtutibus exercendis sibi opponi viderentur, strenue devicit; ac Satanae fuit ei acriter resistendum, qui frustra multifariis, quae fidei et puritati opponebantur, tentationibus eam adorta est. Hic nequidquam ei indixit, ut scribendi finem faceret, minis usus, se alias perpetraturum, ut ipsam in Dei offensionem induceret; id enim nostis vel maxime aegre ferebat, quod Serva Dei scribendo in animarum salutem operam daret. Hic etiam omnium angorum teterrimus fuit ei perferendus, quod a Sponso, quem unum cupiebat, unum diligebat, tamquam derelictam se videret, atque eius vocibus et suavitatibus omnino orbata, similis facta fuerit Christo, qui et a Patre se sensit derelictum. Sed et hanc, miseriarum omnium maximam, constanter sustinuit, qui in fugientem a se Sponsum amore suo prosequendo umquam frigesceret. Atque eo devenit fortitudinis, ut non solum adversitates patienter toleraret, sed imo, Sponsum Iesum imitata, illas deliciis praeponeret, illisque gauderet.

Tum quoque Servae Dei eluxit fortitudo, cum eius ancillae suis colloquiis eam ad fluxarum rerum amorem pertrahere eo-

natae sunt. Quamquam enim id temporis virtus eius ob puerilem inexperientiam paullisper torpuerit, tamen, cum levioris culpae tam duram exegisset poenitentiam, fortissimam se in iis, quae ad suam salutem pertinerent, praebuit. Hoc idem dicendum est de consilio, quod, matre frustra reluctante, inivit, ut iuvenilis aetatis flore parentes, propinquos ac mundum improviso desereret.

Sed intra sacros illos parietes, quibus includi tantopere exoptaverat, quam dura eam toleranda manebant! Non enim ad suavitates et gaudia, sed ad certamina et cruciatus eam Sponsus vocabat. Mariliani etenim tyro adhuc ianitrix electa, eo quod, qua opus erat severitate, officio suo fungebatur, monialibus ac praesertim vicariae in odium venit: quae et conscientiae moderatorem in eam adeo cogitaverunt, ut hic, aspere eam increpans, dixerit utilius eam fusis torquendis, quam precibus fundendis operam daturam. Haec tamen constanter et invicto animo Dei Famula toleravit.

At Scalae maior quoque fuit ei exercenda fortitudo. Primum enim ob scriptas divino iussu ab ea regulas, tum ob quamdam patris spiritualis ambitionem, ludibrio habita fuit, derelicta, infamia affecta, a caelesti convivio propulsata, sodalium suarum ac earumdem germanarum colloquiis orbata. In carcerem coniicitur: nec ipsi aegrotae, patre spirituali vetante, ulla cura adhibetur: donec etiam vestibus exuta e monasterio egredi iubetur. Quae omnia Serva Dei fortiter ac perseveranter patitur, omnibus parcit, ac ne querelam quidem emittit: et dum invita eiicitur, sodalium suarum omnium, velut magnam reapse noxam patrasset, veniam exposcit: moderatricis osculatur manum : infestissimas sibi quasque moniales amplexatur. Quid fortius hoc, quid constantius agi aut cogitari potest? Sed nec eiectae crudelia odia parcunt. Cogitur illico ex Scalae civitate egredi: cum Nuceriae se receperit, et Nuceriae apud Episcopum accusatur. Serva Dei e contra in fortitudine ac mansuetudine sua constanter permanet.

Sed hoc quoque, dum in scaiensi monasterio degebat, accidit ei ingratissimum, ac tamen fuit ab ea fortiter toleratum, quod ab ipso sancto Alphonso severe reprobaretur, cuius sanctitatem Dei Serva vehementer admirabatur. Quod accidit cum ipsa novas regulas conscripserat, eo quod S. Alphonsus in errorem fuerat inductus: tum quando ipsi praedixit eum novam

Congregationem esse institutarum, cui ille rei, ob suam humilitatem, fidem praestare renuebat.

Etiam post novum fodianum monasterium fundatum mirum in modum sese exercuit Servae Dei fortitudo in adversis rebus, quae eo in loco ipsi ferenda fuere. Inopia enim novum monasterium laborabat: adde quod multae exortae sunt maledicae voces, fame nimirum, morbis et nimia disciplinae rigiditate ibi puellas confici. Cumque multi ex puellarum propinquis, vocibus hisce permoti, eas ad se reduxissent, factum est ut sex tantum ex eis ibi remanserint, ita ut vix fundatum monasterium pene iam dissolutum videretur. Serva autem Dei patienter omnia haec ferens, et ignoscens eis, qui vocum illarum auctores fuerant, magna constantia praeditam se exhibuit, quod firmam illam morum disciplinam, quam in animarum bonum constituerat, noluit omnino relaxare.

At parum prodest optimum vitae genus elegisse, nisi in eo usque ad obitum perseveretur: in hac perseverantia quoque Maria Caelestis heroicam suam exercuit fortitudinem. Iurata enim vota usque ad extremum vitae spiritum fideliter servavit. Item pari constantia in singulis monasteriis obtemperavit religiosis regulis, et quantum in se fuit, operam dedit, ut et ab aliis diligenter observarentur. Multa quamvis et gravia in marilianensi et scalensi monasteriis perpessa, tamen, ex eis egredi coacta, noluit sororis suae exemplum sequi, et in paternam domum reverti, quamvis senis genitoris precibus instanter ad hoc invitaretur; sed vix ex altero monasterio egressa, in alterum ingredi nitebatur, ut in religiosa vita, quam elegerat, constanter usque ad finem perseveraret. Ita Serva Dei in omnibus tum theologalibus, tum cardinalibus exercendis virtutibus, se fortem ac strenuam praebuit.

De Carnis Afflictationibus.

Primi parentis peccato ordo ille et consensus eversus est, quo ultro caro spiritui subiciebatur: unde fit ut unusquisque nostrum velut duos homines in semetipso experiatur, alterum spiritualem, alterum carnalem. Ipse Apostolus duas in se leges sentire experientia ipse sua testatus est, quarum altera ad Deum, altera ad peccatum illum trahere conabantur. Hinc necessitas illa orta est, qua homini ob peccatum delapso assidua cura est adhibenda, ne in perpetuo illo certamine spiritus a

came superatur, sed e contrario haec illi subiiciatur et pareat. Ad quod obtinendum, una praesto est via, si corpus diligenter cohibeatur, et omnes ei oblectationes denegentur, aut, quam fieri potest, avarissime concedantur. Quo enim magis voluptatibus indulgemus, eo maiores caro nostra vires sumit, atque validior in spiritum evadit. Hinc omnes Sancti Dei suam carnem magnis afflictationibus affecerunt: in quo et Maria Caelestis, ut in aliis virtutibus, heroico modo se gessisse dicenda est.

Iam enim a novem annorum aetate cruciatibus et ciliciis puerile corpus affecit, cumque legisset Iesum nudato pede incedere consuevisse, et ipsa hiemali tempore pedem suum, tibialibus clam ablatis, nudabat; et studio Passionem Iesu imitandi ardebat. Cum autem aetate progressa est, austeritatem magis magisque adauxit: hoc enim maximum arbitrata est negotium, ut voluntaras afflictationibus cupiditates omnes refraenaret, et rationi corpus suum perfecte subigeret, cui proinde, quamvis debile esset et assiduis affectum infirmitatibus, nullo modo pepercit. Hinc parce admodum somno indulgebat, integrasque ducebat noctes, orans ante Sanctissimam Eucharistiam ; pauco cibo utebatur: ciliciis, ieiuniis continuis, asperis afflictationibus corpus suum cruciabat, ac in servitutem redigebat, et usque ad obitum se asperrime flagellare consuevit. Regularum autem observantiae in quo diligentissimam semper fuisse paulo antea demonstravimus, saevas addebat austeritates et cruciatus, quae, cum aliis suaderet, ipsa tamen magna cura abscondebat: sed non moderatori suo, cuius permissione omnia peragebat: qui tamen ultimis vitae eius annis tantam rigiditatis vim cohibere coactus est. Complures testes ferrea instrumenta viderunt, et manibus suis pertractaverunt, aut saltem de iis loqui audiverunt flagella, cilicia, quibus illa virgineum corpus cruciabat. Quae fera poenitentiae instrumenta in lineo quodam saeculo diu servata sunt, donec, praetereunte tempore, devotione quadam in Servam Dei, aut quia illis ipsis moniales usae sunt, aut quia singula singuli moderatores spirituales sibi sumpserunt, dispersa fuere. His ipsa se caedebat ad sanguinis effusionem: haec delicatis ac infirmis suis membris imponebat: et quaedam erant quibus brachia, quaedam quibus femora aut latera cingeret, quaedam denique quae toto corpori aptaret. Inter quae loricam quamdam pectore induebat, in qua erat ferrea crux acutis munita cuspidibus: et testis XLI lintea vidit

sanguineis conspersa maculis, ex vulneribus cuspidibus illis effectis. Ferreo quoque instrumento candefacto Serva Dei super cor suum Sanctissimum Iesu Nomen impressit, ut dum saevis cruciatibus carnem suam subdebat, id se facere ardenti in Sponsum, quo flagrabat, amore aperte innueret.

De heroica Obedientia.

Sed quamvis omnibus hominibus id officii incumbat, ut carnis, quae eos a Deo abducere conatur, irritamentis valide résistant, omnes enim Deus ad se, et non ad voluptates creavit; sunt tamen qui ad id consequendum per peculiarem quamdam ac perfectiorem viam vocentur. Id autem fieri non dubitamus, vel ut per eos Deus maiorem gloriam extrinsecam, ut aiunt, in terris consequatur; vel ut ceteri homines ad minora, eaque necessaria facienda excitentur, exemplo proposito eorum, qui valde maiora et ultro suscepta perficiant; vel ut ipsi Dei possessionem, ad quam omnes intendimus, facilius pleniusque adipiscantur. Etiam Maria Caelestis ad hanc perfectiorem vitam, nempe ad consilia evangelica sequenda, a divino Sponso vocata est; quaque autem alacri voluntate eius voci ipsa obtemperaverit, iam supra commemoravimus. Ubi enim a marilianensi praeposita rogata est, an et ipsa monialis esse vellet, quasi per eam Deus esset loquutus, matre frustra obsistente, domum reverti omnino renuit, et Apostolorum exemplum imitata, omnia statim deseruit, ut Christum sequeretur, quocumque iverit. Tam prompta obediendi voluntate eius electissima anima praedita fuit!

Haec tamen obedientiae virtus, inter eas, quae ab illis, qui religiosam vitam professi fuerint, sunt potissimum excolendae, non est profecto facillimae. Hominum enim corrupta natura aegre patitur, ut voluntatem nostram alienae voluntati ultro subiiciamus, ita ut libenter ea faciamus, quae intempestiva nobis aut inopportuna videantur, illisque faciendis abstineamus, quae optima nobis atque utillima appareant. Hac vero tam ardua virtute Dei Serva adeo excelluit, ac perfecta visa est; ut hanc quoque in gradu heroico exercuisse merito possit affirmari. Ac Deo primum, ut aequum est, promptissime obtemperavit : tum cum eam iusserit ut caelestia accepta dona scalensibus monialibus manifestaret, ex quo crudeles sibi insectatienes obventuros esse cognoscebat; tum cum sancto Alphonso

praedixerit novae eum Congregationis futurum institutorem, et ad hoc praestandum cohortationibus suis incitaverit, quamvis ab eo increparetur, et deceptae loco haberetur; tum cum, quamvis illitterato, ita ut vix scribere valeret, iussu Dei novas condere regulas et alia spiritualia scripta susceperit; tum cum a Deo et a conscientiae moderatore iussa fuerit vitam suam exarare, a qua re humillima virgo magnopere abhorrebat; tum cum iussa fuerit nucerinum monasterium ingredi, et in eius reformatione curam impendere. Deo etiam obtemperavit cum Fodiae novum instituere monasterium iussa est.

Pari autem animi alacritate hominibus obsecundavit, ita ut fieret obedientiae exemplar. Adhuc infans parentibus observantissime obedivit; conscientiae autem moderatoribus humiliter omni tempore morem gessit, illo praesertim tenebrarum et anxietatum tempore, quo formidolosis tentationibus et spiritualibus cruciatibus vexata, indigna sibi videbatur, ut caelesti cibo vesceretur, a quo tamen, ut moderatori pareret, numquam abstinuit. Postquam autem religiosam vitam amplexa fuit, ut promissa, quae Sponso fecerat, fideliter praestaret, susceptum statum summopere dilexit, nec umquam, quamvis durissimis oppressa adversitatibus, in paternam domum redire concupivit : sed regularum studiosissima, hac de causa omnibus, quae narravimus, insectationibus et contumeliis laeto animo se subiecit. In quacumque degeret civitate, dioecesis Episcopo, ceterisque ecclesiae administris se humiliter subiecit: in omnibus monasteriis moderatricibus, praepositis, patribus spiritualibus, tamquam Deo ipsi paruit. Iussa ut, quamvis omnis noxae innocens, in carcere se claudat, imperata facessit: iussa a quodam marilianensis monasterii rectore, tum a scalensi, ut a Sanctissima Eucharistia sumenda se abstineat, tam duro imperio tacite obtemperat. Commissa sibi officia, obedientiae amore, humiliter suscepit ac diligenter implevit : etiam in consiliis proximum suum iuvando, id iis praestabat, ad quos eam obedientia accibat. Omnia denique fecit obedientiae causa, atque in obediendo Dei gloriam quaesivit. Quam heroicam Famulae suae virtutem miraculis quoque Deus voluit illustrare. Cum enim post mortem iussa fuerit a P. Benedicto Salerni, fodiani monasterii spirituali moderatore, ut cruce se signaret, eius cadaver illico huiusce imperio obedivit.

De heroica Paupertate.

Cum inexstinguibili felicitatis cupidine homines assidue urgeantur, facile fit ut, ad sua explenda desideria, divitias nimio studio petant, et dum haec prosequuntur, a vero et unico beatitudinis suae obiecto removeantur. Hinc opus est ut homines, si ordinem servare cupiant, animum a divitiis avocent, iisque utantur, non aeque ac eorum finis sint, sed tamquam ratio, qua ad finem suum tendere queant, et paupertatem, eam saltem quae dicitur spiritus, amore amplectantur. Quique ad perfectiorem vitam vocantur, ut magnum illud impedimentum omnino e medio tollatur, quod ex opibus procedere solet, iubentur omnia sua deserere, et divitiis nuntium remittere.

Paupertatis igitur amor virtus est magni ab hominibus facienda, si eis curae sit extremum finem adipisci : quod Maria Caelestis Crostarosa praeterire profecto non potuit. Ac revera ipsa iam ab eo tempore, quo in paterna domo degebat, valde paupertatem amavit, abiectis utens vestibus, et animum a bonis terrenis abstrahens. Imo, a divitiis abhorrens, heroicum huius virtutis praebuit exemplum, praesertim postquam, religionem ingressa, paupertatis votum emiserit. Votum hoc Mariliani primum nuncupatum cum aliis religiosis votis diligentissime observavit, ita ut humiles vestes indueret, et vilioribus modicisque cibis vesceretur. Unde suscepto paupertatis statu usque ad mortem contenta fuit, nec umquam accidit ut ad domum paternam remeare exoptaverit, aut ipsi ad id hortanti genitori acquieverit, quamvis aliquando quasi necessitate quadam ad redeundum eo compulsa videretur. Quam paupertatis virtutem adeo amavit, ut eam praedicaret et laudibus extolleret, atque ad eam diligendam ceteras moniales incitaret: et dum ceteri homines, si quando necessariarum rerum inopia angantur, magno afficiuntur moerore, ipsa e contra tanquam in rebus prosperis laetabatur. Ita in Domino gavisa est, quando a scalensi monasterio expulsa fuit, vestibus etiam ablatis, vestesque alienas charitate sibi mutuatas induere fuit coacta. Et cum paupertatis amore suasa, nucerinum monasterium ingredi, potius quam paternam domum, in qua commodius vivendi potestas dabatur, praetulisset ; gaudio affecta est, eo quod coacta fuerit eleemosynas accipere, ut culcitam stramenticiam et quasdam alias pauperes supellectiles sibi compararet, et vitae ne-

cessaria quaereret. Fodiae quoque paupertate laetata est, cum ea in domo, quae adhuc precaria erat, omnium rerum inopia cum alumnis suis laboraret. Quibus quoque eumdem charitatis amorem valuit inspirare. Cum enim illas parentes ac propinqui hortarentur, ut monasterium illud, ne fame consumerentur, desererent, Maria Caelestis adeo firmo obstitit animo, ut eius aerumnarum sociae, magistrae sermonibus ac exemplo permotae, cum ea permanere et egestati sponte se subiicere maluerint. Eumdem paupertatis amorem ostendit Serva Dei, cum a scalensi manasterio per summam contumeliam eiecta, pecuniam nihili habens, dotem, quae sibi fuisset restituenda, repetere neglexit. Tantum autem paupertatis amorem hoc ex fonte hausit, quod Deum solum quaereret, ipsumque diligeret, ac propterea mundana omnia despicere!

De heroica Castitate.

Carnis Stimuli pessima res sunt omnium primigeniae culpae effectuum. Per eos enim mens hominum quadam velut caligine offenditur, divinaque in ea impressa imago quodammodo tenuatur ac imminuitur, et semen Adam semini belluarum similius efficitur. Unde, quo magis caro in officio continetur, eiusque refraenantur irritamente, eo maiores spiritus vires sumit, ut ad Deum assurgati quoque est purior animus, eo ardentius divina accenditur charitate. Cum igitur Maria Caelestis toto vitae suae tempore tanto charitatis ardore flagraverit, ut eo demum consumpta mortem obierit, recte inde infertur cor eius purissimum et castissimum fuisse. Ac revera heroica Servae Dei virtus, in virginitate sua custodienda et castitate excolenda iam a primis pueritiae annis fulgide eluxit, cum iam tunc, et per totam deinceps vitam, summopere castitatem dilexerit, et nec cogitationibus, nec operibus, nec sermonibus culpam ullam contra eam admiserit. Haec imo omnium eius virtutum fuit facile princeps; hanc sancte servare Serva Dei sibi proposuit. Cumque adhuc puellula virginali candori ex inhonestis quibusdam ancillarum verbis labem se derivare pertimuisset, putans se suam amisisse innocentiam, flevit amare, suas quasque culpas confessa est, corpusque suum rigide castiga vit. Tantaque usa est severitate, ut etiam puerilibus annis numquam os suum nec consanguineitate sibi coniunctioribus osculandum dederit. Vix autem decimoséptimo aetatis suae anno expleto, adhuc in

familia sua degens, conscientiae moderatore consentiente, votum perpetuae castitatis emisit. Quod deinde, religionem ingressa, solemniter confirmavit; idque tanta in caelestem Sponsum exsolvit fidelitate, ut cum ad sanctam mensam accederet saepe ei digna visa fuerit, quae divinae puritatis fragrantiis frueretur. Non est itaque mirandum quod Serva Dei de virtutis huius excellentia et de animarum illarum beatitudine, quae eam possideant, libenter loqueretur, necnon quod ipsius scripta animae eius candorem redoleant. Ipse enim caelestis Sponsus in hac excolenda virtute ducem ei et consiliarium se praebuit, ita ut ipsa, in Eius conspectu vitam degens, tamquam Paradisi Angelus videretur et ab Illo *puritatis* nomine appellaretur, aut dilecta Sponsa vocaretur: Qui et foveam ei ostendit, in qua culpas eius dixit se sepelivisse.

De heroica Humilitate.

Cum omnes virtutes inter se adeo cognatione quadam coniungantur, ut earum nulla perfecte consistere possit, quin eam aliae comitentur, humilitas sapientiae arctius ac iustitiae necti videtur. Sapientia enim haec veritas intellectui nostro revelatur, quod omnia, quaecumque habemus, a Deo procedunt, nobisque gratuito donata sunt: iustitia autem inducimur ut Deo, non nobis, quae sua sunt tribuamus. In hoc autem adamussim humilitas constat, ut bona omnia, quae in nobis sunt, Deo accepta referamus, neque iis proinde, cum nostra non sint, gloriemur. Praeclaram hanc virtutem, quae tam firmo innititur fundamento, quaeque tamen tam raro in hominibus omnibus suis numeris expleta reperitur, mirabili ac singulari quadam ratione Maria Caelestis excoluit. Tum enim in cogitando, tum in loquendo et in agendo, toto vitae suae tempore, humilem ac verecundam se praebuit; immo haec virtus etiam inter alias omnes in ea maxime emicuit. Hanc enim apprime dilexit: hanc filiabus suis instanter commendavit, ac velut testamento reliquit; scripta enim eius omnia virtutis huius odorem sapiunt et halant. Nullum igitur superesse potest dubium, quin Serva Dei in hac excolenda virtute heroicum gradum attigerit, cum de hoc viva adhuc in fodiano monasterio servetur traditio: id tamen ex iis, quae dicturi sumus, clarius etiam apparebit.

Et reapse Famula Dei, quidquid virtutis in se habuit, quidquid boni operis egit, omnia Deo tribuit; hinc laudes et plau-

sus, tamquam sibi non debitos, a se propellebat, dicens se esse laudibus indignami, novissimam ex ancillis Dei atque inutilem, ac eius beneficiorum immerentem. Sibi tamen tribuit quidquid in se mali deprehendisset, tantaque, id agens, humilitate comprehensam se ostendebat, ut passim se peccatricem appellaret, et quadam die, dum novem et decem annos nata adhuc in saeculo degebat, omnia peccata sua magno moerore, omnibus qui in templo aderant audientibus, confiteri non dubitaverit. In hoc quoque humilitatem ostendit suam, quod quidquid demissum atque intimum esset, sibi semper exoptaverit ac quaesierit: ita ut scalense monasterium ingressa, postquam marilianense relinquere coacta fuerit, petierit ut tyrocinium sibi liceret renovare, idque humilibus precibus assequuta fuerit. Hinc a muneribus illis refugiebat, quae aliquam ei super aliis auctoritatem tribuissent: siquid autem muneris, obedientiae vi adacta, suscepisse^ in eo exercendo ita se gessit, ut sibi subditas velut pares haberet, et nec in iis reprehenderíais auctoritatem suam iactaret; immo tamquam aliarum ancillam et omnium novissimam semetipsam existimare!

Qui vero heroicum humilitatis gradum adepti sunt, divinumque hominum Magistrum propius imitari conantur, non solum humiliationes patienter ferunt, sed etiam eas diligunt atque exoptant, iisque, tamquam secundissima quadam fortuna, laetantur. Hoc ipsum nobis in Serva Dei magnopere est admirandum; humiliationibus enim, contrarietatibus, saevissimisque insectactionibus gavisa est, quibus dilecto Sponso suo similior evadere posset. Gavisa est quando apud S. Alphonsum instans, ut novae Congregationis fundationi, quod erat in decretis Dei, operam daret, tamquam decepta, arrogans et fanatica ab eo habita et obiurgata est. Gavisa est cum Scalae a sodalibus suis, a conscientiae moderatore, a scalensi vicario odiis, contumeliis, iniuriis fuerit affecta: cum hic eam publice reprehendent, durissimasque ipsi poenas imposuerit. Gavisa est cum impositum eidem fuit ut a reliquis monialibus se segregaret, Christi carnibus abstineret, collo funem cingeret, in laqueari, tamquam in carcere se includerei: cum denique ex eo monasterio, vestibus etiam ablatis, per summam ignominiam eiecta esset. Hisce omnibus gavisa est Dei Famula, et cum parentem suum de iis, quae accidebant, certiorem faceret, scripsit ei haec ob suam nequitiam in se fieri.

Humilis hominis hoc etiam est proprium, ut quidquid bonum ac laudabile in se videat, id aliis abscondere et occultare conetur. Atqui id Maria Caelestis praestitit: voluntarias enim afflictationes, quibus corpus suum cruciabat, magna curaabscondebat, et ne ab aliis diutius orans deprehenderetur, id moris a pueritia servavit, ut noctu, somno intermisso, Deum deprecatura surgeret. Quoque liberius cum Sponso suo colloqui posset, hominum fugiens colloquia solitudinem quaerebat; unde ianitricis officium, ad quod Mariliani electa fuit, invito suscepit animo, ac libentissimo deposuit. Mirifica autem dona, quibus Sponsus suam erga sponsam dilectionem frequentius manifestaban diligentissime abscondere, maximae ei curae fuit. Nihil enim ei molestius accidere poterat quam si coram monialibus extra sensus raperetur; tunc aut consorores orabat, ne aliis patefacerent, se ita raptam eam vidisse: aut rem dissimulane posse confidens, eam abscondere satagebat ludens cum sodalibus, se peccatricem dicens, et Dei donis indignam, dictitans se negligentia quadam in negotiis agendis ad aliena facile abstrahi. Nec mihi praetereundum videtur quod Mariliani ei accidit: dum enim cum aliis monialibus in abside templi divinis officiis operam dabat, sentiens se ad caelestes sua vita tes a Iesu appellari, subsellario egressa, in cubiculum se recepit, ibique lectulo incubuit, ut potius corporis doloribus, quam spiritualibus gaudiis capta existimaretur. Adeo cordi ipsi erat superna dona celare! Quod si in commentario, quod de se ipsa elucubravit, aliisque scriptis de tantis rebus loquuta est, id invito animo praestitit, ut Dei imperio ac conscientiae moderatori obtemperare^, unde obedientia vicit humilitatem: haec tamen ita enarravit, ne tamquam sibi acciderint, sed animae cuidam, quae Deo gratiosa fuerit. Tantum fuit in Serva Dei animi demissionis ac modestiae, quibus praecipue Dei oculis pretiosa fuit! Deus enim superbos despicit, humilesque diligit et extollit. Quare non est mirandum, quod Mariam Caelestem tam magnis spiritualibus charismatibus et tam liberaliter donaverit; de quibus iam a nobis est narrandum.

*De Donis supernaturalibus Servae Dei**

Iam inde a pueritia Serva Dei spiritualibus donis ditata est; in his vaticina donum est in primis adnumerandum: eius enim vaticinia perspicua fuerunt, atque eventu comprobata. Ex qui-

bus illud est celeberrimum, quod S. Alphonso fecit, quodque iam pluries tetigimus, circa sanctissimi Redemptoris Congregationis fundationem. Cum enim die tertia octobris anni 1731 Serva Dei iam coenatura in triclinio esset, repente e vestigio, Iesus Dominus, comitante Sancto Francisco Assisiensi, cuius festus dies postridie erat celebrandus, visus est ei, et illi patefecit velle se et virorum novam Congregationem iisdem regulis regendam, quas ipsi dictaverat, institui: ac multitudinem monstravit hominum in animarum salute curanda sedulorum, inter quos sanctum Alphonsum, qui tamquam Congregationis praepositus futurus indicabatur. Quae viderat, conscientiae moderatori narravit, qui sancto Alphonso omnia renunciavit. Hic vero, cum ea esset humilitate praeditus, ut sibi non posset suadere ad tantum opus se a Deo fuisse electum, Servam Dei ut fatuam habuit exprobravitque. Cum vero ex ore eius visa evidenter atque ingenue narrari audivisset, re mature perpensa, fidem ei praebere coactus est. Magnisque anxietatibus ac perturbationibus captus, ex iis requiescere non potuit, donec cum sodalibus suis Dei per Servam eius imperata- capessere instituent.

Haec narravimus iuxta testimonium sororis Mariae Theresiae Spinelli monasterii sanctissimi Salvatoris in fodiana civitate moderatricis, quae est testis I. Cum vero in re tam gravi praestet altiores fontes repetere, liceat nobis testimonium adducere, quod, quum causa Beatificationis Sancti Alphonsi esset introducenda, dixit pater Antonius Maria Tannoja, Congregationis SS. Redemptoris exconsultor, et s. Alphonsi historia scriptor qui illius congregationis origo qualis fuerit, ex ore ipso priorum fundatoris comitum cognoscere potuit. «Avendo inteso, ait pater Tannoja, le moniche *{in Seala)* del conservatorio detto allora del Salvatore il gran bene, che si faceva dal Servo di Dio, e quanto era infiammato nell'amore di Gesù Cristo, vollero anch'esse sentirne un sermone; ed il Servo di Dio non mancò di consolarle. Volevano le moniche anche gli esercizi spirituali: ma il Servo di Dio si compromise per l'anno susseguente. Vi ritornò col solo padre D. Giovanni Mazzini in aiuto delle confessioni, e vi diede gli esercizi: ed è quasi incredibile il fervore, che eccitò in quel sacro luogo, ed il gran frutto, che ricavarono le moniche dalle sue prediche. Mi disse il P. Mazzini, e lo seppi anche da altri, che in quel tempo viveva in quel conservatorio una

Religiosa molto favorita da Dio, e che questa aveva veduto.irr ispirito il Servo di Dio, e che Iddio le aveva fatto conoscere di averlo eletto per capo di una Congregazione di missionari, che non ad altro fosse addetta, che in soccorrere le anime, che vivono abbandonate per le campagne e paesetti rurali; comunicando la religiosa al Servo di Dio quanto in ispirito aveva veduto. Egli, considerando le sue miserie, non mancò rimproverarla come fantastica e piena di se stessa. Ma nel tempo stesso si sentiva un non so che di ardore nell'interno dell'anima, ed animato si vedeva di più ad una tal opera, e combatteva il Servo di Dio tra la diffidenza delle proprie forze e tra quello, che poteva Iddio operare, e poteva volere dal suo ministero. Ritirato che fu in casa col suo compagno il sacerdote D. Giovanni Mazzini (questi, che stava in chiesa quando il Servo di Dio confabulava e s'infadava (?) colla Monica) gli disse: — Stamattina vi ho inteso sbattagliare colle moniche: credo che non sia stata materia di confessione, perchè alzavate la voce. — Che confessione! rispose il Servo di Dio. Una monica mi stava a persuadere che Iddio non mi vuole in Napoli, e che voglia da me una Congregazione di missionari addetti alle anime abbandonate. Chi sono io? — E se Dio la volesse, disse il Mazzini, perchè no? — E dove sono i compagni? ripigliò il Servo di Dio. — Eccomi qua, disse il Mazzini; sono io il primo, 'che vi seguo. — Questa parlata del Mazzini, il quale mi riferi il tutto, essendo io giovanetto, animò il Servo di Dio. Contemporaneamente essendo capitato in Scala monsignor Falcoja fu vescovo di Castellamare, uomo, come a tutti è noto di sperimentata dottrina e santità, e molto illuminato da Dio nelle cose dello spirito, non mancò il Servo di Dio conferire col Falcoja, e col fu monsignor Santoro vescovo del luogo, uomo anche esso di somma virtù: e tutti e due li suddetti insigni prelati avendo maturatamele esaminato l'affare in sè così grave, illuminati da Dio, dissero che erano da Dio i suoi lumi, e che non vi poteva essere inganno. Dissero ancora che la Religiosa era troppo cara a Dio, e che non era cosa nuova l'essere favorita con cose soprannaturali: ma che l'opera in sè era di gloria di Dio e di gran bene per questo regno di Napoli. Fu talmente il Servo di Dio animato da questi due prelati ad intraprendere l'opera, che anzi monsignor Santoro si offerse cooperatore per la fondazione della prima casa nella sua medesima città di Scala.

Cum patre Tannoja congruit pater Ioannes Mazzini, qui Sancto Alphonso Congregationis fundandae fuit praecipuus auctor. Item congruunt Frater Alexius Pollio, Canonicus Caietatanus Fusco, Pater Paschalis Caprioli, Frater Leonardus Cicchetti, Pater Gaspar Cajone, Pater Laurentius Nigro, Pater Petrus Volpicelli, Pater Dominicus Corsano, Pater Deodatus Criscuoli. Unde clare apparet nullo modo posse in dubium vocari, Mariam Caelestem novae Congregationis fundationem Sancto Alphonso vaticinatam esse, eiusque opera Deum fuisse usum ut illi suam panderet voluntatem.

Neque hoc tantum, sed alia quoque aliis Serva Dei vaticinata est. Dum Mariliani vitam agebat, duas quondam puellas in conspectu habuit, quarum altera ad religiosam vitam amplectendam prociivem voluntatem ostendebat, altera, vanarum rerum studiosa, ad permanendum in saeculo. At Serva Dei hanc monialem, non autem illam futuram vaticinata est, quod fuit eventu confirmatum. Item de quadam scalensis monasterii moniali praedixit mentem, qua tunc capta erat, eam recuperaturam; et reapse recuperavi! Fodianam quamdam monialem vocationem suam amissuram fore praenunciavit: quae revera, post Servae Dei obitum, monasterium dereliquit. Fabro autem murario futurum vaticinata est, ut uxor aegrota brevi tempore e morbo evaderet. Id etiam evenit ; nam aegrota, parvo intermisso spatio, convaluit.

Animorum etiam perscrutationis donum Servae suae largitus est Deus. Tum enim monialis illius, quae erat a religione defectura, tum ceterarum filiarum suarum in fodiano monasterio degentium abditiora se divinitus noscere Maria Caelestis ostendit. Scalensi autem moderatrici, sibi infestissimae, cogitationes eius et absconditus affectus ea perspicuitate revelavit, ut inde eius in se voluntas omnino immutata fuerit. Nuceriae quoque, cum iuvenis quidam, qui uberiorem vitam agebat, ad eam venisset, vix eum vidit, statim omnem eius perversitatem intemperantiasque cognovit easque ei pandit, tantaque vi illum ut ad virtutis cultum rediret hortata est, ut revera iuvenis ad nonam frugem reversus sit, ac in posterum Servae Dei consiliis semper uti voluerit.

Sed, quod est magis mirandum, illa est numquam intermissa cum Sponso sanctissima consuetudo, qua totus eius animus adeo detinebatur, ut nullam fere alienis rebus operam pos-

/

set navare : adeo, dum in terris vivebat, eius animus ac saepissime sensus ad caelestia rapiebantur. Testes enim unanimi affirmant consensu, frequentissime eam ac fere perpetuo extra corporis sensus abreptam visam fuisse. Mariliani aeditua electa, adeo frequenter in sacris administrandis negotiis, extra sensus rapiebatur, ut munere suo fungi nequiret. Et qua die, ut narravimus, vehementiori charitate correpta, ut consororum oculos fugeret, e templi abside in cellam secessit, profunde ibi sensibus rapta, dum caelestis Sponsi eximiam pulchritudinem contemplabatur, radius quidam ex divino corde egressus cor eius petiit, atque ita vulneravit, ut inde Dei Famula gravi afficeretur dolore. Et cum caelestia gaudia praegustaret, consorores, quod non reverteretur anxiae, velut mortuam deprehensam pluries frustra excusserunt. Ad se tandem revocata, per integrum annum febri laborans infìrmiori, qua consueverat, valetudine usa est. Scalae etiam quadam rogationum die plures horas extra sensus rapta mansit, dum ei a Iesu iubebatur ut novi monasterii institutioni operam daret. Fodiaeque accidit ut dum domus structores ad opus urgebat, saepius e corpore raperetur, et filiae eius ad sensus eam revocare cogerentur.

Quam frequenter autem res caelestes Dei Famulae oblatae fuerint videndae, iam pluries nobis fuit attingendum. Nunc pauca addemus. Mariliani Iesus ipsae sponsae suae videndum se praebuit: quem eumdem vidit quondam, loco sacerdotis, dum sanctissimum Sacramentum adoraret, quod aegroto cuidam afferebatur. Alias, dum augustissimum Sacramentum publice adorandum propositum esset, in sanctissima Hostia crucem stellasque tres vidit, quibus tum quae eam in terris tribulationes, tum quae in caelo gloria maneret significabantur. Etiam alia vice Iesus Christus futuras afflictiones ei praenunciavit, quibus-cognitis prope illam reliquit animus: at Iesus deficientem consolatus, super cor suum eam requiescere fecit. Saevientibus autem afflictationibus insectationibusque, iterum miserrimae virgini Scalae obiicitur Iesus, eamque suavibus consolatur verbis ac tenerrime brachio suo amplexatur. Alias quoque magno Angelorum comitatu apparuit ei Iesus, et sanctissimam Virginem Mariam ei in matrem assignavit, ac Sanctam Catharinam senensem in spiritualem magistram. Item alia die animarum turbam ei monstravit, quae eius opera ac laboribus salutem forent consequuturae. Fodiae autem dum sacerdos sacrosanctam

Hostiam Christi fidelibus adorandam extollere!;, Iesus ei ostendit quas vellet vestes fodianas moniales induere, earumque significationem explicavit; quam visionem Serva Dei linteo pingi mandavit, quod adhuc Fodiae servatur.

Supernaturali etiam scientiae dono voluit Deus Ancillam suam illustrare. Unanimiter enim testes asseverant quod, cum ea adeo litterarum imperita esset, ut vix scribere sciret, quos exaravit libros, nisi divinitus infusa scientia fuisset adiuta, nullo modo scribere valuisset. Tum quoque sacrarum Scripturarum intelligentia usque a pueritia Deus eam superne donavit. Consilii etiam dono divinitus praedita fuit; unde non solum moniales consilia ab ea et directionem exposcebant, sed et extranei, cuiuscumque vel sexus vel conditionis, ad eam confugiebant, et ab ea data consilia salutaribus semper effectibus comprobata sunt.

De Fama sanctitatis in vita Servae Dei.

Cum Serva 'Dei praeclarissimis illis, quas supra demonstravimus, praedita fuerit virtutibus, ac tam conspicua spiritualia dona ei Deus impertiverit; non est profecto admirandum quod iure meritoque sancta ab omnibus, inde a pueritia et dein per omne vitae suae tempus, habita fuerit. Cum enim homines puerulam hanc tanta aviditate historias Sanctorum, qui Dei charitate inter omnes excelluerunt, audientem conspicerent, ac voluntarias eorum afflictationes iam ea' aetate imitantem, nec non ei recessus quaerentem, ut precibus et virtutum exercitationibus operam daret, tantaque pietate sancta Sacramenta recipientem ; se continere non poterant, quin quamdam erga eam venerationem conciperent, eamque sanctam arbitrarentur et dicerent. Item adolescentiae sanctitatem mirati sunt, cum parvularum culparum asperrimas a se poenas repeteret, assiduisque ieiuniis corpus suum afflictaret et consumeret; 'cum ante sanctissimum Sacramentum extra corpóreos sensus frequenter abstraheretur; cum magnis lacrimis publice se peccatricem, indignamque, quae ante conspectum Dei sisteret, confiteretur.

Optima haec eius sanctitatis opinio e neapolitana civitate ubi Serva Dei ortum habuit, per omnes civitates et monasteria quae incoluit, eam constanter sequuta est; atque inde tum per finítimas, tum per longinquiores regiones longe lateque diffusa, ita ut non modo a rudibus hominibus, sed et ab iis etiam

qui dignitate, sanctitate, scientia, auctoritate prae ceteris eminerent, sancta haberetur. Inde etiam fiebat ut e quibuscumque locis excederet, magnam omnes ex eius profectione animo molestiam caperent; quosque adiret, magna laetitia afficerentur. Ac testis XLVÍ neminem se novisse affirmat, qui malam de ea opinionem habuerit, hancque verbis aut scriptis manifestaverit. Quod si saevis etiam calumniis, contumeliis atque insectationibus affecta est, hoc ideo accidit, ut Christo Domino fieret similior. Tum maior inde Servae Dei gloria manavit; omnes enim, quibus insimulabatur, calumniae falsae compertae sunt; quod illi ipsi, qui eam persequuti fuerant, fateri coacti sunt. Hae demum aliquorum calumniae universalibus omnium laudibus nequeunt comparari, nec splendidam famam obtenebrare eius sanctitatis de qua omnes, qui eam noverunt, inter quos plures sanctitate et doctrina praestantissimi viri enumerantur amplissime testati sunt.

Haec sanctitatis opinio iam ab initiis tam firma fuit, ut a moderatrice marilianensis monasterii, cui, Famulae Dei permotae notationibus, monialium suarum emendatio valde cordi erat, ei adhuc adolescenti ac tyroni custodia ianuae et capsae rotabilis fuerit commissa: quod officium nulla umquam in eo monasterio tyro, sed seniores ac prudentiores moniales semper obtinuerant. Ac vix professione emissa, quae modo discipula fuisset, prae monialibus omnibus dignissima visa est, ut magistrae fungeretur munere et in officium moderatricis tyronum eligeretur. Scalae sanctitatis eius fama magis increvit: quod si ob novas scriptas regulas eam crudeliter moniales insectatae sunt, illae tamen regulae mirabili omnium consensu tandem receptae fuere, atque ipsi eius adversara illas divino impulsu esse conscriptas fateri coacti sunt.

Haec sanctitatis Mariae Caelestis opinio tunc vel maxime enituit, cum Sanctus Alphonsus de Ligorio, monitus ab ea de Dei voluntate, qua nova virorum Congregatio ei esset instituenda, ob magnam humilitatem, malebat eam deceptam et fere fatuam ducere, quam se idoneum a Deo fuisse existimatum, qui tantum opus aggrederetur. Quum vero, anxietatibus dubiisque versatus, auctore sacerdote Ioanne Mazzini familiari suo, Episcopos Falcoja et Santoro adiisset, ut consilium ab eis peteret hoc ab his responsum accepit : monialis illius scientiam e caelo esse; eam dilectam Deo, et supernaturalibus privilegiis alias

quoque donatam ; eius verba audirei, et novo sodalitio instituendo operam daret. Quorum, nec non Patris Thomae Pagano, et Patris Ludovici Fiorillo, auctoritate permotus, in ipsa Scala civitate divinitus imperatum opus exorsus est. Adeo Servam Dei sanctam esse ipsi eius adversarii pro explorato habebant. Ille enim Episcopus Falcoja idem erat, qui Mariam Caelestem, ob novas scriptas regulas, acriter insectatus fuerat, acriusque subinde ob hanc ipsam novae Congregationis institutionem erat insectaturus.

Sed neque eius, nec scalensium monialium contrarietates et insectationes Servae Dei famam quomodolibet obumbrare potuerunt. Scala enim per summam contumeliam eiecta, ac monialium odiis et calumniiis, quo se conferret, pertinaciter impetita, magna tamen veneratione magnaque laetitia Amalphi et Nuceriae excipitur : cuius Episcopus, qui eam arcessiverat, conservatorum! eius civitatis ei tradit reformandum. Nec moniales, quamvis a perfectionis itinere longius discessisset, castigationum eius ac rigidioris disciplinae fastidiunt: quin imo eam humillime recipiunt, atque ab ea ductae pietati ac virtutibus studiosissime incumbunt. Haec sanctitatis eius opinio in tantum augetur, ut nobilis quidam adolescens eius colloquio a pravis suis moribus recedere suadeatur : cuiuscumque conditionis homines Servae Dei consilia exposcant : famaque eius in dies percrebrescente, vulgo homines, invisendi atque admirandi studio, eam adeant; undique civitates, Episcopi, sacerdotes eam appellent, eiusque operam efflagitent ad nova monasteria instituenda, aut ad pristinum ardorem iam tepescentibus restituendum.

Nec Nuceria Serva Dei tam instanter Fodiam fuisset arcessita, nisi ob insignis eius sanctitatis famam apud omnes pervulgatam : nec si aliter se res habuisset, eius profectionem impedire omnibus viribus Nucerini conati fuissent: nec tantum ibi sui desiderium ipsa reliquisset: nec Fodiae tantis honoribus, tantisque laetitiae significationibus fuisset recepta. Magni enim et hic eius sanctitas ab universo populo habita fuit, ac praesertim ab eius filialibus, quae eam assidue e sensibus abripi conspiciebant, praesertim cum ad sacram Synaxim accederet. Quae sanctitatis opinio magis magisque Servae Dei obitu, quem ipsae potius transitum appellabant, confirmata est: non alia enim de causa illam vita• excessisse, quam divinae charitatis vi, qua cor eius omnino consumptum fuerat, arbitrabantur.

Hac opinione atque, ut ita dicam, hac sanctitatis flagrantia, quam Mariae Caelestis virtutes redolebant, quaedam puella brevi nuptura allecta, vix primum cum ea colloquuta est, noluit amplius ab ea discedere, ac sponso, parentibus, vanitatibus suis relictis, et Servae Dei adhaerens, et religiosa vota marilianensi monasterio professa, adeo asperam ibi vitam duxit, ut sanctitatis fama supremum diem obierit. Hac eadem sanctitatis opinione Servae Dei moderatores permoti, eam iusserunt ut, quamvis invita, atque imperita litterarum, spiritualia scripta exararet, quibus ad virtutes diligendas ceteri homines excitarentur. Haec demum sanctitatis opinio Episcopos aliosque doctrina, auctoritate, scientia conspicuos viros ad eam assidue trahebat et, quod plurimi faciendum est, viros quoque sanctitate insignes, ita ut recte Maria Caelestis Sanctorum socia potuerit appellari. Imprimis memorandi sunt S. Alphonsus de Ligorio ac Beatus Gerardus Majella, qui virtutem eius et sanctitatis scientiam tanti habuerunt, ut, ad consilia et spiritualem eruditionem recipiendam, eam inviserent, cumque eis illam non liceret convenire, epistolarum commercio cum ea uterentur. De quibus autem negotiis simul agerent, et quare tanto eam peterent studio, vel ex hoc solum patebit, quod Beatus Majella, dum eam inviseret, extra sensus rapi visus fuerit.

De Miraculis in vita Servae Dei.

Miraculis quoque Dominus Omnipotens Famulae suae adhuc viventis sanctitatem comprobare dignatus est. Cum Fodiae quodam die quae apothecae praeerat, et simul cum ea quaedam moniales administrae, Dei Servam adierint, querentes quod oleum omnino deesset, interrogante ipsa an rem perspectam haberent, illae ita revera esse affirmaverunt. Tum, postquam orasset, iussit eas irent ac perspicerent an omnia olearia vasa vacua essent. Quae imperio obtemperantes, unum vas, quod et ipsum paullo ante vacuum compererant, oleo plenum invenerunt. Cumque obstupefactae hoc ei renuntiassent, respondit eas fortasse errore ductas oleum omnino defecisse paullo ante esse arbitratas. Sed hoc ad rem occultandam dictum esse consorores intellexerunt; dum enim ita Maria Caelestis loqueretur, os eius inflammari, eamque Iesu in sanctissimo Sacramento praesenti gratias agere conspexerunt.

Item naturae vires excessisse habenda est repentina quorumdam maiorum immutatio, quam per Famulam suam operatus est Deus. Cum enim haec Fodiae, ad spiritualem filiasum suarum eruditionem, ostendere eis vellet quo ante Deum statu uniuscuiusque earum animae essent, ad monialium numerum sumpsit mala, quae integra omnia erant, et quocumque infectionis vitio expertia. Tum, postquam orasset, iterum mala illa ostendit monialibus, quae in aliquot eorum quaedam resolutionis signa deprehenderunt: unum autem omnino corruptum esse certiores factae sunt. Hisce maiorum vitiis ipsarum monialium spiritualia vitia signiflcabantur: quodque unius earum anima esset putredine corrupta, eventu, post Servae Dei obitum, comprobatum est, cum monialis monasterium dereliquerit, et ad saecularem vitam reversa fuerit.

Id quoque portenti Scalae accidit, cum de novis a Dei Famula exaratis regulis acris a monialibus disceptatio haberetur. Quum enim quaedam Maria Raphaela, quae tyronum magistrae officio fungebatur, dixisset se regulas illas impulsu divino conscriptas tunc credituram, si Maria Magdalena (haec erat fatua quaedam monialis) mentem suam recepisset; Serva .Dei hoc se eventurum a Deo sperare adiecit. Atque illico Maria Magdalena ad sanam mentem reversa est.

Ipsa fodiani monasterii erectio, a Serva Dei omnibus opibus destituta peracta, quamdam prodigii speciem praebere testi XL VI visa est. Nec mirum quod Deus eam suis opibus divinitus succurreret: carissima enim illi erat: quod et cuiusdam fabri murarii uxor experientia ipsa sua compertum habuit. Quadam enim die, dum praeter modum plueret, accedente Serva Dei ad fenestram, canali demissus imber eius cervicem adeo perfudit, ut illico frigore ac febri correpta fuerit. Hoc inopinato casu factum est, ut faber murarius, qui ad monasterium aedificandum ibi aderat, serius quam consueverat domum repetens, magnis contumeliis increpationibusque, ob corruptum cunctatione cibum, ab uxore exciperetur. Quae cum Servae Dei causa fuisse hoc factum cognovisset, hanc ipsam exsecrari, dirisque devovere non dubitavit. Mirabile dictu! Dum haec irata proferens aliquantulum caput suum e porta effert, imbre cervice madefacta, frigore etiam ipsa febrique ex improviso corripitur; qua poena ad se revocata, convicia in preces, ut eo morbo liberetur, commutat. Vir autem, in monasterium rever-

sus, omnia Servam Dei, quae domi suae acta sunt, non aliter ac si iis adfuisset, pernoscere intelligit; simulque ei praenuntiatur qua hora tum ipsa, tum eius uxor e morbo essent evasuras Vaticinium eventu comprobatum est. Alia etiam miracula, Serva Dei, dum adhuc viveret, adprecante, patravit Deus, multaque benigne concessit, ita ut multi ad preces eius confugerent, ab aliis suasi, qui harum vim experti erant. Satis sit eximium illud beneficium, de quo iam diximus, commemorasse, quod Serva Dei puellae iam nupturae obtinuit, ut illico terrenis rebus valediceret, et religiosam vitam amplecteretur.

De extrema aegritudine et pretioso Servae Dei obitu.

Pretiosissima fuit Servae Dei mors quae vitam Dei chiaritati ac praeclarissimarum virtutum exercitio devotam, quam enarrare conati sumus, clausit. Meritis enim dives, ac anxietatibus hominumque insectationibus diu exercita Maria Caelestis, nonum et quinquagesimum aetatis annum agens, obiit Fodiae in monasterio ab ea condito, hora prima et vicesima diei veneris, quae fuit decimaquarta mensis septembris anno a Christo nato 1755. Sacramentis omnibus ad extremum iter corroborata est. Cum enim quotidie sanctissimo Christi Corpore vesceretur, nil dubii quin et postremis illis diebus id sibi in viaticum praeberi petierit. Quum morienti adsisteret Pater Nicolaus Lombardi conscientiae eius moderator, eum ipsa poposcit ut Passionem Domini nostri Iesu Christi iuxta Ioannis narrationem sibi legeret : cumque ad verba *Consummatum est* deventum esset, placidissime sanctam animam efflavit. Nec tamen morbo aliquo affecta fuit, nec doloribus correpta, qui imminentem mortem nuntiarent; sed amore consumpta tranquille ad Deum evolavit.

Quae vero vivens multis saepe tentationibus ab adversario fuerat petita, quibus victrix semper evaserat; nec moriens infensissimi hostis aggressibus caruit. Ex hoc enim obitus eius punctum cognitum est, quod aedificium magno terrae motu concussum fuerit, et vinculorum sonitus auditus, quibus signis Satanás extrema se pugna superatum confltebatur.

Praeclarum autem sanctitatis testimonium ipsius mortem comitatum est. Dum enim ea Fodiae supremum diem obiret, Beatus Majella, qui Neapoli gravi morbo in lecto detinebatur, eam ad caelum adscendentem conspiciens, fratri sibi adsistenti

id revelavit, dicens: «tamquam columba nunc ad caelum advolat Maria Caelestis Crostarosa». Ille haec delirii causa fratrem dixisse arbitratus est: at brevi nuncii illius veritas comperta fuit.

Servae Dei cadaver vegetum vividumque permansit, tamquam si mors illud non tetigisset, ac velut fragrantia quaedam et sanctitatis ac sua vitatis aura ex eo halabat: quod filiae eius moerentes ac flentes suis impositum humeris in cubiculum, in quo sanctissima Eucharistia monialibus praeberi mos erat, detulerunt.

De Concursu ad Funus, de Corporis Inhurnatione et de variis illius Translationibus.

Vix in coenaculum Servae Dei corpus allatum est, multus repente populus, dum iusta persolverentur, sanctitatis eius fama excitus, ultro concurrit; aderant cuiuscumque conditionis homines, querentes quod, ob nimiam adventantium frequentiam, ad cadaver accedere prohiberentur, ad pedes manusque osculandas: vestium eius fragmenta petebant, et magna veneratione accipiebant: dictitabant vulgo Sanctam mortuamesse: nec pro ea esse Deum adprecandum, sed ipsam potius adprecandam, ut pro addictis suis apud Deum intercederet. At in tanta multitudine quaedam erat mulier caeca a nativitate, quam, dum alii, in Servae Dei corpore intuendo, sancto quodam afficiebantur solatio, non idem sibi licere magnopere taedebat: hinc multo fletu ac valida fide orabat, ut et ipsa per Servam Dei videre posset. Nec frustra: huius enim intercessione, ex improviso videndi facta est ei potestas. In cuius prodigii memoriam, quae illud effingeret ac posteritati mandaret, tabula depicta est.

Corpus Servae Dei, exequiis peractis, in communi monialium conditorio, distincto tamen loco, inhumatum est, et lapis cum titulo arcae appositus: id enim ibi moris servatur, ut in unaquaque arca monialis defunctae nomen et dies obitus inscribatur. Optime igitur Mariae Caelestis corpus a filiabus suis internosci poterat: quae ita assueverunt, ut quoties ad cuiusdam defunctae sororis corpus deponendum, eo descenderent, fundatricis suae reliquias inviserent, eiusque vestes commutarent. Anno autem 1785 factum est ut, quum piae moniales huic negotio operam darent, tunicamque, quae carnibus adhaeserat, avellere ac removere conarentur, vivus sanguis e Famulae Dei

corpore effusus sit. Tribus post annis sudarium, quo caput obvolverant, sanguine madidum invenerunt: cuius rei Episcopus Saggese princeps monasterii moderator processum institui iussit, sudariumque Romam Pio VI detulit. Anno quoque 1809, dum cadaveris solemnis fieret recognitio, iterum tunica aliaeque vestes sanguine madentes inventae sunt. Iuridica haec recognitio facta est, petentibus fodianis civibus cuiusque conditionis, praesentibus tabellionibus, medicis, aliorum monasteriorum moderatoribus, episcopali curia, civitatis primoribus. Extat recognitionis relatio ad Cardinalem Firrao loci Ordinarium a Canonico Carolo Ricciardi eius Vicario missa: item superest Cardinalis Firrao responsio die 18 ianuarii anni 1809 tradita, qua in alium locum corpus transferri iubetur.

Quo igitur Servae Dei reliquiae digniori loco conderentur, ex communi monialium sepulcro die secunda februarii anni 1809 auctoritate et iussu Cardinalis Iosephi Firrao translatae sunt in templum monialium ab ea Fodiae institutarum, sanctissimo Salvatori dicatum, ac depositae sinistrórsum ingredientibus, in loculo tribus vel quatuor palmis solo editiore, clavibus obserato sigillisque signato, ibique ad hanc diem religiose servantur.

De Fama Sanctitatis post Servae Dei obitum.

Testes omnes, mirabili quodam consensu, ac firma asseveratone, se de Servae Dei sanctitate prorsus non dubitare, nec umquam dubitasse, affirmant: se pro certo habere eam caelesti perfrui felicitate: tum ob innocentissimam ac sanctissimam, quam egit, vitam, tum ob praeclaras, quibus praedita fuit, virtutes, tum ob miracula, quae, ea intercedente, Deus patravit, tum quod adprecationum eius vim ipsi sint experti, dignissimamque arbitrantur, quae ad altarium evehatur honores, idque quammaxime exoptant. Inter quos testis I haec affirmat: « Le virtù, che conosco praticate dalla Serva di Dio, le grazie che ho sentito operate da Lei, e che pel numero innumerevole io più non ricordo, la protezione efficace, che tutte noi figlie sue particolarmente abbiamo sperimentato, queste cose hanno talmente riempito il mio cuore di ammirazione e di fede nelle sue preghiere, che, dopo quanto è detto innanzi alla verità e realtà della cosa, a me sembra aver detto bastantemente poco. Aggiungo solamente che la mia testimonianza è stata troppo debole innanzi all'eroismo delle virtù sue, e la testimonianza

umana pesa poco, quando Iddio stesso ha mostrato nella vita e nella morte di Lei quanto gli fosse cara ». Ac testis LXIII, I ex officio ; « Appena ho avuto cognizione della Serva di Dio, sempre l'ho professato divozione-speciale, e adesso ne professo specialissima, anzi ne sono il promotore, e come innanzi ho detto, desidero che presto venisse elevata agli onori degli altari per la maggior gloria di Dio nei Santi suoi. Non una, ma mille volte mi sono avvicinato al Sepolcro della Serva di Dio, trovandomi io da molti anni Confessore ordinario di questo monastero, sono costretto di frequentare questa chiesa, e quante volte mi sono trovato nei bisogni, con le mie private orazioni mi sono raccomandato alla Serva di Dio ».

Haec fama Servae Dei sanctitatis in monasterio ab ea fundato semper viguit. Quae enim illi aequales fuerunt, et virtutum eius, charitatis, pietatis, afflictationum sibi voluntarie impositarum, extiterunt testes, quibusque pluries post mortem, ad eas confirmandas, sive consolandas apparuit, sanctam eam certo certius arbitra ta e sunt, eamdemque opinionem illis, quae subsequutae sunt, continenter transmiserunt. Neque haec sanctitatis fama sanctissimi Salvatoris monasterii parietibus cohibita est: immo nec fodianae urbis moeniis coercita: sed ubique locorum, apud cuiuscumque conditionis, sexus, scientiae, auctoritatis homines diffusa ac pervulgata. Nullis autem fraudibus, aut hominum artificiis opinio haec de sanctitate Servae Dei invaluit. Hoc quoque testes omnes unanimiter affirmant: qui addunt etiam heroicis eius virtutibus sanguini illi e cadavere eius mananti, miraculis gratiisque eius intercessione a Deo concessis famam sanctitatis Servae Dei inniti. Hisce de causis omnes eam admirantur et celebrant, et nemo umquam extitit, qui contra sanctitatem eius scribere ausus fuit. Imprimis autem est adnotandum hanc famam non quibusdam tantum temporibus extitisse, sed cum, ea adhuc vivente, coeperit, numquam postea interruptam esse aut numquam desiisse, et hisce quoque diebus immotam apud omnes ac prorsus constantem et perseverantem mansisse, atque universalem merito esse appellandam.

Quam altas autem in omnium animis opinio haec duxerit radices, innumeris factis comprobatur. A die enim, qui Mariae Caelesti supremus extitit, usque hodie, fragmenta vestium, quae virginale corpus obvolverunt, enixis votis a monialibus san-

ctissimi Salvatoris petuntur, et accepta magna veneratione habentur. Item postulantur imagines Famulae Dei, nec raro ante eas, venerationis causa, privatim lampades accenduntur. Narrat testis XXVI, quum sibi adhuc puellae hae imagines passim per domos conspiciendae obiicerentur, petiisse infantili curiositate, cuiusnam essent; ac responsum accepisse; *Sanctae Antistitae monasterii Salvatoris.* Hoc enim maximi faciendum arbitror Mariam Caelestem eis locis non suo nomine vulgo appellari consuesse, sed illis verbis « *Sancta Antistita* ». Adeo constans ac firma est sanctitatis eius opinio ! Quae universalis opinio quod Serva Dei cum Caelitibus beate commoretur, plurimumque intercessione sua polleat, hoc etiam confirmatur, quod puerperarum peculiaris patrona habetur ob multas mulieribus in ea conditione versantibus impetratas gratias. Famae huic sanctitatis post mortem Servae Dei adhuc extanti fides augetur, ex illis, quae de Serva Dei in libris, in quibus Beati Majella ac Sancti Alphonsi vita enarratur, scripta leguntur, ac in illo praesertim, quem de Sancto Alphonso scripsit Pater Tannoja, in quo Maria Caelestis sanctitatis exemplar appellatur. Luculentissimum autem de constanti sanctitatis fama praebet testimonium magnus ille concursus, qui ad Famulae Dei sepulcrum fit, atque omni tempore factum est. Non enim moniales tantum, sed cuiuscumque conditionis homines ac mulieres, Episcopi, praesulesque, cives et advenae eo quotidie frequentes conveniunt, ut exoptata beneficia eius intercessione a Deo impetrent, aut de acceptis grates persolvant. Peregrinorum quoque comitatus coeperunt ad sepulcrum Mariae Caelestis accurrere: sed ex timore, ne inde impedimenta in causa Beatificationis exoriri possent, hae peregrinationes omnibus modis cohibitae sunt. Si quando autem, ad alicuius devotionem explendam, moderatoribus permittentibus, ac traditis clavibus a monasterii moderatrice, quae illas diligentissime custodit, sepulcrum aperiatur, statim, re cognita, multitudo magna concurrit. Frequentior etiam turba eo confluxit anno 1855 ab eius obitu centesimo, quum iusta anniversaria solemniter celebrata sunt: ac vulgo poscebatur multis precibus ut Servae Dei sanctitas solemni Ecclesiae iudicio confirmaretur, ita ut eam publice colendi eius devotis fieret facultas.

Quod desiderium, quo omnes flagrant, firmaque spes communia optata posse laetum exitum habere, universalem de san-

ctitate opinionem magis magisque roborant. Quum cognitum fuerit Episcopum Bernardinum Frascolla, omnium precibus permotum, petitionem tradidisse ad obtinendam Servae Dei Beatificationem, magnus repente factus est ad eius sepulcrum concursus. Quod idem accidit anno 1878, quum, vix populus certior factus est Episcopum Ieremiam Cosenza supplices preces ad processus introductionem porrexisse, laeta repente orta est animorum commotio, ita ut vulgo ad sepulcrum accurrerent, et oblationes afferrent, quibus causae impensae possent sustineri. Sed iam ab anteacto saeculo aliquid curatum est ut Servae Dei altarium honores tribuerentur. Cum enim prodigiosae illae sanguinis effusiones e Servae Dei corpore accidissent, Archipresbyter Saggese, cum Romam pergeret, ut sacraretur Episcopus Montis Filosi, petitiones et documenta ad processum inchoandum Pio VI Pontifici Maximo tradidit. Id constat ex exemplari litterarum a Canonico Carolo Ricciardi Vicario Cardinali Firrao missarum : tum ex huius epistola responsionis, quae servatur, in qua impensae ad Beatificationem necessariae enumerantur. Hoc autem saeculo moniales monasterii sanctissimi Salvatoris, earumque moderatrix Maria Theresia Spinelli Bernardinum Frascolla Episcopum rogaverunt, ut processum Beatificationis Servae Dei curaret inchoandum. Ille negotium in se suscepit, atque, ut innuimus, processum revera inchoavit; qui tamen interruptus est, cum anno 1860 Episcopus Frascolla e sede sua fuerit exturbatus. Eadem moderatrix Antonio Rubino sacerdoti Romae noto mandabat ut hoc negotium urgeret : hic vero ob temporum vicissitudines nihil potuit peragere. Tot vero diversorum temporum conatus, ut Serva Dei Beatorum numero adscriberetur, universalem de eius sanctitate opinionem apprime confirmant.

(sequitur)

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Die 1 Martii 1902.

Sess 24 cap. 1 De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Henricus 32 annos natus, in Parochia vulgo *de Notre Dame* dioecesis Burdigalensis, et Martha duodeviginti annorum puella in Parochia S. Petri, vulgo *de Montmartre* Parisiensis dioecesis , domicilium •edhuc foventes, Londinum perrexerunt, atque ibidem, paucos post dies, coram parocho Ecclesiae dictae *Corpus Christi,* Westmonasteriensis dioecesis, die 10 Augusti 1892 matrimoniali foedere iuncti sunt; quin, uti ab actrice et testibus asseritur, ulla delegatio ex alterutrius sponsi Parocho praecesserit. Matrimonio celebrato, neo-coniuges absque mora Burdigalam redierunt ; at quatuordecim post menses, mulier ob viri saevitias, et ob nimiam in eius bonis distrahendis prodigalitatem, penes genitricem Parisiis sese recepit, viro valedicens. Anno 1896 Parisiense civile tribunal adiit Martha, suum matrimonium formiter accusans, cuius nullitatem iudices edixerunt, salva puellae iam enatae legitimatione. Qua obtenta sententia, Actrix de vitio clandestinitatis sui matrimonii postea edocta, ad Parisiensem Curiam supplicem misit libellum, nullitatis declarationem putati coniugii enixe efflagitans.

Quocirca Curia Parisiensis, exactis primitus a Curiis "Westmonasteriensi et Burdigalensi informationibus, ac constituto de more tribunali, processus acta confecit, reo etiam excusso a Delegato Vicarii Apostolici Guyanae. Verumtamen cum acta ad exitum iam properarunt, dubium non leve exortum est, de Tribunalis Parisiensis competentia in causa, cum Emo Iudici visum fuerit nec rei nec contractus

forum illud existere ; unde a pronuntianda sententia sese abstinendum duxit, interim acta ad Congregationem Supremam transmittens.

Haec vero ad S. C. C. processus acta mittere sategit quae, postea sub die 8 Maii 1901, praevio actorum examine , suppletorias requisivit informationes ac investigationes.

Ex his erui videtur, utriusque sponsi Parochos nullam dedisse Londinensi parocho delegationem, imo, ut ait Parisiensis Iudex, nec dari ab his potuisse, cum « per modum legis dioecesanae, Parisiis quidem et in multis Galliarum dioecesibus habetur prohibitio ne Parochi delegationem ullam concedant, inconsulto Ordinario, ad matrimonia contrahenda in exteris regionibus ». Ex utriusque autem dioecesis Parisiensis et Burdigalensis curia, de tali data delegatione vestigium non reperiri, edocent acta: licet contra evidentiam actorum ab utroque Parocho datam fuisse, contendat vir.

Sac. autem Skrimshire, Parochus Ecclesiae « Corporis Christi », qui coniugum matrimonio adstitit, quique ministerio valedicens, in quoddam monasterium se recepit, rite interrogari non potuit ob eius irreperibile domicilium : « quare ut ait Parisiensis Iudex, nulla alia via patuit eiusdem testimonium colligendi nisi ipsi, mediante amico, communicare scripturas et quaestiones, quibus ille propria manu respondit ».

Disceptatio Synoptica.

VOTUM CANONISTAE. Martha dioecesis Parisiensis die decima Augusti anni millesimi octingentesimi nonagesimi matrimonium contraxit cum Henrico, Londini in Ecclesia*Corporis Christi. Coniugalem vitam per annum duxerunt, et filiam ex suo coniugio susceperunt. At post annum, sive propter asperiorem agendi modum Henrici cum sua coniuge, sive propter prodigalitatem, qua triginta millia francorum uxoris suae adeo brevi tempore dilapidaverat, uxor virum

suum dereliquit, et ad matrem confugit. Anno autem 189t> petiit uxor declarationem nullitatis sui matrimonii in foro civili, eamque facile tenuit. Anno tandem 1899 eamdem nullitatis declarationem petiit a Curia Parisiensi, quae processum instituit, sed a dicenda sententia abstinuit, dubitans ne ipsa competens esset in hac causa. Et iure quidem abstinuit , imo ab ipso conficiendo processu antequam a iudice competente delegationem obtinuisset, debuisset abstinere. Iudex enim competens in causis matrimonialibus non est, nisi Episcopus dioecesis , in qua vir domicilium habet *(cfr. Instr. Austr. § 96 et Instr. S. C. P. F. a. 1883 § 2)* vel ad summum Episcopus quoque dioecesis, in qua matrimonium contractum est *(cfr.* Gasparri *De matrimonio, II, 1169).* Ratio autem est, ex generali principio iuris *actor sequitur forum rei.* Porro in causis matrimonialibus sive reus sit vir, sive sit rea uxor, forum rei semper est forum viri. Quod patet in primo casu, quum nempe reus est vir (ut in casu nostro); patet et in secundo, quum est rea mulier, ex alio iuris principio -*uxor sequitur domicilium mariti.* Exceptionem ponit, tum Instructio Austriaca tum Instructio S. C. de Prop. Fide, quum coniugale vitae consortium sublatum fuerit, sive per separationem a toro et mensa, sive per malitiosam desertionem a marito patratam. Tunc, in primo casu, quum nempe coniuges separati sint a foro et mensa quaelibet pars debet exercere ius accusandi matrimonium coram Episcopo dioecesis ; ubi altera pars domicilium' habet. In altero casu uxor potest instituere actionem etiam apud Episcopum, intra cuius dioecesim suum domicilium habet. At in casu nostro, et uxor est, quae contra maritum matrimonium accusat, et non ipsa a marito, sed maritus ab ipsa derelictus est. Quare apud Ordinarium mariti causam agere debebat.

Hinc optime egit Curia Parisiensis remittens causam ad S. Congr. S. Officii. Haec autem ad S. Congregationem Concilii, quum ad hanc potius causa pertineret, sollicite rem totam remisit.

Matrimonium autem istud impugnatur ab actrice ex capite clandestinitatis. - Porro evidens est ante omnia matrimonium Marthae cum Henrico irritum certo esse et nullum, si non fuerit contractum iuxta formam Tridentinam, quamvis in Anglia sit initum. Decretum enim Tridentinum non solum reale est, sed personale *(cfr. decr. S. ü. I. 29 Februarii 1860);* quare sponsos ad contrahendum sine Parocho et testibus inhabiles reddit, et eos proinde sequitur ubique locorum. Tunc autem solummodo a lege subtrahuntur, quum alteruter quasi domicilium acquisierit in loco, ubi caput Tridentinum non viget. Coniuges autem nostri ex Gallia erant ambo, et nullum in Anglia acquisierant domicilium vel quasi domicilium, quando matrimonium contraxerunt. Matrimonium enim initum est paucis diebus postquam Angliam appulerunt, et nullus erat sponsis animus ibidem permanendi per maiorem anni partem.

His positis, videndum igitur est, utrum matrimonium istud rite fuerit celebratum iuxta formam Tridentinam, necne. Et re quidem vera mulier id praecise contendit, matrimonium fuisse nullum, quia in eius celebratione tridentina forma in substantialibus neglecta est. Quare in hoc est cardo huius causae, quae proinde merum quoddam factum respicit.

Porro, si virum audiamus, matrimonium initum esset iuxta omnes iuris praescriptiones. Ipse enim iuratus asserit, se cum sponsa eiusque matre Londini moratum fuisse tres hebdomadas, quo tempore et banna proclamata sunt. Post banna ad celebrationem matrimonii devenit Parochus Ecclesiae Corporis Christi, qui ad hoc matrimonium celebrandum delegationem habuerat a duobus Parochis sponsi et sponsae ; quare ex attestatione viri plus habitum esset, quam quod ad validitatem matrimonii requirebatur. « Nous sommes restés, ait ipse, environ trois semaines à Londres, le temps nécessaire pour ***Y*** affichage et les publications de mariage. Nous nous sommes mariés dans la première église, où nous nous sommes présentés, dans ***Y*** église du Saint Sa-

crement (Corpus Christi). Le prêtre se nommait Skrimshire- Il ne savait pas le français, mais moi je savais l'anglais,. et.il y avait un iterprète. Du reste le Curé, qui nous maria, ne le fit, qu'après avoir donné toutes nos pièces à l'Archevêché de Londres, qui exigea la délégation de nos deux Curés respectifs, l'un celui de mon épouse, curé de la paroisse de St. Vincent de Paul à Paris, et celui de Saint Louis à Bordeaux, qui la lui envoyèrent. Toutes les pièces étaient en règle ». Et postea: « Les bans n'ont pas été publiés à Paris ni à Bordeaux, mais bien en Angleterre ; dispense n'a pas été demandée. La délégation a été donnée par nos deux Curés respectifs ».

Sed mulier incunctanter contrarium iurata affirmat. Dicit enim, nec banna publicata fuisse, nec delegationem ullam habitam. Documenta, quae Parocho Ecclesiae Corporis Christi a viro oblata sunt, non fuisse, nisi attestationem studiorum ab ipsa muliere peractorum in Gallia. « En arrivant, ipsa testatur, à Londres nous sommes allés dans une église française. Là on nous refusa de nous marier, parce que nous n'avions aucune des pièces exigées, ni permission de mon père, ni certificat de publication, ni rien en un mot. Nous nous rendîmes alors à l'église du Corpus Christi. La Mr Henri ne présenta qu'une pièce au Curé: c'était mon certificat d'études. Mr Henri le présenta comme étant mon acte de naissance. Mr le Curé ne sachant pas le français crut Mr Dufort sur parole. C'est Mr Henri seul, qui s'est occupé de la question ». Et paulo ante: « Il n'y a eu aucune publication ni à Paris ni à Bordeaux ; j'en suis absolument sûre. J'en ai d'ailleurs fourni les preuves. Nous n'avons fait que traverser Paris pour nous rendre en Angleterre. Il n'y a eu non plus aucune dispense. Nous n'avons vu personne, ni demandé aucune permission ».

Ex his attestationibus viri et mulieris patet, nil certi pro re nostra erui posse. Nam contraria quisque testatur, et dum mulier negat habitam delegationem, eam affirmat vir. Sed et praeterea vir pessime audit, et pluribus iam

criminibus se maculavit, ob quae tertio iam poenas subit in Caiennam relegatus. De muliere quid sentiendum sit, et quanti eius attestatio facienda non liquet. Desiderantur enim testes septimae manus, qui de eius veracitate testimonium dixerint. Nam praeter Parochos et Vicarios, qui circa factum delegationis testimonium dixerunt, quatuor tantum testes fuerunt inducti, qui de veracitate mulieris nullimode sunt interrogati. Et quamvis dici non possit, mulierem esse mendacem, adiuncta tamen non ea sunt, quae illi omnimodam fidem acquirant. Ex ea enim est familia, quae christianam vitam non ducebat ; mater a marito suo separata concubinarie cum alio vivebat; imo ipsa Martha, ut eruitur ex actis, probabiliter ex adulterio a matre concepta est.

Quare videndum nunc, utrum ex alio capite erui aliquid possit ad diiudicandum de valore aut nullitate istius matrimonii.

Ad hoc autem quam maxime inserviret attestatio R. Dñi Skrimshire, qui celebrationi matrimonii adstitit. Sed Sacerdos iste scrupulis adeo laborat, ut parochiam suam dereliquerit, et in monasterium quoddam, ut fertur, se receperit. Imo ipsum locum, quo confugit, omnibus ignotum voluit, uni sacerdoti amico illud aperiens. Porro sacerdos iste, antequam Parochiam dereliquerit, interrogatus a Rñdo D. Johnson Canonico Secretario Curiae Westmonasteriensis reposuit, se per Curiam Archiepiscopalem Westmonasteriensem accepisse a Curia Parisiensi delegationem ad matrimonium hoc celebrandum. At postea per litteras ab eodem R. D. Johnson interrogatus iterum circa matrimonium de quo agitur, non solum ea, quae prius dixerat, confirmare noluit, fassus se tunc « declarasse circumstantias, quae actu pertinebant ad alias nuptias , quae pariter e Gallia provenerant », sed praeterea affirmavit, se nullo modo adiisse Curiam Archiepiscopalem Westmonasteriensem, et ad matrimonium celebrandum inconsulto ac culpabiliter devenisse ; verba autem, quae in tabulis matrimonialibus petitam et habitam delegationem affirmant fassus est, se postea priori

attestationi adiunxisse, inquisitione seu causa incepta. « Non obstantibus istis dubiis, haec sunt eius verba, licet gravibus, quae minime sponsis patefaciebam, coniunxi eos in matrimonio, eorum importuniate pressus atque socordia incuriaque culpabili captus. Itaque mala fide agebam et modo pastoris animarum prorsus indigne Porro agnosco, me in culpa fuisse, quod non statim adivi Curiam Archiepiscopalem (quae prope erat), ne mora longius protraneretur; fore enim istud documentum (documentum nempe quoddam a partibus ipsi oblatum) a Secretario ratum aegre putabam... Verba citata in tabulis matrimonialibus (the consent of each parist prist was obtained from France) addita sunt mea manu, non tempore nuptiarum, sed postea, inquisitione incepta. Nullum igitur valorem ad evidentiam ferunt ».

Haec omnia R. D. Skrimshire ob scrupulos, quibus angitur, iuramenti fide noluit confirmare, attamen sub iureiurando testatus est, se de his omnibus hanc in praesenti *impressionem habere.* Porro ex his deducendum videtur, revera matrimonium hoc initum fuisse absque debita delegatione. Quod maxime confirmatur ex iis, quae Rmus Dnus Monlezun officialis dioecesanus Curiae Parisiensis ultimo scripsit ad Emum huius Sacrae Congñis Praefectum sub die 10 Iunii huius anni. En eius verba: « Iamvero praenotabam usum et quasi legem esse apud nos, ut delegatio, si qua petatur, postuletur a puellae, non a viri Parocho aut Ordinario (ideoque a Parisiensi, non autem a Burdigalensi civitate accepta fuisset illa telegraphica delegatio, quam prius allegaverat Rev. Skrimshire); hinc valde improbabilis delegatio Burdigalensis. Amplius, per modum legis dioecesanae Parisiis quidem, et in multis Galliarum dioecesibus, habetur prohibitio, ne Parochi delegationem ullam concedant, inconsulto Ordinario, ad matrimonia contrahenda in exteris regionibus. Unde in sua depositione Rñdus D. Gaudillon, qui tunc temporis erat primus Vicarius paroeciae Sancti Petri de Montmartre (novit enim Eminentia Vestra primos Vicarios in hac civitate esse universaliter delegatos

ad res matrimoniales) expresse asserit, se *nunquam* dedisse ullam delegationem ad matrimonium contrahendum extra Galliam, et quoad matrimonium Marthae se certissime eam non dedisse. - Interrogatus est R. D. Sobaux Parochus tunc temporis et etiam nunc paroeciae S. Petri de Montmartre; interrogatus est primus eius Vicarius D. Gaudillon, inspecti libri parochiales et indubia responsio fuit, nec banna publicata fuisse, nec ullam delegationem concessam. Quo vero ad archivium episcopale ipse testificatus sum, nullam delegationis mentionem in ea haberi, et, si data fuisset, certe non inconsulto Parocho, et de ea mentio haberetur. Inutile autem fuisset, alios vicarios eiusdem paroeciae interrogare, nam delegationem nec dare possunt, nec dare ausi essent. - Et, ut plenius excludam quamcumque delegationem Parisiensem, nofabo, nos nunquam delegare Londini, nisi Rmum Canonicum Johnson Cancellarium Archiepiscopalem, facta facultate subdelegandi, quum opportunum iudicaverit, alium Sacerdotem. Unde certo certius a nobis nulla concessa fuit delegatio. - Quae animadversio valet etiam pro prae tensa delegatione Burdigalensi. Nam nullus ex parochis aut Ordinariis noverat R. Skrimshire, nec scire poterat coram eo contrahendum matrimonium. Iamvero numquam concessa fuisset delegatio, nisi ad determinatum Sacerdotem vel ad Ordinarium. Porro delegatio data ad Ordinarium Westmonasteriensem expresse excluditur iis, quae refert Rmus Canonicus Johnson, item iis, quae egit R. Skrimshire. - Haec quoad Curiam Parisiensem. Quod vero ad Burdigalensem spectat, haec notanda veniunt ex actis. Habetur expressa et authentica declaratio archivistae asserentis, nullum vestigium extare delegationis quoad praefatum matrimonium. Parochus quidem paroeciae Notre-Dame, defunctus est, ut constat ex depositione eius successoris D.Castaing, qui ulterius declarat nullas publicationes bannorum factas fuisse relate ad matrimonium istud. Quid amplius? »

Ex quibus videtur, matrimonium istud ex defectu non servatae formae Tridentinae, esse nullum et irritum.

VOTUM THEOLOGI. Martha, Parisien, duodeviginti annorum puella, in quadam balnearia statione prope Burdigalam, mensibus aestivis, degens, et Henricus Burdigalae domiciliata, iam duo supra triginta annos natus, dentariae arti deditus, de matrimonio contrahendo consenserunt. At vero, sive quia Henrici maxime intererat matrimonium celebrare extra proprium originis locum (utpote qui, paucis abhinc annis, ob furtum carceribus per quadriennium, Burdigalae, mancipatus fuerat) sive quia Marthae genitor, a genitrice separatus, consensum praevium a lege civili, minorem ob aetatem filiae, requisitum denegaverat; sponsi Londinum recta perrexerunt, ibique coram parocho Ecclesiae dictae *Corpus Christi,* exhibitis quibusdam documentis, praesentique genitrice Marthae cum uno alterove teste necnon officiali civili, vulgo Registrar, die 10 Augusti 1892, matrimonium contraxerunt et absque mora Burdigalam reversi sunt.

Elapsis vero mensibus quatuordecim aut decem et octo, susceptaque prole, Martha rixarum ac duritiei necnon nimiae prodigalitatis mariti pertaesa, clam aufugit et apud genitricem Parisiis sese recepit. Paulo post matrimonium suum, coram tribunali civili formiter accusavit. Tribunal vero, anno 1896, non separationem neque divortium, ut moris est, sed nullitatem (ob consensum paternum denegatum) dicti coniugii illico sententiavit, salva tamen puellulae iam enatae legitimatione. Maritus vero, ob aliud furtum in Phymouth Angliae, antea patratum, ut videtur, et postea detectum, in inclusorio poenali prope Cayenne, ad vicennium relegatus est.

Mulier autem, quae interim a quodam consobrino iudice civili, necnon a quibusdam sacerdotibus, edocta fuerat matrimonium suum Londini celebratum, etiam in foro ecclesiastico, violatam ob legem Tridentinam, irritum haberi, supplicem porrexit libellum, penes Parisiensem Curiam, de nullitate matrimonii sententianda ex capite clandestinitatis.

Quantum ad totius Causae actitationem, sequentia tantum notanda videntur:

Processuales tabulae accuratissime confectae, prout de consueto penes Curiam Parisiensem, prius ad Supremam transmissae fuerant, non solam ob indicationes et contradictiones quoad assertam hinc et denegatam illinc delegationem et iuramenti ex. parte parochi Londinensis omissionem, sed etiam et maxime, ni fallor, ob dubium exortum circa competentiam ipsius Curiae Parisiensis ; sed minus fúndate, meo quidem humili iudicio, quia Marthae, quanquam Actrici, liberum manebat sive coram Burdigalensi propter anterius domicilium, sive coram Parisiensi propter hodiernum a quo secedere non potest, agere de nullitate.

Suprema vero Congregatio processus acta transmisit S. C. Concilii, quae, sub die 8 Maii 1901, post praevium Tabularum examen, suppletorias informationes et investigationes requisivit. Quibus habitis per copiosas ipsius Iudicis Parisiensis animadversiones die 10 Iunii v. a. datas, superest ut, iuxta veneratissimum S. O. V. mandatum, ex prioribus et posterioribus documentis attente, pro modulo meo, perpensis, cuncta quae *pro* aut *contra* clandestinitatis caput congeruntur oculatissimis Vestris deliberationibus submittantur.

Et primo *Actrix,* rite iurata, de respectivo domicilio sciscitata, respondet :

« J'ai toujours habité avec ma mère à Paris. J'étais depuis 4 ans, rue Pierre Piccard, n. 8 » (et proinde paroeciae S. Petri de Montmartre). Nullum ergo dubium circa verum et unicum uxoris domicilium.

De marito vero : « il habitait à Bordeaux même où il était dentiste. A l'époque du mariage, M. Henri demeurait rue de la Faurie-Monbadon, n. 7 ou 9. Il devait habiter là depuis au moins un an. Il avait encore son père et sa mère : ceux-ci demeuraient à *Facture* (oppidulo eiusdem dioec. Burdigalen.) M. Henri avait trente-deux ans ». Non solum ab uno saltem anno, ut ait Actrix, sed a sex annis

Henri commorabatur Burdigalae, iuxta depositionem genitricis eius: «Au moment du mariage, je demeurais à Facture. Mon fils était domicilié depuis plus de six ans à La Faurie-Monbadon (Burdigalae) ». Haud aegre praesumeretur quod misericordissima mater, intra sexennium praefatum - 1886-1892, - quadriennium discrete incluserit 1886-1890, quo durante Henricus propter furtum incarceratus remansit *{Le Nouvelliste de Bordeaux :* 15 maii 1886 - Cour d'assises de la Gironde, actis iudicialibus annexum).

Item, simili desiderio, celandi nempe suam incarcerationem, adscribenda videtur fugax ipsius Henrici responsio. Ille enim, virtute Commissionis rogatoriae rite iuratus et interrogatus a Delegato Vicarii Apostolici Guyanae, circa domicilium suum tempore matrimonii, respondit: « A cette époque j'étais interne étudiant à l'hospice des aliénés à Bordeaux. Mes parents habitaient la campagne ».

Ceterum, in subiecta specie, parvifaciendum est quod maritus aetate longe maior domicilio paterno absolute derelicto, proprium ac verum sibi constituerit Burdigalae domicilium, aut, paterno in oppido *Facture* retento, quasi-domicilium in Civitate habuerit, quum ipse non delegationem parochi domicilii paterni, bene vero parochi Burdigalensis, ut infra dicetur, obtrudere conetur.

Item secundarii nulliusve momenti videtur circumstantia peculiaris, de proposito nempe celebrandi matrimonium in Angliam : quod enim ipsa Marthae genitrix, a legitimo marito iamdiu separata, vitam cum amasio duxerit inhonestam et ideo consensum patris pro nubenda filia (quae forsan non erat ipsius nisi legalis filia) obtinere desperaverit et matrimonium, hac de causa, in Angliam celebrari exoptaverit; aut econtra, quod ipse sponsus, Henricus, pecuniis Marthae inhians, ac timens ne forsan in exhibitione documentorum, ut dicitur, identitatis, patefieret etiam tesserula prioris incarcerationis, seu « le casier iudiciaire », profectum in Angliam enixe expostulaverit : nihil inde, ni fallor, nequidem ab unguiculo, factispecies quantum ad clandestinitatem immutatur.

Age vero, de commoratione in Anglia, Actrix habet : « Nous sommes descendus à Londres dans un hôtel, où nous sommes restés quatre jours. Je ne me souviens pas du nom de cet hôtel. Nous y sommes restés jusqu'au moment du mariage ».

Longiorem fuisse commorationem Maritus asserit, nempe « environ trois semaines, le temps nécessaire pour l'affichage et les pubblications du mariage ».

Commoratio, vel per tres hebdomadas, etiamsi supponatur adminiculata, ut ita dicam, affixione et publicatione bannorum, non poterat, ut liquet, sponsis quasi-domicilium constituere, nec proinde vitium clandestinitatis purgare.

Altera etiam inter partes dissonanza quantum ad effectivam matrimonii celebrationem:

Actrix : « En arrivant à Londres, inquit, nous sommes allés dans une église française. Là, on nous refusa de nous marier parce que nous n'avions aucune des pièces exigées, ni permission de mon père, ni certificat de publication, ni rien en un mot ». Hanc porro maximi momenti circumstantiam maritus reticef, seu rectius negat: « Nous nous sommes mariés dans *la première église* où nous nous sommes présentés, dans l'église du S. Sacrement - (Corpus Christi) ».

Quod vero delegationem canonicam attinet - et ibi proprie verus et unicus cardo difficultatis - e diametro stant hinc maritus, illinc uxor : Haec ait : « Nous nous rendîmes alors (post frustraneum in ecclesia gallica tentamen) à l'église du Corpus Christi. Là, M. Henri *ne présenta qu une pièce* au Curé : c'était *mon certificat d''études.* M. Henri le présenta comme étant mon acte de naissance. Monsieur le Curé, ne sachant pas le français , crut M. Henri sur parole. C'est M. Henri seul qui s'est occupé de la question. *Deux jours se sont écoulés* entre la première démarche faite par M. Henri auprès de M. le Curé du Corpus Christi et le mariage ». Econtra maritus, praecisiori expositione circumstantias longe alias specificat: « Le prêtre se nommait

Skrimsheere. Il ne savait pas le français, mais moi je savais l'anglais, et il y avait un interprète. Du reste, *le Curé qui nous maria ne le fit qu'après avoir donné toutes nos pièces à VArchevêché de Londres, qui exigea la délégation de nos deux curés respectifs,* l'un, celui de mon épouse,* curé de la paroisse de S. Vincent de Paul à Paris, et celui de S. Louis à Bordeaux, *qui le lui envoyèrent. Toutes les pièces étaient en règle* ». Et inferius iterum: « Les bans n'ont pas été publiés, ni à Paris ni à Bordeaux, mais bien en Angleterre; dispense n'a pas été demandée. *La délégation a été donnée par nos deux Curés respectifs* ».

Non una igitur sed duae delegationes habentur in promptu ; et forma Tridentina, si mariti peremptoriis assertionibus plenam fidem adhibere velimus, nedum fraudulenter posthabita, adamussim econtra ac superabunde servata fuit.

Praevias, vero .pertracfationes inter parochum Corporis Christi et Curiam Westmonasteriensis habitas, Actrix ignoravit :

« Je ne sais pas ce que M. Henri et M. le Curé ont pu dire. Je ne me souviens que d'une chose, c'est de la réponse que me fit M. Henri à la question que je lui posai sur la possibilité de nous marier: *Oh!* me dit-il, *ici on arrive à tout avec de Vargent.* - Je ne sais pas si M. le Curé en a référé à l'Archevêché de Westminster. Je ne sais rien sur les démarches qui ont pu être faites ».

Satis cohaerent utriusque responsiones quoad testes qui, cum Parocho Skrimsheere, matrimonio adstiterunt, nempe genitrix Marthae (non audita in iudicio, quia ante processus inchoationem defuncta), le Registrar, et un garçon de café, iuxta Actricem, le propriétaire du restaurant, iuxta maritum.

E testibus rite excussis, seorsim audiendi sunt Parochi quibus attribuitur delegatio, necnon Parochus seu Rector Londinensis, cui consignatum fuisset assertae delegationis documentum (de quibus in paragrapho sequenti), et testes ordinarii qui hanc illamve matrimonii noverunt circumstan-

tiam. Porro, ex horum ultimorum testium depositionibus, certo constat Actricem domicilium habuisse fixum Parisiis in via Pierre Picard apud genitricem suam ; mater viri pariter asserit filium suum domicilium habuisse verum Burdigalae in via Lafaurie-Monbadon; item satis constat [itinerationem in Angliam fuisse paucorum dierum, ad summum unius hebdomadae; item fere omnibus testibus, aliis nescientibus, suasum est nullam unquam delegationem sive a Parochis, sive ab Episcopis expetitam fuisse.

Itaque, ex hucusque reassumptis, in tuto et comperto prorsus evadit :

a) Quod contrahentium uterque verum habuerit in Gallia domicilium :

b) Quod neuter, ante matrimonium, domicilium aut quasi-domicilium in Anglia quocumque titulo, sibi unquam constituerit :

c) Quod, in celebratione matrimonii , ceteris omnibus omissis, permanentia in civitate Londini, etiamsi fuisset ad tres hebdomadas protracta, rationem quasi-domicilii certo certius nullatenus habuerit.

Unica igitur difficultas, scilicet in hac delegatione quam Actrix negat et vir affirmat.

Delegationis, si quae data fuerit, aliquale saltem vestigium reperire est, ita si dici possit, penes terminum *a quo* aut terminum *ad quem :* delegatus etenim metaphysica necessitate delegantem praesupponit.

Et re quidem vera, maritus incunctanter asserit, ut iam notatum est, non unam, sed duas datas fuisse delegationes, nempe tum parochi sponsae, tum parochi ipsius viri. Ast eheu ! talis assertio ore rotundo prolata, duplicis falsitatis illico convincitur : « l'un celui de mon épouse, *curé de St. Vincent de Paul ci Paris* » - porro, sponsa parochiana nequaquam erat £. *Vincentii,* sed *S.. Petri Montis Martyrum,* - « et celui de St. Louis à Bordeaux » - porro, ipse vir domicilium habebat Burdigalae non intra paroeciam *S. Ludovici,* sed *Nostrae-Dominae.* -

Non satis : maritus prosequitur : « l'Archevêché de Londres exigea la délégation de nos deux curés respectifs .... *qui la lui envoyèrent* ». Hinc, sponsi proficiscentes in Angliam dictas delegationes secum non adsportaverant : et proinde in spatio quinque dierum, ut ait Actrix, aut ad summum, unius hebdomadis, ut deponunt testes, aut etiam trium circiter hebdomadarum, ut solus asserit maritus, litterae petitoriae transmissae fuerunt a Curia Westmonasteriensi ad Parisiensem, a Parisiensi ad Parochum (aliunde falso indigitatum), item ad Burdigalensem, et opportunae responsiones tempestive Londinum pervenerunt ! Non obstante, ut dicitur, *la furia francese,* etsi cum *la furia inglese* in casu coniuncta, valde demiranda videtur harum expeditionum celeritas.

Mira pariter Curiae Westmonasterien. exigentia, quippe quae non alterutrius parochi, sed utriusque delegationem requisivit : « l'Archevêché de Londres exigea la délégation de nos deux curés respectifs »; multoque magis miranda distinctio simultanea tum parochi S. Vincentii Parisien., tum Parochi S. Ludovici Burdigalensis, qui delegationem, pro coniungendis sibi non subditis, uno tractu calami dedissent.

Et pro corónide cerebrosarum harumce assertionum, idem maritus superaddit ipsa banna Londini, absque dispensatione, fuisse publicata: « Les bans n'ont pas été publiés à Paris ni à Bordeaux, *mais bien en Angleterre,* dispense n'a pas été demandée ».

Quid vero, de his omnibus, Londinensis ille Parochus praetense delegatus?

Ex huius depositione, seu rectius relatione, Causa quae sat elucebat, iterum tenebris seu saltem nubibus obvolvitur.

Et primo, praelaudatis Parochus, cui nomen Fenwich Skrimsheere, pastorali ministerio iam valedixit et in quodam monasterio, ut videtur, in impenetrabili recessu sese abscondit, ita ut canonicus Curiae Westmonasteriensis Secretarius, non directe, sed per ñdum amicum secreto ligatum, cum ipso, praesenti de causa, communicare potuit.

Insuper, dictus Parochus iuxta Defensoris vinculi interrogationes excussus, a iuramento abstinere voluit, quia sibi reputavit impossibile iurare de factis iamdiu transactis et in sua memoria proinde obliteratis. Unde suas tantum *impressiones* expromere intendit, in quibusdam sat firmas, in aliis satis oscitantes.

Porro Parochus primo matrimonium procrastinandum esse retinebat « propter defectum, inquit, unius necessarii documenti, quod ex parte viri, ut puto, desiderabatur ». Econtra nihil, ut putat, ex alia parte desiderabatur. Exoptatum documentum ipsi, ante matrimonium, oblatum fuit, « de quo tamen haud parum suspicabar, dubium habens sive de genuinitate, sive de validitate eiusdem. Non erat documentum a Curia Episcopali sed, ut puto, epistola, ab amico (Burdigalae?) se affirmante quemdam vidisse presbyterum qui debitam licentiam dederit ».

Haec (et alia de quibus infra) scripsit parochus Skrimsheere sub data 8 Febr. 1900. At longe praecisior fuerat eiusdem responsio anni 1894, quum, ipse circa matrimonium de quo agitur prima vice a DD. Secretario Curiae Vestmonasterien, ex officio interrogatus fuit: « M.Henri a présente una lettre d'un Curé de Bordeaux, laquelle en effet disait simplement que le Curé *consentait* au mariage. La mère de la demoiselle a présenté une déclaration d'un Vicaire de Paris qui disait qu'il ne connaissait pas d'obstacle à ce mariage ».

Consensum parochi Burdigalensis et declarationem Vicarii Parisiensis nequaquam habere rationem delegationis probe novit Parochus Skrimsheere, qui proinde, hac de re, Curiam Westmonastôriensem, *ut videtur,* adivit, quo cito et opportune provideretur: « Une demande, inquit secretarius, a été envoyée de notre Archevêché à l'Archevêché de Paris pour une *délégation formelle, laquelle est venue* en ces mots: Vous pouvez marier mademoiselle. Selon ce que dit ce prêtre, M. Skrimsheere, la demande pour la délégation a été faite par moi (Canon. \V. Johnson, Secretarius) et adressée

à un Officiai de ma connaissance.... Je ne me souviens pas de cette demande, mais il n'est pas étrange que, dans la multiplicité des affaires dont je suis accablé, j'ai pu l'oublier ».

Et firmius adhuc: « Avec la ferme conviction qu'il a de ce que je viens de raconter de sa part, ce Prêtre *affirme très positivement que la délégation nécessaire pour le mariage a été donnée* ». Et hinc est quod, in Regesto parochiali, sub Actu matrimoniali Dufort-Ruffel, expresse mentio facta fuerit : The consent of each parish-priest was obtained from France (i. e. ad litteram : Consensus utriusque parochialis sacerdotis fuit obtentus e Gallia) parce que la délégation envoyée de Paris lui paraissait avoir remédié aux défauts qui se trouvaient dans la lettre et la déclaration ».

Quae omnia, si cum assertionibus mariti supra transcriptis conferantur, primo oculo matrimonium cum una saltem delegatione, et proinde valide, fuisse celebratum maxime suadent.

Primo, inquam, *oculo:* nam si res penitius introspiciatur illico deteguntur incohaerentiae, ne dixerim falsitates.

Re quidem vera, secretarius Curiae Vestmonasteriensis ea refert quae sibi retulit ipse Parochus Skimsheere : « ce que je viens de raconter de sa part », ut hic supra; et exin deducitur Parochum Skrimsheere, circa documenta sibi, ante matrimonium exhibita, haud parum ancipitem, pro sua prudentia, curiam adivisse, et regularem, penes Curiam'Parisiensem expetitam, delegationem expectasse.

Ast, eheu ! hoc prorsus falsum est. Parochus Skrimsheere Curiam minime adivit, nec ab ea quid agendum in casu expostulavit, ut ipse postea fassus est :

« Non obstantibus istis dubiis, licet gravibus, quae minime sponsis patefaciebam, coniunxi eos in matrimonio, eorum importunitate pressus atque socordia incuriaque culpabili captus. Itaque mala fide agebam, et modo pastoris animarum prorsus indigne Porro agnosco me *in culpa fuisse quod non statim adivi Curiam archiepiscopalem, quae prope*

erat, ne mora longius protraheretur ; fore enim istud documentum (litteram scilicet amici Burdigalensis de consensu Parochi) a Secretario ratum, aegre putabam ».

Hinc, falsum pariter quod Secretarius Curiae Vestmonasterien. a Parisiensi, ut primo asseruerat Parochus, expetierit delegationem, falsumque proinde dictae Curiae responsum, quod aliunde, ob formulam nimis insolitam, vix -ac ne vix quidem verisimile videtur.

Et idem Parochus, laudabili sinceritate confessionem suam perficiens, actum matrimonialem in Registris parochialibus, quoad assertam delegationem, spurium esse agnoscit: « Verba citata in tabulis matrimonialibus *{The consent...* ut supra) addita sunt mea manu, *non tempore nuptiarum, sed postea inquisitione incaepta.* Nullum igitur valorem, ad evidentiam, ferunt ».

Nihilo tamen minus nubécula quaedam, ni fallor, perstat adhuc ob aliam memorati Parochi depositionem, videlicet : « Quoad documenta alterius partis, ut puto, mihi erat nulla difficultas »; unde iure praesumi debet alterius partis, id est sponsae, documenta fuisse genuina canonicisque praescriptionibus consona. Actrix quidem asserit unum, ex parte sua, exhibitum fuisse documentum, videlicet « mon *certificat d'études.* M. le Curé, ne sachant pas le français, crut M. Henri sur parole »; ast haec pugnant cum assertione Parochi qui, gallicae linguae haud ignarus, studiorum -attestatum pro baptismali fide aut parochiali delegatione, nequaquam accepisset : « Neque eo tempore, inquit, ignarus fuit idiomatis Gallici ».

Aliunde, iuxta priorem Parochi depositionem oralem, mater Actricis « a présenté une déclaration d'un Vicaire de Paris qui disait qu'il ne connaissait pas d'obstacle à ce mariage »; et hoc eo verosimilius quod primo, ut dicitur, Vicario Parisienses Parochi, ea quae matrimoniorum celebrationem respiciunt, ut plurimum committunt.

Sed haec assertio et praesumptio, contrariis factis exsufflatur, nam: *a)* Sponsi, iter arripientes versus Angliam,

nullam secum, confitente Actrice et marito, delegationem adsportabant ; *b)* iidem, Parisios sub horis antemeridianis adventantes, eadem die, pomeridianis, iterum profecti sunt, teste amica illa Remoiville quae hospitio eos recepit, et proinde dictam delegationem a quopiam Vicario requirere nullatenus potuerunt; c) dato, sed minime concesso, quod revera exhibitum fuerit documentum cuiusdam Vicarii, imo Vicarii paroeciae Sponsae dicentis se matrimonio celebrando nullum cognoscere obstaculum, talis declaratio loco regularis delegationis haberi nequit; *d)* Secretarius Curiae Westm. autumat delegationem expeditam fuisse ab uno ex Officialibus Curiae Parisiensis ; ergo non a quopiam Vicario ; *e)* tandem, parochus Skrimsheere, in sua posteriori declaratione, fatetur se errore ductum, coram Curia sua, ad matrimonium de quo agitur circumstantias applicasse « *quae actu pertinebant ad alias nuptias, quae pariter e Gallia provenerunt* ». Hinc praelaudatum Secretarius Vestmonasterien, meritissime animadvertit, se matrimonii istius affatim nescium, in priori sua responsione ad Officialitatem Parisiensem, assertas delegationis circumstantias retulisse in fide tantum parochi Skimsheere qui eum (inadvertenter aud fraudulenter) deceperat.

Nullum igitur, penes terminum *ad quem,* delegationis vestigium.

Quod si nullum invenire possimus Delegatum, an saltem Delegantem reperiemus? Haec ultima disquisitio , etsi forsan frustranea, paucis tamen verbis absolvi debet.

Actrix, ut iam dictum est, parochialia erat S. Petri de Montmartre. Dictam parochiam ab anno 1890 regit Rev. L. A Sobeaux, qui, formiter excussus: «— Ces questions de mariage, inquit, d'après les règlements diocésains, relèvent du premier Vicaire qui en réfère au Curé, dans les cas importants ou douteux. Si j'ai été mêlé à cette question (de qua disceptatur) cela n'a pu être que parce M. Gandilhon, premier Vicaire, m'aura demandé conseil . . . mais je n'en ai aucun souvenir, je le rejeté. » Et addit: « Je donne très

rarement des délégations pour l'étranger, et par conséquent pour Londres. Je me rappelle cependant en voir donné une pour un cas complètement étranger au cas présent ».

Ex ista Parochi depositione non potest, ut patet, affirmari delegatio, sed etiam non potest, ni fallor, absolute negari quippe quae forsan a Primo Vicario data fuit. Hunc ergo, de puncto substantiali omissis aliis minoris momenti, audiamus oportet; ipsius enim depositio prorsus peremptoria est : « Pendant les dix-sept ans où j'ai été Premier Vicaire, *je n ai jamais donné de délégation pour l'étranger.* Je n'en ai jamais demandé à mes différents Curés. Donc, *je n en ai certainement pas donné* pour le mariage de quo agitur ».

Perquisitis insuper, et quidem haud semel, Libris parochialibus matrimoniorum, in comperto evasit nullam in paroecia S. Petri factam fuisse publicationem et registrationem, nullamque datam in themate delegationem.

Et haec satis quantum ad parochum Actricis. At vero ipsamet Curia Parisiensis delegationem, ut innuit maritus, directe forsan transmiserit? Haec etiam dubietas tollitur ex facto quod, perquisitis Archiviis Curiae, nullum delegationis vestigium pro matrimonio hoc detegi potuerit.

Ultimo tandem gressu transeamus Burdigalam.

In antecessum duo veniunt notanda, quibus via praecluditur cuilibet assertae Burdigalensi delegationi, videlicet: *a)* Maritus incunctanter allegat delegationem Parochi S. Ludovici : porro ipse, domiciliatus, ut dictum est, in via Lafaurie Monbadon, parochianus erat aliae paroeciae, nempe de Notre-Dame. Ecquis admitteret parochum S. Ludovici quampiam dedisse delegationem pro viro sibi non subdito? Quodsi, ex absurda suppositione, dederit, quid huiusmodi obreptitia delegatio valere potuerit? *b)* Ex praxi, iamdiu et fere ubique Galliarum receptissima, delegatio, si quae petatur, non a Sponsi, sed a Sponsae parocho aut Ordinario proprio conceditur.

Nunc autem pressius :

Curia Burdigalensis rite testificat « n'avoir découvert aucune trace de délégation donnée par l'Archevêché pour ce mariage.

Parochus paroeciae Notre-Dame, ven. Guicheteau ad superos evolavit, sed eius Successor, perquisitis libris parochialibus, deponit quod dicti libri *« ne portent aucune trace* de ce mariage futur ». Haud certe mirum nullum ibi reperiri vestigium, siquidem, teste marito, paroeciae alteri delegatio expetita fuisset.

Accedit insuper, tum contra Burdigalensem tum contra Parisiensem commentitiam delegationem, praxis quae pluribus in Galliarum dioecesibus obtinet (et in quibusdam imponitur vi Statutorum synodalium) cuius virtute Parochi delegationem ad matrimonia contrahenda in regionibus exteris (et multo minus delegationem *indeterminatam,* ut in casu) nunquam, inconsulto Ordinario, concedunt.

Compendiatim : *Actrix* rite iurata quampiam delegationem expetitam fuisse aut obtentam denegat, eiusque denegationem Testes propria suasione corroborant.

Maritus econtra in medium proficit non unam sed duas delegationes, quas tamen, si ex absurdo datas fuisse supponamus, nullius esse roboris indubium est.

Parochus *ad quem* priores suas narratiunculas, oretenus prolatas, et reapse erroneas - ne durius usurpem verbulum - postea retractat, etsi non iuratus, et praecise interventum Curiae, e quo unica pendebat istius Causae difficultas, revera nullum adfuisse humiliter confitetur.

Parochus *a quo,* seu proprius Sponsae, delegationem asserit nec datam nec expetitam fuisse.

Parochus *a quo,* seu proprius Sponsi, nullum in Registris vel ipsius matrimonii reperiit vestigium.

Neutra *Curia propria* delegationem dedit. Ceterum non graviter obstare potest, ni fallor, quod testimonium septimae manus in casu sit mancum quantum ad veridicitatem Actricis aut Rei : in hac enim factispecie non agitur, ut patet, de quodam impedimento secreto solis coniugibus noto,

sed de impedimento externo, legali, sub ratione facti existentis aut non existentis, quod proinde independenter a veracitate aut honestate Actoris vel Actricis demonstrari potest ac debet.

His igitur accurate, pro modulo meo perpensis, quum nulla, ne minima quidem, adsit dubietas tum de utriusque coniugis in Gallia domicilio, tum de nullo domicilio vel quasi-domicilio Londinis acquisito, tum de nulla delegatione a Parocho aut Ordinario proprio data, concludendum censeo, non obstante gravi deficientia Actorum, nempe omissione iuramenti ex parte Parochi Londinensis testis praecipui : *Constare de nullitate matrimonii in casu ex capite clandestinitatis.*

ANIMADVERSIORES DEFENSORIS MATRIMONII EX OFFICIO. Martha Parisiensis, nullitatis accusat, ex capite clandestinitatis, matrimonium quod die 10 aug. 1892 contraxit cum Henrico, Burdigalensis dioecesis. Accusationis, autem, causam dat, quod matrimonium initum sit Tondini, in ecclesia Corporis Christi, coram parocho Skrimshire, qui neutrius erat parochus proprius nec ab alterutro ex respectivis sponsorum ordinariis vel parochis delegationem acceperat.

Porro, si Martha vera referet, nil, certe, foret excipiendum ; hodie namque, post Instruct. S. O. 14 decembr. 1859, explorati iuris est decretum tridentinum *Tametsi* directe afficere nedum territorium sed etiam personas ; atque ideo urgere etiam in locis ubi non est promulgatum, quoad personas quae eidem decreto subiiciuntur, quaeque in dictis locis nec domicilium habeant nec quasi domicilium.

Sed verene constat sacerdotem Skrimshire, dum praefato matrimonio adsisteret, nulla idonea delegatione praeditum fuisse? Res est, ut patebit ex mox dicendis, saltem, dubia, atque ideo fit locus recepissimo axiomati, *in dubiis standum est pro valore matrimonii.* « Tolerabilius est, enim, ut ait Innoc. III *(Cap. 47, De testibus et attesi.),* aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra statuta Domini separare ».

Tota quaestio, ut innui, versatur, in casu, circa factum delegationis. Iamvero hoc factum probatur sequentibus testimoniis. Sponsus iuratus deponit: « Nous nous sommes mariés. . . . . dans l'église du Saint Sacrement . . . . Le curé qui nous maria ne le fit qu'après avoir donné toutes nos pièces à l'archevêché de Londres, qui exigea la délégation de nos deux curés respectifs. . . . . . La délégation a été donné par nos deux curés respectifs ». Parochus Skrimshire, qui nuptias benedixit, interrogatus ex officio a secretario Curiae Vestmonasterien., anno 1894, respondit: « Monsieur Henri a présenté une lettre d'un curé de Bordeaux laquelle en effet disait simplement que le curé *consentait* au mariage. La mère de la demoiselle a présenté une déclaration d'un Vicaire de Paris, qui disait qu'il ne connaissait pas d'obstacle à ce mariage ».

« Vu que ni la lettre ni la déclaration susdite paraissait être une délégation canonique, une demande a été envoyée de notre Archevêché à l'Archevêché de Paris pour une délégation formelle , laquelle est venue en ces mots : *Vous pouvez marier Mademoiselle Marthe-».* His praedictus secretarius adiungit : « *Avec la ferme conviction* qu'il a de l'exactitude de ce que je viens de raconter de sa part, ce prêtre *affirme très positivement* que la délégation necessaire pour le mariage a été donné. Il a ajouté à l'acte de mariage les paroles: *le consentement des deux curés a été obtenu de la France,* parce que la délégation envoyée de Paris lui paraissait avoir remedié aux défauts qui se trouvaient dans la lettre et la déclaration dont j'ai fait mention ». Quoad autem parochi Skrimshiremoralitatem, idem secretarius scribit Praefecto Apostolico Cayennae : « ce prêtre .est parti de l'Angleterre en 1898, et s'est retiré (je crois) dans un monastère, ou maison religieuse ou ecclésiastique où il vit très saintement ».

« Quae omnia, ut utar verbis eximii consultoris theologi, si cum assertionibus mariti, conferantur, matrimonium,

cum una saltem delegatione, et proinde valide, fuisse celebratum maxime suadent ».

Non ita tamen definitive concludit laudatus theologus, cui concordat cl. consultor canonista: putant scilicet praedicta testimonia aliis gravioribus testimoniis prorsus elidi, ac proinde, deficiente delegatione, matrimonium de quo agitur nullitate laborare. Quo circa, omissa depositione actricis, de cuius veracitate haud immerito suspicantur, nituntur attestationibus Curiae Parisien, et Curiae Burdigalen, nec non novae depositioni in scriptis datae a parocho Skrimshire.

Et quod attinet ad Curiam Parisien., allegant I° testimonium parochi Marthae et primi eiusdem parochi vicarii asserendum nullam, in casu, delegationem ab eis datam esse. Verum hoc testimonium ad rem non pertinet ; hic enim agitur de facultate directe concessa a Curia Parisien. Curiae Vestmonasterien. Allegant 2° epistolam Revmi Monlezum officialis dioecesanus Curiae Parisien, ad Emum S. C. C. Praefectum, in qua dicitur nullam ab ea Curia dari delegationem Londini « nisi Revmo Can. Thonson Cancellario Archiepiscopali, facta facultate subdelegandi ». At delegatio, in casu, iuxta depositionem sacerdotis Skrimshire, praecise dicto canonico data fuisset. Hic autem quin eam expresse excludat, ut dicta epistola insinuât, eam facile admittit.

Quod autem additur in eadem epistola, nullum in curiae archivio vestigium inveniri huius delegationis, non est sufficiens argumentum ad exsuffiandam depositionem testis *auctorizabilis* , prout est, quoad matrimonium, parochus, praesertim cum testis huiusmodi, ut in casu, vitae sanctitate commendetur.

Adhuc minus valent attestationes Curiae Burdigalen. Siquidem, ex hac parte, sacerdos Skrimshire citat dumtaxat « une lettre d'un Curé de Bordeaux, - parochus sponsi - laquelle en effet disait simplement que le Curé *consentait*

au mariage ». Qui, tamen, parochus Burdigalen. - solus testis competens in casu - cum, paullo post, vita functus sit, non potuit in praesenti iudicio interrogari.

Allegant, demum, praedicti eximii consultores , novam depositionem sac. Skrimshire ab eo in scriptis datam a. 1900, quae videtur opponi supra relatae eiusdem sacerdotis depositioni an. 1894, eamque destruere. Verum si consideretur hanc novam depositionem plenam esse haesitationibus ; datam esse octavo post anno a matrimonii celebratione; sacerd. Skrimshire noluisse eam iurare - je trouve impossible de jurer -; ita illum deposuisse dum scrupulis graviter agitaretur, et ab omnibus latitaret, uno excepto intimo amico quo mediante potuit haberi dicta depositio, facile cuique patebit scripturam huiusmodi aliud non esse quam infirmae mentis fìgmentum, atque ideo nihil valere contra primam firmam, claram et sibi cohaerentem depositionem, factam vix biennio a nuptiis elapso, et cum deponentis animus perfecto usu suarum facultatum frueretur.

Ex quibus omnibus sequitur, ni fallor, quod mox dicebam, delegationem, in casu, sin certam saltem probabilem esse, ac proinde de validitate matrimonii, de quo agimus, iuxta supra enunciatum principium, *in dubiis standum est pro valore matrimonii,* haud esse ambigendum.

Hisce praenotatis propositum fuit enoJandum

Dubium

An constet de nullitate Matrimonii ex capite clandestinitatis in casu.

RESOLUTIO. Sacra C. C. re disceptata sub die 1 Martii 1902 censuit respondere: *Affirmative.*

LISBONEN. Summarium quaestionum quae S. Congregationis Concilii iudicio subiectae fuerunt die 14 Decembris 190! (I).

I. *Utrum Missae conventuales, etsi duae vel tres occurrant, semper cantari debeant in Patriarchali Ecclesia Lisbonensi? (Bestr. facti et iuris §§ 4 ad 11 et 13)* (2).

Et quatenus *negative:*

a) Utrum in Missis conventualibus lectis liceat interventus Clavigeri et Ceroferariorum? *(Restr. §§ 15 ad 20)(3).*

b) Utrum in iisdem Missis conventualibus lectis liceat calicem et Missale praedisponere super altare, atque illum, Missa nondum expleta, ab altari removere? *(Restr. § 23)*(4).

c) Utrum in iisdem Missis conventualibus lectis permissus sit usus pelvis et urceoli ex argento, uti in episcopalibus ? *(Restr. §§ 24 ad 27)* (5).

d) Utrum iisdem intervenire possit Sacerdos, qua Caeremoniarum magister, vel qua Assistens, vel qua inserviens, loco inseryientis ? *(Restr. §§ 28 ad 32) (6).*

Et quatenus *Affirmative:*

a) Utrum in Missis conventualibus simpliciter cum cantu sine ministris permissus sit interventus Ceroferariorum, atque Clavigeri in Missis solemnibus cum ministris? *(Restr. % 16)* (7).

(1) Monitum : hoc Volumine XXXIV. 289 iam relata fuit quaestio enodanda super consuetudine in re liturgica.

(2) Singulis Summarii quaestionibus, S. C. Congregationis iudicio subiectis, heic opportunum iudicamus responsum apponere, d. d. 14 Decembris, et Constitutionibus Pontificiis vel Rubricis vel Decretis S. R. Congregationis munire: ut generale responsum « *Servetur ius commune, Rubricae et Decreta S. R. Congregationis* », a S. C. Congregatione exhibitum omnibus singulisque propositis quaestionibus, particulare quodammodo evadat, quidque in praxi tenendum sit apprime innotescat. Itaque sit ad primam propositam quaestionem responsio: *Affirmative.* Constat ex Const. Benedicti XIV *Cum semper oblata:* ex auctoritate Quarti, *p. I, tit. 3, sect. 1, dub. i:* Pasqualigo, *q. 882;* De Herdt, *Prax. Capit. Cap. XXVII, § 5 ;* Ferraris, *Bibl. Can.* ad voc. *Canonicus, art.* V, *n. 66 et seq.* Ex Decr. S. R. Congregationis, n. 404 ad 3, 431 ad 2 et 3, 603, 970 ad 4, 2960 ad 4, 3597 ad 6, 3627 ad 2, 3722 ad 4, 2331 ad 11, 552, 2427 ad VII, 691, 292, 480, 925, 1819, etc.

(3) Provisum in prima responsione negativa.

(4) Provisum pariter ut supra.

(5) Item provisum ut supra.

(6) Item provisum ut supra.

(7) *Negative ad utrumque.* Constat ex Conc. Trid. *Sess. XXII, De dbserv. in celebr. Missarum ;* ex Const. Pii Pp. V *Quo primum* Missali praemissa, et

b) Utrum in Missis conventualibus, vel cantatis vel solemnibus, licitus sit usus pelvis et urceoli ex argento? *(Restr. §§ 24 ad 27} (I).*

II. *Utrum tolerari debeant privilegia, quae sibi arrogat Capitulum Patriarchale in usu Insignium, in exercitio Pontificalium, in servitio chori et altaris, et iii specie:*

a) Usus Mantelleti : usus Insignium choralium *singulariter* , non *capitu la r iter,* extra Ecclesiam et Dioecesim *(Restr. § 44, Ephem. Lit. an. 1901, n. 1, dub. VI, pag. 40)* (2).

b) Usus caligarum, sandaliorum, et chirotecarum ex auro et argento ornatorum, mitrae pretiosae et ex damasceno : gremialis, palmatoriae: ritus praegustationis panis et vini: assistentia Beneficiati pluviale induti: *Pax vobis* pro *Dominus Vobiscum,* et trina benedictio in Missis, Vesperis et Laudibus, pontificaliter celebratis *(Restr. loc. cit. Ephem. Lib. n. 1, pag. 31)* (3).

c) Celebratio Pontificalium extra Ecclesiam patriarchalem, sine assistentia Capituli, et celebratio Pontificalium pro defunctis *(Restr. loc. cit. Ephem. Lit. n. 1, pag. 36 et 39)* (4).

d) Usus faldae, Patriarchae propriae, pro Dignitatibus Capituli *(Restr. loc. cit. Ephem. Lit. num. 1, pag. 37)* (5).

ex Rubricis, quae de ritibus praefatis altum silentium servant in casu, dum Ceroferarios exigunt in solemni, atque implicite utrumque ritum in simpliciter cantata respuunt.

(1) Negative. Constat ex Rubricis Missalis *Tit. XX* De praep. altaris, *tit. VII, n. 10:* ex Decretis, n. 2310 ad 4, 1131 ad 21, 2624 ad 11 in fine.

(2) *Negative in omnibus.* Constat ex Bulla *Quamvis aequo* et ex Brevi *Iam inde ab anno,* Lisbonensium Canonicorum privilegia moderantibus ; ex Decr. Executoris ipsius Brevi *Iam inde ab anno,* quod et de mantelleto penitus silet, et alia Insignia concedit Canonicis dum capitulariter incedunt *tantum.* Item ex Decretis S. R. Congr. 2579, 2578 ad 2 ex tribus dubiis additionalibus, 3104 ad 12, 3784 ad 3.

(3) *Negative in omnibus.* Constat ex Breve Pii Pp. IX, 1855, quae Insignium privilegia tribuens Dignitatibus Lisbonensibus, eadem limitat, iubetque ut *servanda serventur;* ex Decr. S. R. Congr. 2418 ad V, 1, 5, 8; 1131 ad 8; ex auctoritate Bauldry, Catalani, De Herdt, in sua *Prax. ponti f. tom. 1, n. 51, lit. a;* ex Decr. Roman. Pontificum, n. 2624 ad 4, 8 et 16; 2418 ad 1, 4, 5, 6, 7 et 8; 1728 ad 3 et 10 ; 3765 ad 1, 2 et 3.

(4) *Negative ad utrumque.* Constat ex Decr. S. R. Congr. 2418 ad 11 ; 1131 ad 5; 1728 ad 2; 2624 ad 12 et 13.

(5) *Negative,* ex Decr. 2624 ad 4, 5 et 8.

e) Usus ornamento-rum pontificalium et faldae in processionibus, etiam extra Ecclesiam, in benedictionibus Candelarum, Cinerum, Palmarum et Fontis, in administratione Baptismi, et in aliis functionibus Ecclesiasticis *(Restr. loc. cit. Ephem. Lit. n. 1, pag. 38)* (1).

f) Sacrorum Oleorum benedictio, ab Archiepiscopo Auxiliari, Vicario Gen., peracta in Missa privata, in sacrario cum imminuto Diaconorum et Subdiaconorum numero et absque assistentia Canonicorum *(Eph. Lit. n. 1, pag. 42 et 51)* (2).

g) Delatio caligarum et sandaliorum ad Patriarcham, in Missa pontificali, per Beneficiatum cruciferum, loco Canonici subdiaconi ministrantis, qui nec assistat dum familiaris sandalia induit Pontificantem *(Restr. loc. cit. Ephem. loc. cit. pag. 44)* (3).

h) Usus annuii cum gemma in Missa privata et solemni *(Restr. loc. cit.; Ephem. Lit. loc. pag. 44)* (4).

i) Loci in choro assignatio pro Archiepiscopo Vicario Gen. et Episcopis aliis praesentibus a cornu Epistolae *(Restr. loc. cit.; Ephem. Lit. loc. cit. pag. 46)* (5).

k) Accessus laicorum virorum et mulierum in presbyterio, imo in chori subselliis, tempore sacrarum functionum *(Ephem. Lit. loc. cit. pag. 47)* (6).

l) Celebratio Missae de Aurora, in Natali Domini, hora decima diei, sine cantu, vel cantata ad horam secundam post mediam noctem *(Ephem. Ut. loc. cit. p. 48)* (7).

(1) *Negative in omnibus.* Constat ex Decr. 2624 ad 8, quod ornamenta in casu adhibenda decernit et non alia iuxta num. 5. Item ex Decr. 2060, 1131 ad 17; 1163 ad 17.

(2) *Negative in omnibus.* Constat ex Decr. 3359 et 244; ex Rubrica Pontificalis, quae vult et supponit Missam pontificalem et non privatam : ex Decr. 3044 ad 2; 210 ad 1 ; 159, 1225, 1896, 3984, 236.

(3) *Negative.* Constat ex Caeremoniali Episc. *lib. II, cap. VIII, n.* 7; ex Decr. 4015 ad 2, et 9 ad 14; 3228 ad 3.

(4) *Negative.* Constat ex Decretis 483, 536, 2907 ad 5; 2079 ad 8, 3218, 3580, 3820, uti ex aliis, 2583 ad 6, 2805 etc.

(5) *Negative.* Constat ex auctoritate De Herdt *Prax Pontif. tom. I, n. Hi, a);* ex Decretis 2447 ad 1, 1886 ad 1, 442 ad 1, 444, 790, 1046, 1109, 2064, 3214; item ex Caerem. Episc. *lib. I, cap. 13, n. 9.*

(6) *Negative.* Constat ex Caerem. Episc. *lib. I, cap. 11, n. 12, et cap. 13, n. 13;* ex Decretis 157, 1258 ad 2, 3388 ad 4, 275, 1288, 1792, 1838 ad 1, 1849, 2462, 175, 802, 1593, 3549, etc.

(7) *Negative.* Constat ex Rubrica Missalis *tit. 15, n. 4;* item ex Decretis 2631 ad 1, et 2778 inter se conferendis.

m) Organi sonitus in feriis IV, V et VI maioris hebdomadae *(Ephem. Lit. loc. cit. pag. 50)* (1).

n) Vesperarum in choro recitatio dimidia hora post meridiem, et in solemnitatibus anticipatio Matutini et Laudum ad horas pomeridianas praecedentis diei *(Restr. pag. 47, § 44)* (2).

o) Inclinatio, genuflexionis loco, in ultimo circulo Missae Pontificalis, extante sacramento super altari *(Restr. loc. cit.; Ephem. loc. cit. pag. 51) (3).*

p) Omissio Missae de requie, prima die mensis non impedita, psalmorum poenitentialium et gradualium, et officii parvi Beatae Mariae V. *(Restr. loc. cit.; Ephem. Lit. loc. cit. pag. 52)* (4).

q) Usus formalii *(Restr. loc. cit.; Ephem. Lit. loc. cit. pag. 52)* (5).

r) Usus Rocheti cum mozzetta dum assistunt privatae Ordinarii Missae *(Ephem. Ut. loc. cit. pag. 50)* (6).

s) Thurificatio, unico ductu, ad Beneficiatus sacris vestibus et pluviali indutos *(Ephem. Ut. loc. cit. pag. 51)* (7).

t) Expositio solemnis SSmo Sacramento in Ostensorio ad ostiolum Tabernaculi *(Ephem. lÀt. loc. cit. pag. 51)* (8).

u) Processio in ipso presbyterio post cantum Tertiae, occasione qua Ordinarius Pontificalia peragit *(Ephem. Lit. loc. cit. pag. 53)* (9).

(1) *Negative.* Constat ex Caerem. Episc. *lib. I, cap. 28, n. 2 ;* ex Decretis 3804 ad 2, et 4044 ad 1.

(2) *Negative.* Constat ex Instit. 24 Bened. XIV, ex omnium Moralistarum auctoritate, item ex Decretis S. C. R. 2604, 2834 ad 1, 64, 67, 71, 3340, et ex Bened. XIV de Synodo dioec. *Lib. 13, cap. 9, num. 13.*

(3) *Negative.* Constat ex Caerem. Episc. *Lib. I, cap. 21, n. 3;* et ex praxi omnium Ecclesiarum.

(4) *Negative.* Constat ex Bulla S. Pii V *Quod a nobis,* Breviario praemissa, ex Rubricis gener. Missalis tit. V, n. 1, uti et ex pluribus Decretis S. R. Congregationis, 1154, 2657, 3129, 2928, 3856 ad 1 etc.

(5) *Negative.* Constat ex Caerem. Episc. *Lib. I, cap. 7, n. 1;* item ex Decr. S. R. Congregationis 2425 ad 9.

(6) *Negative.* Constat ex Decr. S. R. Congr. 3804 ad 1.

(7) *Negative.* Constat ex Decr. S. R. Congregationis 3280, 2049 ad 20.

(8) *Negative.* Constat ex consuetudine omnium Ecclesiarum, et ex Caeremoniali Episc. *lib. II, cap. 33, n. 24, 27 et 33.* Conf. De Herdt *Prax. Pontif. loc. cit.*

(9) *Negative.* Constat, ex Decr. 3228 ad 1.

v) Usus talaris violaceae in Caeremoniarum magistris, cum functiones dirigunt ad Capitulum non pertinentes et extra Cathedralem (1).

x) Recusatio assistendi Archiepiscopo Auxiliari Vicario Generali in functionibus episcopalem ordinem requirentibus, et pro Emo Patriarcha celebrandis *(Ephem. Lit. loc. cit. pag. 51)* (2).

y) An generatim Decretum *Romanorum Pontificum, n. 2624,* applicari omnibus in suis partibus debeat Canonicis Patriarchalis Lisbonensis quod attinet usum Pontificalium, usu tantum faldistorii excepto, ex Breve Pii Pp. IX *Exinde ah anno* (1855) illis permissu *(Ephem. Lit. loc. cit. pag. 30)* (3).

III. *Utrum statutis Capitularibus standum sit, etiam circa eas partes quae sunt contra ius commune (Restr. facti et iuris % 12)* **(4).**

IV. *An confirmari, an revocari debeat Decretum E~n Patriarchae, datum die 5 Februarii 1898 (Restr. §§ 33 et 36)* (5).

(1) *Negative.* Constat ex Decreto 2310 ad 3, et 2611 ad 12; item ex S.R.C, responso ad 2 ex dubiis propositis quoad habitum choralem Magistri Caeremoniarum d. d. 3 Apr. 1900 pro Dioec. Vicen.

(2) *Negative.* Constat ex Decr. 3984 ad 1 et 2, 159, 236; item ex recto sensu, cum archiepiscopus enim Emi Patriarchae vices gerit.

(3) *Affirmative.* Constat ex ipso Decreto Gen. *Romanorum Pontificum,* n. 2624, cit., quo Pius Pp. VII voluit *opportune praefinire quidnam iuris inducant Missae et Pontificalium usus, aliaque id genus Insignia, quibus piacuit Apostolicae Sedi. . . . .quaedam Canonicorum Collegia cohonestare.*

(4) *Negative.* Constat ex responso S. C. Concilii d. d. 14 Decembris 1901 *« Serventur ius commune, Rubricae et Decreta S. R. Congr.* »; adeo ut quod in statutis Capitularibus contra ius commune reperitur, *nullum sit et irritum,* neque ad illud exequendum Chorales ullo pacto adstringi possint, etsi ipsi statuta *iur er ando* servare promiserunt *(Decretal. Lib. II, tit. XI, cap. I in Sexto).*

(5) *Negative ad I. Affirmative ad II.* Constat eodem responso S. C. Concilii, quo *edicitur servandas Rubricas et S. R. C. Decreta.* Atqui Decreta S. R. Congregationis exigunt, ut neque Canonici, neque Ordinarii dubia circa servitium chori, seu liturgica, *résolvant,* contra id quod Decretum Emi Patriarchae statuit, sed ad eandem S. Congr. *recurrendum* (Decr. 2621 ad 1, 179 ad 1, et 2425 ad 14); ergo. 2. Decreta item exigunt, ut Caeremoniarum magistris chorales omnes obediant in actu functionum (Decr. 2578 ad 10, 3611 ad 7), contra id quod Emus Patriarcha in praedicto Decreto decernit, ut nempe Caeremoniarum Magistri Choralibus dignioribus subiiciantur ; ergo. 3. Rubrica item Caeremonialis Episcoporum exigit, ut Capitulares omnes caeremoniarii s in his quae spectant divinum cultum sine contradictione obediant *(Lib. I, cap. V, n. 5),* contra id quod Decretum dictum Emi Patriarchae praescribit; ergo.

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

DUBIUM quoad validitatem absolutionis ob defectum iurisdictionis.

Statuta archidioecesis Mechliniensis et dioecesis Tornacensis haec habent:

1. « Nemo, praeter confessarium tum ordinarium, tum extraordinarium, sacramentalem confessionem religiosarum quarumcumque in communitate viventium, in monasterio valide excipere potest absque praevia Ordinarii facultate.

2. Monialium quae per aliquot dies extra monasterium versantur, confessiones audire potest in ecclesiis, etc., quilibet confessarius pro utroque sexu approbatus ».

Ita, ad litteram statuta Tornacensia, Mechlinensia autem fere idem sonant, nisi quod, in altero articulo, pro *per aliquot dies,* ponunt *ad tempus.*

His positis,

Titius ab Episcopo Tornacensi litteras accipit quibus approbatur ad confessiones excipiendas *personarum utriusque sexus, non tamen religiosarum.*

Dum in publica ecclesia confessarii munere defungitur, fidelibus reliquis se adiungit .Soror quaedam, ut aiunt, pertinens ad communitatem civitatis in qua Titius excipit confessiones, sed ad horam egressa e suo monasterio ad aliquod negotium componendum. In pluribus enim Institutis, integrum est Superiorissae facultatem facere exeundi per diem. Titius, audita confessione, absolvit sororem illam.

Postea autem dubitare coepit utrum valide impertient absolutionem, an contra, defectu iurisdictionis, nulla sit haec absolutio. Cum autem huiusmodi casus facile iterari possint, et, pro valore vel nullitate talis sacramentalis iudicii, variare debeat officium inquirendi de conditione religiosarum quae in ecclesia publica accesserint ad confessarium, ideo suppliciter (orator) adit Eminentiam Vestram, quatenus dubium sequens solvere dignetur: Utrum Titius, in casu, valide absolverit praedictam religiosam, an caruerit requisita iurisdictione?

Quod si invalide absolverit, quomodo se in posterum gerere debeat si inter poenitentes animadverterit monialem ; id est, qua cura interrogare debeat de adiunctis in quibus versetur accedens *Soror?*

S. Poenitentiaria ad praemissa respondet: Ratione habita prioris statuti, Titium valide absolvisse: quoad interrogationes vero faciendas, nisi prudens suspicio suboriatur quod poenitens illicite apud ipsum confiteatur, posse confessarium a supradictis interrogationibus abstinere.

Datum Romae, in Sacra Poenitentiaria, die 7 februarii 1901.

B. POMPILI, S. *P. Datarias.*

A. CELLI *S. P. Subst*

LETTERA APOSTOLICA del Santissimo Signor Nostro Leone, per divina Provvidenza Papa XIII, a tutti i Patriarchi, Primati, Arcivescovi e Vescovi del mondo cattolico.

LEONE PAPA XIII.

Venerabili Fratelli
Salute eoi Apostolica benedizione

Pervenuti all'anno vigesimoquinto del Nostro ministero apostolico, e meravigliando Noi stessi del cammino in mezzo a cure ardue e incessanti percorso, Ci sentiamo naturalmente tratti ad innalzare il pensiero a Dio benedetto, che volle concederci fra tanti beneficii anche una diuturnità di Pontificato che novera appena qualche esempio nella storia. Al Padre di tutti, a lui che tiene in sue mani il segreto della vita salga quindi, come un vivo bisogno del cuore, l'inno del ringraziamento. Certo pupilla umana non può penetrar tutto il consiglio divino sopra così protratta e punto sperata longevità, e Noi qui non possiamo che adorare in silenzio; una cosa però ben sappiamo, ed è che, se gli piacque e gli piace di conservare ancora questa Nostra esistenza, C'incombe un obbligo altissimo, di vivere cioè al bene e all'incremento dell'immacolata sua sposa la Chiesa, e di non isgomentarci dinanzi alle sollecitudini e alle fatiche, consacrando ad essa fin quest'ultimo avanzo delle Nostre forze.

Dopo siffatto tributo di doverosa riconoscenza al Padre nostro che è nei cieli, a cui sia gloria ed onore in eterno, ben Ci torna grato di rivolgere il pensiero e la parola a voi, o Venerabili Fratelli, chiamati dallo Spirito Santo a reggere elette porzioni del gregge di Gesù Cristo, e che per ciò stesso partecipate con Noi alle lotte e ai trionfi, ai dolori e alle gioie del ministro pastorale. No, non Ci cadranno mai dalla memoria le prove molteplici e preclare del religioso ossequio che Ci veniste porgendo lungo il corso del Nostro Pontificato, ripetute con gara amorevole nella congiuntura presente. Stretti a voi intimamente per debito d'uffizio e paternità d'affetto, oltremodo gradite Ci giungono coteste devote testimonianze vostre, non tanto per ciò che s'attiene alla Nostra persona, quanto per l'alto

significato che assumono di adesione a questa Sede Apostolica centro e perno di tutte l'altre Sedi del mondo cattolico. Se mai fu d'uopo che si tenessero gelosamente congiunti in carità reciproca, in medesimezza di pensieri e propositi, così da formar un sol cuore ed un'anima sola, tutti i gradi gerarchici della Chiesa, ciò è più che mai necessario ne'tempi che corrono. Chi può infatti ignorare quanto larga cospirazione di forze avverse miri oggidì a rovesciare e sperdere la grande opera di Gesù Cristo, tentando con una pertinacia che non conosce confini di distruggere nell'ordine intellettuale il tesoro delle celesti dottrine, e sovvertire nell'ordine sociale le più sante, le più salutifere istituzioni cristiane? Ma già Voi stessi queste cose ogni dì toccate con mano, Voi che ci avete più volte manifestato le vostre preoccupazioni ed angoscie, lamentando la colluvie di pregiudizi, di falsi sistemi e di errori che si van propagando a man salva in mezzo alle moltitudini. Quante insidie si tendono ovunque alle anime credenti! Con quanti impedimenti si cerca tutto giorno di affievolire e render possibilmente nulla l'azione benefica della Chiesa ! E intanto, quasi per aggiungere al danno lo scherno, rivolgesi sulla stessa Chiesa l'accusa di non saper ripigliare l'antica virtù e infrenare le torbide ed invadenti passioni che minacciano ogni estrema rovina.

Ben vorremmo intrattenervi, o Venerabili Fratelli, di argomento più giocondo e che meglio armonizzasse con la lieta occasione che Ci muove a parlarvi. Ma noi comportano nè le gravi pressure della Chiesa che dimandano istantemente sollievo, nè le condizioni della società contemporanea, la quale per l'abbandono delle grandi tradizioni cristiane, se molto già si travaglia moralmente e materialmente, a peggio s'incammina, essendo legge di Provvidenza, confermata dalla storia, non potersi scalzare i grandi principii religiosi, senza sommuovere le basi del prospero vivere civile. Fra tali condizioni, a rifornire opportunamente gli animi di lena, di coraggio, di fede, giova il considerare nella sua genesi, nelle sue cause, nelle svariate sue forme, la guerra che arde ai danni della Chiesa, e rilevarne le funeste conseguenze, e additarne i rimedi. Onde, pur richiamando quanto altre volte fu detto, suoni alto la Nostra paróla, e non soltanto ai devoti figli della cattolica unità, ma ai dissidenti altresì, ed anco ai miseri che non credono, tutti essendo figli dell'istesso Padre, e ordinati allo stesso bene su-

premo; e suoni quasi testamento che, poco discosti come siamo dalle porte dell'eternità, vogliamo consegnare alle genti con desiderio e con augurio di comune salute.

La santa Chiesa di Cristo dovette sostenere in ogni tempo contrasti e persecuzioni per la verità, per la giustizia. Instituita da lui medesimo per propagar nel mondo il regno di Dio, e mercè la luce della legge evangelica guidare la decaduta umanità a un soprannaturale destino, cioè all'acquisto dei beni immortali da Dio promessi, ma superiori alle nostre forze, urtò necessariamente contro le passioni che pullularono al pie dell'antica decadenza e corruzione, vale a dire contro l'orgoglio, la cupidigia e l'amore sfrenato dei godimenti terreni, e contro i vizi e i disordini che da esse procedono, e che nella Chiesa trovarono sempre il più poderoso ritegno. Nè il fatto di queste persecuzioni vorrà recarci stupore, se furono dal divino Maestro a nostra norma predette, e sappiamo che dureranno quanto il mondo. Che disse infatti a' suoi discepoli, inviandoli a portare il tesoro delle sue dottrine a tutte le genti? Ognuno il sa: « sarete perseguitati di città in città, sarete odiati e vilipesi per lo mio nome, sarete tradotti dinanzi ai tribunali e condannati a supremi patimenti ». E volendo incorarli alla prova, additò sè come esempio: se il mondo vi odia sappiate che prima di voi ha odiato me: *si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit* (1). Ecco le gioie, ecco le ricompense promesse quaggiù.

Niuno certo, stando ai criteri d'una giusta e sensata estimazione delle cose, saprebbe spiegarsi il motivo d'un odio siffatto. Chi offese mai, o in che demeritò il divin Redentore? Disceso tra gli uomini per impulso di carità infinita, aveva insegnato una dottrina immacolata, conforta trice, efficacissima ad affratellare l'umanità nella pace e nell'amore; non aveva agognate nè grandezze terrene nè onori, non aveva usurpato il diritto di alcuno; era stato invece sommamente pietoso ai deboli, ai malati, ai poveri, ai peccatori, agli oppressi, onde la sua vita non fu che un passaggio per seminare tra gli uomini a larga mano il benefizio. Bisogna dir quindi che fu puro eccesso di umana malizia, tanto più deplorevole quanto più ingiusto, s'Egli nondimeno, secondo il vaticinio di Simeone, diventò ve-

ti) Io. XV. 18.

ramente il segno della contradizione: *signum cui contradicetur* (1).

Qual meraviglia pertanto se la Chiesa cattolica, che è la continuatrice della sua divina missione e la depositaria incorruttibile delle sue verità, incontrò la medesima sorte? Il mondo è sempre uguale a se stesso; accanto ai figli di Dio si trovano costantemente i satelliti di quel grande avversario del genere umano, che, ribelle all'Altissimo fin da principio, vien designato nel Vangelo come il principe di questo mondo; e perciò il mondo dinanzi alla legge e a chi gliela presenta in nome di Dio, sente rinfocolarsi in uno smisurato orgoglio lo spirito di una indipendenza a cui non ha diritto. Ah! quante volte, in periodi più procellosi, con inaudita crudeltà e sfacciatissime ingiustizie e con danno evidente dell'intera comunanza sociale si collegarono i nemici alla folle impresa di sopraffare l'opera divina. E non riuscendo una forma di persecuzione, ne tentavano delle altre. L'Impero Romano per tre lunghi secoli abusando della forza brutale, sparse di martiri ogni sua provincia, e bagnò del lor sangue ogni zolla di questa sacra Roma; e l'eresia di conserto, ora in maschera, ora spavalda, col sofisma e colle insidie, ricorse alla prova per romperne almeno l'armonia e l'unità. Seguitano appresso a scatenarsi, come procella devastatrice, da settentrione le orde dei Barbari e da mezzogiorno l'Islamismo, lasciando dopo di sè la rovina e il deserto. E di questa guisa, travasandosi di secolo in secolo la triste eredità dell'odio contro la Sposa di Cristo, succede un cesarismo, che sospettoso e prepotente, ingelosito dell'altrui grandezza, quantunque se ne avvantaggiasse anche la propria, rinnova senza tregua gli assalti per conculcarne la libertà ed usurparne i diritti. Ne sanguina il cuore a vederla stretta cosi sovente da angustie e da dolori inenarrabili. Tuttavia trionfatrice di tutti gli ostacoli, le violenze, le oppressioni, dilatando sempre più le sue pacifiche tende, salvando il glorioso patrimonio delle arti, della storia, delle scienze, delle lettere, e facendo penetrare profondamente nella compagine dell'umano consorzio lo spirito del Vangelo, formò appunto quella civiltà che fu chiamata cristiana e che apportò alle nazioni, che ne accolsero il benefico influsso, l'equità delle leggi, la mitezza

(1) Lue. II, 34.

dei costumi, la protezione dei deboli, la pietà pei poveri e per gl'infelici, il rispetto ai diritti e alla dignità di tutti, e quindi, per quanto è possibile in mezzo alle tempeste umane, quel riposato vivere civile che deriva dal migliore accordo tra la libertà e la giustizia.

Eppure, anche dopo saggi così patenti, prolungati e sublimi della intrinseca sua bontà, in età a Noi più vicine non men che nel tempo di mezzo e nell'antico, vediamo la Chiesa avvolta in lotte sotto un certo rispetto più dure e penose. Per una serie di cause storiche notissime, la così detta Riforma del secolo sedicesimo, innalzato il vessillo della ribellione, tolse a ferirla nel cuore, combattendo fieramente il Papato; e spezzato il vincolo dell'antica unità di giurisdizione e di fede, che raccoglieva i popoli sotto ali materne in un solo ovile, raddoppiandone spesso nell'armonia dei propositi la forza, il prestigio, la gloria, introdusse negli ordini cristiani una disgregazione lacrimevole ed esiziale. Non vogliamo dire con ciò che fin dalle prime mosse si avesse in mente di sbandire dal mondo il dominio delle verità sovrannaturali: ma rifiutata da un lato la prerogativa dei seggio romano, causa effettiva e conservatrice dell'unità, e stabilito dall'altro il principio del libero esame, fu scossa dall'imo fondo la costruttura del divino edilizio, ed aperto il varco a variazioni infinite e dubbi e negazioni, eziandio in materia di capitale importanza, a segno da sorpassare la previsione degli stessi novatori.

Dischiuso così il cammino, sopraggiunge il filosofismo orgoglioso e beffardo del secolo decimottavo, e va più oltre. Ei toglie a scherno il sacro codice delle Scritture e ripudia in fascio tutti i veri divinamente rivelati, coll'intento finale di spegnere nella coscienza delle nazioni ogni religiosa credenza, ogni alito di spiriti cristiani. Uscirono da queste fonti i funesti e deleteri sistemi del razionalismo e panteismo, del naturalismo e materialismo, che instaurano sotto nuova sembianza, errori antichi già pur confutati vittoriosamente dai Padri e apologisti dei tempi cristiani; di guisa che i superbi delle moderne età, per troppo voler vedere da sé, traveggono, vaneggiando col gentilesimo perfino intorno agli attributi dell'anima propria e alle sorti immortali che la privilegiano.

La guerra alla Chiesa assumeva per tal modo un aspetto di maggior gravità che in passato, non meno per la veemenza,

che per l'universalità dell'assalto. Poiché la odierna miscredenza non si ferma al dubbio o alla negazione di questa o quella verità di fede, ma impugna bensì il complesso dei principii consacrati dalla rivelazione e suffragati dalla sana filosofia: di quei principii sacrosanti e fondamentali, che apprendono all'uomo lo scopo supremo della sua esistenza, lo contengono nel dovere, gl'infondono coraggio e rassegnazione, e promettendogli incorruttibile giustizia e beatitudine perfetta al di là della tomba, gl'inculcano di subordinare il tempo all' eterno, la terra al cielo. E che si sostituisce a questi dettami, a questi incomparabili conforti della fede ? Uno spaventoso scetticismo che agghiaccia i cuori e soffoca ogni magnanima aspirazione della coscienza.

E dottrine tanto funeste trapassarono purtroppo, come vedete, o Venerabili Fratelli, dal giro delle idee nella vita esteriore e negli ordini pubblici. Grandi e possenti Stati vanno di continuo traducendole in pratica, avvisandosi di capitanare in tal maniera i progressi del comune incivilimento. E quasi non dovessero i pubblici poteri accogliere e rispecchiare in sè quanto v'ha di più sano nella vita morale, si tengono sciolti dal dovere di onorare pubblicamente Iddio; e troppo sovente accade, che vantandosi indifferenti a tutte le religioni, osteggiano l'unica stabilita da Dio.

Dal quale sistema di ateismo pratico do vea necessariamente derivare, e derivò, una profonda perturbazione dell'ordine morale, per essere la religione il precipuo fondamento della giustizia e dell'onestà, come pure intravidero famosi savi dell'antichità pagana. Poiché rotti i vincoli che legano l'uomo a Dio, assoluto ed universale legislatore e giudice, non si ha più ¡che una parvenza di morale puramente civile o, come dicono, indipendente, la quale, prescindendo dalla ragione eterna e dai divini precetti, mena inevitabilmente per la propria china all'ultima e fatale conseguenza di costituire l'uomo legge a se stesso. Il quale, incapace di adergersi sull'ali della speranza cristiana ai beni superni, non cercherà che un pasto terreno nella somma dei godimenti e degli agi della vita, acuendo la sete dei piaceri, la cupidigia delle ricchezze, l'avidità dei rapidi e smodati guadagni senza riguardo a giustizia; infiammando le ambizioni, e la smania di appagarle anche illegittimamente; e ingenerando infine il disprezzo delle leggi e della pubblica

autorità, e una generale licenza di costumi che trae seco un vero decadimento della civiltà.

Esageriamo forse le tristi conseguenze del doloroso perturbamento? Ma la realtà che tocchiamo con mano conferma anche troppo le nostre deduzioni, ed è visibile che, se non si ripara in temp'o, le basi della civil convivenza vacillano, iscardinandosi anche i sovrani principii del diritto e della morale eterna. Ond'ebbero a soffrirne gravemente tutte le parti del corpo sociale, cominciando dalla famiglia. Perchè lo Stato laico, senza guardare nè i confini, nè lo scopo essenziale de' suoi poteri, stese la mano a dissacrare il vincolo coniugale, spogliandolo del carattere religioso, invase quanto potè il diritto naturale dei genitori nella educazione della prole, e sovvertì in parecchi luoghi la stabilità delle nozze, sanzionando colla legge la malnata licenza del divorzio. E ognuno scorge di qual natura ne sieno i frutti, moltiplicandosi oltre ogni dire i casi di matrimoni maturati unicamente da passioni ignobili, e quindi in breve tempo disciolti o degeneranti in tragici lutti, o infedeltà scandalose; e non diciamo della prole innocente, negletta o pervertita dai mali esempi dei genitori, o dal veleno propinatole dallo Stato officialmente laico.

E con la famiglia ne va di mezzo l'ordine sociale e politico, massimamente per i nuovi placiti che alterarono il giusto concetto del potere sovrano col falsarne l'origine. E infatti, posto che l'autorità di reggere scaturisca formalmente dal consenso delle moltitudini, e non da Dio principio supremo ed eterno di ogni potere, essa perde al cospetto de'sudditi il suo più augusto carattere e degenera in una sovranità artifiziale, assisa su di un fondamento labile e mutevole, come la volontà degli uomini. E non se ne veggono forse gli effetti anco nelle pubbliche leggi? le quali troppo spesso, anzi che la *ragione scritta*, rappresentano solo la forza numerica e la prevalente volontà di un partito politico. Per ciò stesso si blandiscono gli appetiti licenziosi delle moltitudini, si lascia libero il freno alle passioni popolari, ancorché perturbatrici della operosa tranquillità cittadina, salvo il ricorrere più tardi, nei casi estremi, a repressioni violente e sanguinose.

Similmente col ripudio delle influenze cristiane, nelle quali è connaturata la virtù di affratellare le genti e raccoglierle come in una grande famiglia, prevalse a poco a poco nell'ordine in-

ternazionale un sistema di egoismo e di gelosia, per cui le nazioni si guardano reciprocamente, se non con livore, certo con diffidenza di emule. Laonde nelle loro imprese sono di leggieri tentate a mettere in dimenticanza l'alto concetto della moralità e della giustizia e il patrocinio del debole e dell'oppresso, curando soltanto, nel desiderio di accrescere le ricchezze nazionali senza alcun limite, l'opportunità e l'utilità del riuscire e la fortuna dei fatti compiuti, nella sicurezza di non essere richiamate da alcuno al rispetto del diritto. Criteri funesti, che consacrano la forza materiale, quasi legge suprema del mondo; d'onde l'aumento progressivo e smisurato degli apprestamenti guerreschi, ossia quella pace armata paragonabile per molti riguardi ai più disastrosi effetti della guerra.

E il lamentato turbamento morale fu seme d'inquietezza nel ceto popolare, di malessere, di spiriti contumaci: indi agitazioni e disordini frequenti che preludono a più gravi tempeste. Le misere condizioni di tanta parte del popolo minuto, certo degnissime di redenzione e di sollievo, servono però mirabilmente ai disegni di destri agitatori, e segnatamente delle fazioni socialistiche, che per via di folli promesse alle plebi si avanzano al compimento de'più truci propositi.

E poiché chi precipita per una china, bisogna che alla fine tocchi il fondo, ecco che la logica vendicatrice dei principii maturò financo una vera associazione di delinquenti, d'istinti affatto selvaggi, che apportò fin dai primi colpi il più grave sgomento. Costituita solidamente e con legami internazionali, essa è già in grado di alzare ovunque la scellerata mano, senza temere ostacoli, né indietreggiare dinanzi a qualsiasi misfatto. I suoi affigliati, rompendo ogni vincolo col mondo civile, con le leggi, con la religione, con la morale, prendono il nome di *anarchici,* proponendosi di distruggere, con tutti i mezzi che può suggerire una passione cieca e feroce, da cima a fondo l'ordinamento sociale. E siccome questo riceve unità e vita dall'autorità imperante, contro l'autorità sono principalmente rivolti i suoi colpi. Chi non dovette inorridire con un fremito di pietà e d'indignazione a vedere nello spazio di pochi anni aggrediti e trucidati imperatori, imperatrici, re, capi di potentissime repubbliche, e non per altro che per essere stati investiti dell'autorità sovrana?

Di fronte a tanta mole di mali che incombono e di peri-

coli che sovrastano, è debito Nostro ammonire di nuovo e scongiurare, come facciamo, tutti gli uomini di buona volontà, e più coloro che seggono più in alto, a riflettere sopra gli adeguati rimedi, ed attuarli con prontezza e previdente energia. Intorno a che urge per prima cosa riconoscere quali sono, e ponderarne il valore. Udimmo già esaltare a cielo i benefizii della libertà, e magnificarla come farmaco sovrano e strumento incomparabile di pace operosa e di prosperità. Ma i fatti la chiarirono inefficace all'uopo. Conflitti economici, contese di classe, divampano da ogni parte, e di riposato vivere cittadino non si vedono pur gl'inizi. Che anzi ognuno può esser testimonio che la libertà, quale oggi la intendono, largita promiscuamente al vero e al falso, al bene e al suo contrario, non riuscì che ad abbassare quanto vi è di nobile, di santo, di generoso, e a spianare la via a delitti, a suicidi, ad ogni sfogo di volgari passioni.

Fu detto eziandio che il perfezionamento della istruzione, rendendo più colte e illuminate le moltitudini, le avrebbe premunite sufficientemente contro le malsane tendenze e ritenute entro i confini dell'onestà e della rettitudine. Senonchè una dura realtà ci fa tuttodì toccare con mano a che approdi l'istruzione destituita di una soda educazione religiosa e morale. Le menti giovanili nella loro inesperienza e nel bollor delle passioni restano prese al fascino delle massime perverse, particolarmente di quelle che il giornalismo più indisciplinato non si perita di seminare a larga mano, e che pervertendo l'intelletto e la volontà, alimentano quello spirito di orgoglio e di insubordinazione che turba sì spesso la pace delle famiglie e delle città.

Molto pure si confidò nei progressivi incrementi scientifici; e dj grandi per fermo, inaspettati, maravigliosi ne vide l'ultimo secolo. Ma è poi vero che abbiano effettivamente recata quella ubertà di frutti, piena e rinnovatrice, che era nel desiderio e nell'aspettazione di tanti? Il volo della scienza dischiuse certamente orizzonti nuovi all'intelletto, allargò il dominio dell'uomo sulla natura corporea, e se ne vantaggiò in cento guise la vita terrena. Ma nondimeno si sente da tutti e si confessa da molti che l'effetto è riuscito inferiore alle speranze. Nè si può dire altrimenti, chi guardi allo stato degli animi e dei costumi, alla statistica della delinquenza, ai sordi rumori che ascendono dal basso , al predominio della forza sul diritto. A non ridire delle

plebi immiserite, basta anche uno sguardo superficiale per avvedersi che una tristezza indefinibile pesa sulle anime e un vuoto profondo sta nei cuori. L'uomo signoreggiò là materia, ma questa non ha potuto dargli ciò che non ha; e le grandi questioni che si riferiscono a'suoi più alti interessi, la scienza umana non le ha risolute; la sete di verità, di virtù, dell'infinito, tornò inestinta; e la terra arricchita di tesori e di gioie, e le accresciute comodità della vita non scemarono punto le morali inquietudini.

Dovranno dunque esser disprezzati o non curati gli acquisti della cultura, del sapere, dell'incivilimento, e di una libertà temperata e ragionevole? No certo: devono all'opposto essere custoditi, promossi e tenuti in gran conto, come un capitale prezioso, atteso che essi sono altrettanti mezzi di lor natura buoni, voluti e ordinati da Dio medesimo a gran pro dell'umana famiglia. Nell'usarli però conviene aver l'occhio all'intendimento del Creatore, e fare che non vadano scompagnati mai dall'elemento religioso, nel quale risiede appunto la virtù che li avvalora e li rende degnamente fruttiferi. Sta qui il segreto del problema. Quando un essere organico intristisce e declina, ciò proviene dal cessato influsso delle cause che gli diedero forma e consistenza: e non c'è dubbio che, a rifarlo sano e fiorente, bisogna restituirlo ai vitali influssi di quelle cause medesime. Or bene, nel folle tentativo di emanciparsi da Dio, il civile consorzio rigettò il soprannaturale e la divina rivelazione, sottraendosi cosi alla vivificatrice efficienza del Cristianesimo, vale a dire alla più solida garanzia dell'ordine, al più potente vincolo della fratellanza, alla sorgente inesauribile delle virtù individuali e pubbliche: e dipende da questa dissennata apostasia lo sconvolgimento della vita pratica. Al grembo del Cristianesimo deve dunque tornare la traviata società, se a lei cale il ben essere, il riposo, la salute.

Come il Cristianesimo non scende in nessun' anima senza renderla migliore, così non entra nella vita pubblica di uno Stato senza rinvigorirla nell'ordine; con l'idea di un Dio provvido, sapiente, infinitamente buono e infinitamente giusto, fa penetrare nella coscienza il sentimento del dovere, addolcisce le sofferenze, calma i rancori, ispira l'eroismo. Se trasformò le genti pagane, e tale trasformazione fu un vero risorgimento da morte a vita, di guisa che tanto cessò la barbarie quanto si es-

tese il Cristianesimo, egli saprà del pari, dopo le terribili scosse dell'incredulità, ravviare e ricomporre nell'ordine gli Stati e i popoli odierni.

Ma non è detto tutto: il ritorno al Cristianesimo non sarà rimedio verace e compiuto, se non significa ritorno e amore alla Chiesa una, santa, cattolica, apostolica. Poiché il Cristianesimo si attua e si immedesima nella Chiesa Cattolica, società sovranamente spirituale e perfetta, che è il mistico corpo di Gesù Cristo ed ha per suo Capo visibile il Romano Pontefice, successore del Principe degli Apostoli. Essa è la continuatrice della missione del Salvatore, figlia ed erede della sua redenzione; essa propagò il Vangelo sopra la terra e lo difese a prezzo del suo sangue; ed essa nelle promesse della divina assistenza e dell'immortalità, non patteggiando mai con l'errore, reca in atto il mandato di serbare integra la dottrina di Cristo fino all'ultimo dei secoli. Maestra leggittima della morale evangelica, non solo diventa la consolatrice e salvatrice delle anime, ma eziandio fonte perenne di giustizia e carità, come pure propagatrice e tutrice della vera libertà e dell'unica possibile eguaglianza, Applicando la dottrina del suo divin Fondatore, mantiene con ponderato equilibrio i giusti limiti in tutti i diritti e in tutte le prerogative della collettività sociale. E l'uguaglianza che proclama, conserva intatta la distinzione dei vari ordini sociali, dalla natura evidentemente richiesti; la libertà che apporta, affine d'impedire l'anarchia della ragione emancipata dalla fede e abbandonata a se stessa, non lede i diritti della verità, che sono superiori a quelli della libertà, non i diritti della giustizia che sono superiori a quelli del numero e della forza, non i. diritti di Dio, che sono superiori a quelli dell' uomo.

E non è men feconda di buoni effetti neh' ordine domestico. Perchè non solo resiste alle male arti con che la licenza degl'increduli attenta alla vita della famiglia, ma prepara e conserva l'unione e la stabilità coniugale, ne tutela e promuove l'onestà, la fedeltà, la santità. E di pari passo sorregge e rinsalda l'ordine civile e politico, da un lato aiutando efficacemente l'autorità, e porgendosi amica dall'altro alle savie riforme, alle giuste aspirazioni dei sudditi; imponendo rispetto e ubbidienza ai Principi, e difendendo in ogni caso, i diritti imprescrittibili della coscienza umana. E per tal modo i popoli os-

sequenti alla Chiesa si manterranno, sua mercè, egualmente lontani dalla servitù e dal dispotismo.

Consapevoli appunto di questa divina virtù, Noi fin dall'esordio del Nostro Pontificato, Ci siamo studiosamente adoperati a mettere in vista e in rilievo i benefici intendimenti della Chiesa, e ad estenderne il più possibile col tesoro delle sue dottrine la salutare azione. E a questo fine furono diretti gli Atti precipui del Nostro Pontificato, segnatamente le Encicliche sulla *filosofia cristiana,* sulla *libertà umana,* sul ^*matrimonio cristiano,* sulla *setta dei Massoni,* sui *poteri pubblici,* sulla *costituzione cristiana degli Stati,* sul *socialismo,* sulla *questione operaia,* sui *principali doveri dei cittadini cristiani* e sopra argomenti affini. Ma il voto ardente del Nostro cuore non fu quello soltanto d'illuminare le menti, sibbene di muovere e purificare i cuori, indirizzando i nostri sforzi a far rifiorire in mezzo ai popoli le virtù cristiane. Non cessammo quindi, con esortazioni e consigli di sollevare gli animi a quei beni che non sono caduchi, procurando di ordinare il corpo all'anima, l'uomo a Dio, il pellegrinaggio terreno alla vita celeste. Benedetta dal Signore, potè contribuire la Nostra parola a rafforzare le convinzioni di molti, a meglio illuminarli nell'ardue questioni presenti, a stimolare il loro zelo, a promuovere opere svariate, che sorsero e continuano a sorgere in tutti i paesi, particolarmente a benefizio delle classi diseredate, ravvivando quella carità cristiana che in mezzo al popolo trova il suo campo prediletto. Se il raccolto della messe, Venerabili Fratelli, non fu più copioso, adoriamo Iddio arcanamente giusto, e supplichiamolo ad un tempo d'impietosirsi alla cecità di tanti e tanti ai quali sventuratamente è applicabile il pauroso lamento dell'Apostolo: *Deus huius saeculi eœeoeeavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio evangelii gloriae Christi* (1).

Secondo che la Chiesa Cattolica spiega il suo zelo a bene morale e materiale de'popoli, purtroppo questi figli delle tenebre si levano astiosi contro di lei, e niun mezzo lasciano intentato a fine di offuscarne la divina bellezza e intralciarne l'opera vitale e redentrice. Quanti sofismi mettono in opera, quante calunnie! E una delle loro più perfide arti si è di rappresentare la Chiesa al cospetto dei volghi imperiti, e dei go-

ti) II. Cor. IV, 4,

verni gelosi, come avversa ai progressi della scienza, come nemica della libertà, usurpatrice dei diritti dello Stato, e invaditrice del campo della politica. Stolte accuse, mille volte ripetute e mille volte distrutte dalla ragione, dalla storia, dal consenso degli uomini onesti e amici del vero.

La Chiesa nemica della scienza e della coltura? Essa è certamente vigile custode del domma rivelato; ma questa vigilanza non fa che renderla fautrice benemerita della scienza ed altrice di ogni buona cultura. No, coll'aprire la mente alle rivelazioni del Verbo, verità suprema e principio originale di tutte le verità, non si pregiudicherà mai e per nessun rispetto alle cognizioni razionali; che anzi le irradiazioni del mondo divino aggiungeranno sempre potenza e chiarezza all'intelletto umano, preservandolo, nelle questioni di maggiore importanza, da incertezze angosciose e da errori. Del resto diciannove secoli di gloria, conquistata dal cattolicismo in tutti i rami del sapere, bastano ampiamente a distruggere la mendace asserzione. Alla Chiesa cattolica vuoisi infatti attribuire il merito di aver propagato e difeso la sapienza cristiana, senza la quale il mondo giacerebbe ancora nelle tenebre delle superstizioni pagane e nello stato abbietto della barbane; ad essa di aver conservato e trasmesso i preziosi tesori delle lettere e della scienza antica; di avere aperto le prime scuole del popolo e creato Università che esistono e sono celebri anche ai giorni nostri; di aver raccolto, infine, sotto le sue ali protettrici gli artisti più insigni e di avere ispirato la letteratura più alta, pura e gloriosa.

La Chiesa nemica della libertà? Ahi quanto si travisa un concetto che sotto questo nome racchiude uno dei più preziosi doni di Dio, e viene invece adoperato a giustificare l'abuso e la licenza. Se per libertà voglia intendersi l'andare esente da ogni legge e da ogni freno per far quello che più talenta, essa si avrà certo la riprovazione della Chiesa al pari che quella di ogni anima onesta; ma se per libertà s'intende la facoltà ragionevole di operare speditamente e largamente il bene secondo le norme della legge eterna, nel che appunto consiste la libertà degna dell'uomo e proficua alla società, niuno più della Chiesa la favorisce, l'incoraggia e protegge. Ella infatti con la dottrina e l'azione sua affrancò l'umanità dal peso della schiavitù, annunziando la gran legge dell'uguaglianza e della fra-

ternità umana; in ogni età assunse il patrocinio dei deboli e degli oppressi contro la prepotenza dei forti; rivendicò col sangue dei suoi martiri la libertà della coscienza cristiana, restituì al fanciullo ed alla donna la dignità della loro nobile natura e la partecipazione agli stessi diritti di rispetto e di giustizia, concorrendo grandemente ad introdurre e mantenere la civile e politica libertà dei popoli.

La Chiesa usurpa i diritti dello Stato e invade il campo politico? Ma la Chiesa sa ed insegna che il suo divin Fondatore ordinò di rendere a Cesare ciò che è di Cesare e a Dio ciò che è di Dio, sanzionando in tal guisa la distinzione immutabile e perpetua dei due poteri, ambedue supremi nel loro rispettivo ordine; distinzione feconda, che ebbe tanta parte nello sviluppo della civiltà cristiana. E aliena nel suo spirito di carità da ogni mira ostile, non intende che a coordinarsi a flanco dei poteri politici, per operare sì sullo stesso soggetto, che è l'uomo, e sulla stessa società, ma per quelle vie e per quegli alti intenti che s'attengono alla sua divina missione. Ove l'opera sua fosse senza sospetti accolta, non farebbe che agevolare gli innumerevoli vantaggi sopra ricordati. La supposizione di mire ambiziose nella Chiesa altro non è che una vecchia calunnia, della quale i suoi potenti nemici si servirono come di pretesto per coonestare le loro oppressioni; e la storia, meditata senza preconcetti, testifica ampiamente che la Chiesa, anziché tentar mai di sopraffare, fu invece, ad imagine del divin suo Fondatore, vittima più volte di sopraffazioni ed ingiustizie; appunto perchè la sua potenza consiste nella forza del pensiero e della verità, non in quella dell'armi.

Siffatte e simili accuse muovono dunque da pretto maltalento. E in quest'opera perniciosa e sleale va innanzi agli altri una setta tenebrosa, che la società porta da lunghi anni nei suoi fianchi, come un morbo letale che ne contamina la sanità, la fecondità e la vita. Personificazione permanente della rivoluzione, costituisce una specie di società a rovescio, il cui scopo è un predominio occulto sulla società riconosciuta, e la cui ragione di essere consiste nella guerra a Dio ed alla sua Chiesa. Non sarebbe d'uopo neppur nominarla; che tutti raffigurano a questi contrassegni la *massoneria,* della quale parlammo di proposito nella Nostra Enciclica «*Humanum genus*» del 20 Aprile 1884, denunziandone le malefiche tendenze, le false dottrine,

le opere nefaste. Questa setta che abbraccia nell'immensa rete quasi tutte le nazioni e si collega con altre sette che muove con occulti fili, allettando i suoi affigliati con l'esca dei vantaggi che loro procura, piegando i reggitori ai suoi disegni or con promesse, or con minacce, è giunta ad infiltrarsi in tutti gli ordini sociali ed a formare quasi uno Stato invisibile ed irresponsabile nello Stato legittimo. Piena dello spirito di Satana che, come diceva l'Apostolo, sa all'uopo trasfigurarsi in angelo di luce (1), vanta fini umanitari, ma tutto sfrutta ad intento settario, e mentre dichiara di non aver mire politiche, esercita larga azione nel movimento legislativo e amministrativo dello Stato; mentre professa rispetto alle autorità imperanti e perfino alla religione, mira come a scopo supremo (ed i suoi stessi regolamenti lo affermano) allo sterminio dell'impero e del sacerdozio, considerati da essa come nemici della libertà.

Or si fa sempre più manifesto che alle suggestioni e alla complicità di questa setta vanno attribuite in gran parte le continue vessazioni contro la Chiesa, come pure la recrudescenza di recenti attacchi. Ed invero la contemporaneità della persecuzione, scoppiata testé come procella a ciel sereno, cioè senza cause adeguate all'effetto; il genere identico della preparazione fatta con la stampa giornaliera, con adunanze pubbliche e produzioni teatrali; l'impiego dapertutto, delle medesime armi della calunnia e dell'eccitamento popolare, mostrano l'identità dei propositi e la parola d'ordine uscita da uno stesso centro di direzione. Episodio del resto che si associa a quel piano prestabilito, e che si va largamente traducendo in atto, per moltiplicare i danni già da Noi annoverati, e sopratutto per restringere fino alla totale esclusione l'insegnamento religioso, formando così generazioni d'indifferenti e d'increduli; per impugnare con la stampa la morale della Chiesa; per ischernirne finalmente le pratiche e profanarne le feste.

Vien da sè che il sacerdozio cattolico, chiamato a diffondere praticamente la religione e dispensarne i misteri, sia preso di mira con maggiore accanimento, per diminuirne l'autorità ed il prestigio al cospetto del popolo. Già l'audacia cresce di giorno in giorno, interpretandone sinistramente gli atti, dando corpo a' sospetti e gittandogli addosso le più volgari accuse ; e ere-

il) II. Cor. XI, 14.

sce in proporzione della impunità che possono ripromettersi. Così nuovi danni s'aggiungono a quelli che soffre da parecchio tempo per il tributo che il clero deve pagare alla milizia e che lo toglie a confacente preparazione religiosa, e per la spogliazione del patrimonio ecclesiastico, costituito liberamente dalla pietà e generosità dei fedeli.

E gli Ordini e Sodalizi religiosi, che nella pratica dei consigli evangelici diventano la gloria non meno della religione che della società, quasi avessero dinanzi ai nemici della Chiesa una colpa di più, sono acerbamente fatti segno al vilipendio. E Ci duole il dover rammentare come anche recentemente sieno stati colpiti da odiose e immeritate misure, che ogni anima onesta ha dovuto altamente riprovare. Non valse a salvarli l'integrità della vita, sulla quale non si poterono accertare dagli stessi nemici imputazioni serie e fondate; non il diritto di natura, che consente l'associazione per fini onesti, nè la legge costituzionale che la sancisce; non il favore del popolo riconoscente ai preziosi servigi resi con le scienze, le arti, l'agricoltura, ed alla carità profusa sopra la classe numerosa dei poveri. Così uomini, donne, figli del popolo che avevano rinunziato spontaneamente alle gioie della famiglia, per consacrare al bene del prossimo in pacifiche aggregazioni la giovinezza, i talenti, l'attività, la vita, furono, come congreghe di delinquenti, fra tanta ampiezza di libertà, dannati all'ostracismo.

Nè farà meraviglia che i figli più cari sieno così percossi, quando non è meglio trattato il Padre, vo' dire il Capo medesimo della cattolicità, il Romano Pontefice. I fatti sono ben conosciuti. Rapitagli col principato civile quell'indipendenza che gli è necessaria per la sua missione universale e divina, forzato nella stessa sua Roma a chiudersi nella propria dimora, perchè stretto da potenza nemica, fu ridotto, non ostante irrisorie malleverie di rispetto e precarie promesse di libertà, in condizioni anormali, ingiuste e indegne dell'eccelso suo ministero. Noi siamo pur troppo consapevoli degli ostacoli che gli si creano intorno, travisando spesso i suoi intendimenti ed oltraggiandone la dignità; di guisa che si fa sempre più evidente che la rapina della civile sovranità fu compiuta per abbattere a poco a poco la stessa spirituale potestà del Capo della Chiesa; ciò che del resto si è senza ambiguità confessato da coloro che ne furono i veri autori. Fatto che, a ponderarne gli effetti, non è soltanto

impolitico, ma eziandio antisociale; perchè le ferite inflitte alla religione sono come altrettante ferite portate al cuore della società. Iddio infatti che dotava l'uomo di qualità essenzialmente sociali, nella sua provvidenza fondava altresì la sua Chiesa e la collocava, secondo il linguaggio biblico, sul monte di Sion, affinchè servisse di luce e col suo raggio fecondatore svolgesse il principio della vita nei molteplici aspetti della società umana, comunicandole norme sapienti e celesti, con le quali potesse prendere l'assetto più conveniente. La società pertanto che si sottrae alla Chiesa, ch'è parte considerevole della sua forza, decade o rovina, separando ciò che Iddio volle congiunto.

Noi non Ci siamo stancati d'inculcare in ogni opportuna occorrenza siffatte verità, e abbiamo voluto farlo nuovamente e di proposito in questa congiuntura straordinaria. Faccia il Signore, che ne piglino lena e norma i fedeli a coordinare più efficacemente al bene comune la loro azione; e lume ne traggano gli avversarli da poter comprendere l'ingiustizia che compiono perseguitando la madre più amorosa, la più fidata benefattrice dell'umanità.

Non vorremmo che il quadro delle dolorose condizioni presenti avesse punto ad abbattere nell'animo dei credenti la piena fiducia nel divino aiuto, che maturerà a suo tempo e per le sue vie il finale trionfo. Noi siamo altamente contristati nell'intimo del cuore, non però trepidi degl'immortali destini della Chiesa. La persecuzione, come dicemmo da principio, è il suo retaggio, perchè Iddio ne cava beni più alti e preziosi, provando e purificando i suoi figli. Ma, pur permettendo le vessazioni e i contrasti, manifesta la sua divina assistenza, che fornisce mezzi nuovi ed impensati, onde l'opera resta e ricresce senza che prevalgano le forze congiurate a suo danno. Diciannove secoli di vita durata tra il flusso e riflusso delle umane vicende insegnano che le tempeste non toccano il fondo, e passano.

E possiamo ben confortarci, perchè anche il momento presente porta in sè dei contrassegni che mantengono inalterata la nostra fiducia. Le difficoltà sono formidabili e straordinarie, è vero, ma altri fatti, che si svolgono sotto i nostri sguardi, pur n'attestano che Dio compie le sue promesse con bontà e sapienza ammirabile. Ecco, mentre tante forze cospirano contro la Chiesa ed essa va destituita cotanto di aiuto e di appoggi umani, tuttavia giganteggia nel mondo ed estende la sua azione

tra le genti più disparate sotto ogni clima. No, l'antico principe di questo mondo non potrà più spadroneggiare come prima, dopo che ne fu cacciato da Gesù Cristo, e i tentativi di Satana apporteranno sì dei mali, ma non approderanno al fine. Già una calma soprannaturale, mantenuta dallo Spirito Santo che aleggia e vive nella Chiesa, regna pur ora non solo nelle anime dei buoni, ma nel complesso della cattolicità; calma che si svolge serena mediante l'unione, più stretta e devota che mai, dell'Episcopato con questa Cattedra Apostolica, formando un meraviglioso contrasto di fronte alle agitazioni, ai dissidi, e al pullulare continuo delle sette che turbano la tranquillità sociale. Unione che armonicamente si riproduce, feconda in opere svariatissime di zelo e di carità, tra i Vescovi e il Clero e tra questo e il laicato cattolico, il quale va, più compatto ed immune da rispetti umani, disciplinandosi all'azione, ridestandosi in una generosa gara per difendere la causa santa della religione. Oh! è questa 1' unione che abbiamo inculcata e inculchiamo di nuovo,e che benediciamo, affinchè pigli più largo incremento e si opponga, come invincibile muro, all'impeto dei nemici di Dio.

Niente più ovvio allora che, quasi polloni che germogliano appiè dell'albero, rinascano, si rinvigoriscano, e si ricompongano tante associazioni, quali anche a'nostri giorni ci allietano nel seno della Chiesa. Nessuna forma di cristiana pietà vuol dirsi da essa negletta, o si guardi a Gesù e agli adorabili suoi misteri, o alla sua potentissima Madre, o ai Santi che brillarono di più viva luce per insigni virtù. E ad un tempo nessuna forma di beneficenza vediamo dimenticata, se in tanti modi si pensa ovunque e all'educazione religiosa della gioventù e all'assistenza dei malati, alla moralità del popolo e a soccorrere le classi diseredate. E con quanta rapidità dilaterebbesi e di quanto maggiori giovamenti sarebbe fecondo questo movimento, sol che non trovasse frequente intoppo d'ingiuste e ostili disposizioni!

E il Signore, che mantiene tanta vitalità della Chiesa nelle regioni che essa da lunga età possiede e si son fatte civili, ci vien consolando altresì di nuove speranze, mercè lo zelo dei suoi missionari, i quali non iscoraggiati dai corsi pericoli e da privazioni e sacrifizi d'ogni genere, cresciuti di numero, vanno acquistando intere contrade al Vangelo ed alla civiltà, e ser-

bansi mirabilmente costanti, ancorché ripagati spesso di detrazioni e calunnie, a somiglianza del divino Maestro.

Le amarezze son dunque temperate da conforti, e tra le difficoltà della lotta abbiamo assai di che rinfrancarci e sperare. Cosa invero che dovrebbe suggerire utili riflessioni ad ogni osservatore intelligente e non traviato da passione, e fargli intendere che come Dio non lasciò l'uomo in balìa di se stesso riguardo al fine ultimo di tutta la vita e perciò ha parlato, così parla anche al presente nella sua Chiesa da divino aiuto visibilmente soffulta, manifestando da qual parte sta la verità e la salute. Ad ogni modo questa perenne assistenza servirà ad infondere nei nostri cuori l'invincibile speranza che, nel momento segnato dalla Provvidenza, la verità, rotta la nebbia con cui si tenta di circondarla, rifulgerà più piena in un non lontano avvenire, e che lo spirito del Vangelo tornerà a ravvivare le membra sì stanche e corrotte di questa dissipata società.

Noi dal canto Nostro non mancheremo, o Venerabili Fratelli, di cercare che s'affretti il giorno delle misericordie di Dio, cooperando alacremente, com'è Nostro debito, a difesa e incremento del suo regno sulla terra. A voi non abbiamo esortazioni da fare. Ci è nota la vostra sollecitudine pastorale. Possa la fiamma che arde il vostro cuore trasfondersi sempre più in tutti i ministri del Signore che partecipano all'opera vostra. Essi si trovano a contatto immediato col popolo e ne conoscono appieno le aspirazioni, i bisogni, le sofferenze, come pure le insidie e le seduzioni da cui è circondato. E se, pieni dello spirito di Gesù Cristo, e mantenendosi in una sfera superiore alle passioni politiche, coordineranno alla vostra la loro azione, riusciranno con la benedizione di Dio ad operar meraviglie, illuminando le moltitudini con la parola, attirando i cuori con la soavità dei modi, coadiuvandole caritatevolmente nel progressivo miglioramento delle loro condizioni. E il Clero si troverà corroborato dall'azione intelligente ed operosa di tutti i fedeli di buona volontà ; cosi i figli che gustarono le tenerezze della lor Madre la Chiesa, degnamente la ripagheranno con l'accorrere in difesa del suo onore e delle sue glorie. Ciascuno può contribuire a quest'opera doverosa e sommamente meritoria: i dotti e i letterati con l'apologia e con la stampa quotidiana, istrumento potente e di cui tanto abusano i nostri avversari; i padri di famiglia e gl'istitutori con una cristiana edu-

cazione dei figliuoli, i magistrati e i rappresentanti del popolo con la saldezza dei buoni principii e l'integrità del carattere, tutti col professare senza rispetto umano le proprie credenze. Il tempo esige altezza di sentimenti, generosità di propositi, regolarità di disciplina. La quale dovrà soprattutto dimostrarsi con la sommessione fiduciosa e perfetta alle norme direttive della Santa Sede, mezzo precipuo per togliere o attenuare il danno delle opinioni di partito quando dividono, e per coordinare tutti gli sforzi a servizio di un intento superiore, che è il trionfo di Gesù Cristo nella sua Chiesa.

Questo il dovere dei cattolici; il successo finale a Colui che veglia amorosamente e sapientemente sull'immacolata sua Sposa, e del quale sta scritto: *Iesus Christus heri, et hodie: ipse et in saecula* (1). A Lui anche in questo momento rivolgiamo umile e calda la Nostra preghiera, a Lui che amando d'amore infinito Ferrante umanità, nella sublimità del martirio se ne fece vittima espiatoria; a Lui che assiso, benché invisibile, sulla mistica nave della sua Chiesa, può, imperando al mare ed ai venti commossi, sedar la procella. — E Voi senza dubbio, o Venerabili Fratelli, lo supplicherete volentieri unitamente a Noi affinchè scemino i mali che pesano sulla nostra società, s'illuminino negli splendori della luce divina coloro che, forse più per ignoranza che per malvagità, odiano e perseguitano la religione di Cristo, e si rinfranchino in una santa operosità gli uomini di buon volere ; sì che s'affretti il trionfo della verità e della giustizia, e alla famiglia umana arridano giorni migliori di pace e di tranquillità.

Discenda intanto, auspice delle grazie più desiderate, sopra di Voi e sopra tutti i fedeli alle vostre cure affidati, la benedizione Apostolica che di gran cuore impartiamo.

Dato a Roma, presso S. Pietro il 19 Marzo 1902, anno vigesimaquinta del Nostro Pontificato.

LEO PP. XIII.

(1) Hebr. XIII, 8.

MOTU PROPRIO SSmi O. N. Leonis XII! quo ab officiis Notariorum Vicarii Urbis revocatur omnis facultas et potestas exarandi acta quaelibet ad Vicariatum Urbis spectantia.

Ad pastoralem Romani Pontificis sollicitudinem pertinere perspicuum est, ut ea, quae certis suadentibus causis per suos Decessores circa Romanae Curiae Officia fuerant ordinata, instituta atque concessa, siquidem cum novis temporum rerumque necessitatibus haud amplius congruere, et potius in animarum perniciem vergere conspiciat, aut in totum supprimere, aut immutare, aut etiam revocare studeat, prout Ipse in Domino salubriter expedire iudicaverit.

Cum autem inter alia Romanae Curiae officia a Romanis Pontificibus, Decessoribus Nostris, erecta atque instituta, habeantur illa « Notariorum Vicarii Urbis », non sine animi nostri moerore comperimus, gravissima incommoda, unde ipsa animarum salus in grave discrimen adducitur, hac nostra praesertim tempestate oriri ex negotiis quae, cum ad Urbis Vicariatum spectent, a praedictis Notariorum Officiis agi atque expediri solent.

Sane neque decere neque prudentiae partibus plane convenire existimamus, ut ecclesiastica non levis ponderis negotia a laicis, idque non ex mera delegatione intuitu personae collata, sed ratione Officii gerantur; praesertim cum nequeat in omnibus ea, qua est opus, rerum ecclesiasticarum sacrorumque canonum peritia praesumi.

Illud vero gravius accedit, quod fere contingit in conficiendis actis, quae ex Ecclesiae lege debent matrimonio celebrando praeire. Nam neque adeuntibus, matrimonii causa, locus est aptus, in quem propter civilia quoque multi conveniunt, ita ut haud facile liceat sine arbitris esse; nec profana ipsa munus gerentium conditio ad necessariam contrahentium testiumque fidem sibi plane conciliandam satis accommodata. Quo saepe fit, ut occultiora quaedam, coeteroquin de iure aperienda, cum gravi fidelium detrimento atque irriti efficiendi matrimonii periculo reticeantur.

At omnium maximum incommodum recenseri oportet, unde non modo detrimenta plurima, sed etiam quaerimoniae frequentissimae edi solent. Emolumenta enim seu taxae pro exarandis actis matrimonio celebrando ex iure necessariis ab iis, qui eis-

dem Officiis administrandis praesunt, sic exigi dicuntur, ut ne eorum quidem, qui inopia laborent, aequa ratio habeatur. Quo fit, ut matrimonio christiano in contemptionem adducto, in tanta morum corruptela, turpissimi concubinatus lues, cum manifesto aeternae salutis periculo, in dies augeatur.

Quae cum ita sint, iniuncfae Nobis Apostolicae servitutis debitum minime patitur ut perniciosa haec rerum conditio diutius perseveret: quin immo postulat, ut summovendis, quae attigimus, incommodis ac damnis, omnino animum adiiciamus.

Nos igitur istis aliisque gravissimis et rationabilibus causis Nobis notis adducti, *motu proprio,* ex certa scientia, matura deliberatione, deque Apostolicae potestatis plenitudine, a memoratis Officiis Notariorum Vicarii Urbis atque ab eorumdem titularibus seu detentoribus facultatem ac potestatem omnem exarandi acta quaelibet ad Vicariatum Urbis de iure vel occasione extraordinariae delegationis spectantia, sive matrimonium respiciant, sive causas Beatificationis, aut Canonizationis Servorum Dei, sive Sacras Clericorum Ordinationes, sive attestationes et authenticationes circa statum personarum, sive quaevis alia negotia materiam ecclesiasticam quomodolibet attingentia, una cum suis emolumentis, seu taxis, iuribus aliisque proventibus, praerogativis, honoribus, privilegiis, vi praesentium Litterarum penitus revocamus ac perpetuo adimimus. Quamobrem a die, qua hae Litterae datae sunt, quae hactenus fuere Notariorum Officia circa memorata negotia, iam ne habeantur in posterum tamquam Officia Vicariatus Urbis. Si quid vero ab iisdem Officiis Notariorum, aut eorum nomine ac mandato actum deinceps fuerit circa eadem negotia, ea irrita et nullius roboris esse ac perpetuo fore vi praesentium Litterarum declaramus atque decernimus.

Verum quae supra constituimus ac sancivimus non eiusmodi esse censenda sunt, ut ullum praeiudicium afferant iuribus seu facultatibus eorum, qui hactenus Officia Notariatus Vicarii Urbis detinebant, in coeteris negotiis mere civilibus et ad Urbis Vicariatum nullimode pertinentibus. Insuper si forte alicuius indemnitati prospiciendum sit, excipiendis petitionibus, cognoscendisque rationibus peculiarem coetum ex Romanae Curiae praelatis Aloysio Pericoli et Philippo Giustini, necnon ex eiusdem Curiae Advocatis Carolo Santucci et Caesare Guidi compositum constituimus.

Cui vero coetui mandamus, ut, omni iudiciali forma remota, a singulis deducta mature perpendat Nobisque de omnibus referat, ut apte congruenterque providere possimus.

Motu pariter proprio omnia et singula praefata negotia atque acta ad Vicariatum Urbis pertinentia, sic revocata ac perpetuo adempta ab ante dictis Notariatus Officiis eorumque titularibus seu detentoribus, vi praesentium Litterarum ad Secretariam Vicariatus Urbis avocamus, et apposito proprioque Officio, quod constet ex Cancellario, Vice-Cancellario ac duobus actuariis seu scriptoribus, ex clero omnibus et singulis per Nostrum Urbis Vicarium electis, in eiusdem Secretariae aedibus agenda, exercenda atque expedienda committimus, Nobis reservata confirmatione Capitulorum seu Staturorum, quae ex mandato nostro redigentur a Vicario Urbis, quo in praefata Secretaria negotiorum omnium administratio, cura et expeditio rectius promptisque procedant.

Eodemque tempore expresse statuimus ac mandamus ut acta omnia, quae matrimonii celebrationem praecedant oportet, absque ullo emolumentorum seu taxarum onere, nullaque habita ratione quoad postulantem seu contrahentium conditionem, gratis omnino, pro omnibus, ea, qua par est, sollicitudine ac diligentia fiant atque expediantur.

Decernentes pariter, easdem praesentes Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod dictorum Notariatus Officiorum possessores et alii quilibet, quorum forte interesse possit, aut qui forte id sibi vindicent, illis non consenserint, nec ad ea vocati et auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae aut quorum intersit, consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, formali, inexcogitato et substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos iuris reduci, vel adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque iuris, facti vel gratiae remedium intentari vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia et potestatis plenitudine paribus concesso vel emanato quemquam in iudicio vel extra illud uti seu se iuvare ullo modo posse; sed ipsas praesentes Litteras semper firmas, validas et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab illis ad quos spectat et spectabit, inviolabiliter et inconcusse observari, sicque

et non aliter in praemissis per quosque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ac Sanctae R. E. Cardinales etiam a latere legatos aliosve quoslibet quacumque praeeminentia et potestate fungentes et functuros, sublata eis quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.

Non obstantibus f. r. Alexandri VI, Syxti V, Pii VI et Pii VII aliorumque Romanorum Pontificum, Decessorum nostrorum constitutionibus, indultis et gratiis supradictis Notariatus Officiis eorumque titularibus seu detentoribus, quomodolibet concessis; nec non nostra et Cancellariae Apostolicae Regula de iure quaesito non tollendo, aliisque constitutionibus et ordinationibus Apostolicis desuper in genere vel in specie editis, quibuscumque etiam quantumvis efficacissimis clausulis et Decretis etiam irritantibus roboratis, ac alias in contrarium praedictorum quomodolibet concessis, confirmatis ac innovatis; quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum, nil penitus omisso et forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro plene et sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praedictorum effectum hac vice dumtaxat motu et potestatis plenitudine similibus derogamus ac derogatum esse volumus et decernimus; coeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 5 Aprilis 1902, Pontificatus Nostri anno XXV.

LEO PP. XIII.

EX S. CONGR. EPISC. ET REGULARIUM

SORANA

IURIS EXPONENDI ET FUNERANDI.

Die 9 Augusti 1901.

COMPENDIUM FACTI. Extat in civitate Sorana antiqua Sodalitas Bonae Mortis vulgo nuncupata *dei Sacconi* huic omonimo Romae Sodalitio usque ab an. 1822 aggregata. Haec antiquitus sedem cum proprio sepulchro obtinebat in Collegiali et paroeciali ecclesia S. Restitutae. Initio mox elapsi saeculi ob irruptionem Napoleonicam expulsis e suis coenobiis religiosis, etiam ecclesia S. Francisci Sorae relicta fuit a Minoribus Conventualibus et cultui clausa mansit. Anno 1808 memorata Sodalitas instetit apud Ioachimum Murat qui tunc Solium Borbonicum in Neapolitana ditione habebat, pro cessione huius ecclesiae; res e voto cessit, et cultus iterum in ecclesia S. Francisci instauratus fuit. Obtenta ecclesiae possessione, Confratres vulgo *de' Sacconi* coeperunt in ea exercere *ius exponendi et tumulandi* nedum pro iis qui inibi tumbas gentilitias habebant, sed etiam pro illis ex Sodalitio qui in dicta ecclesia sepeliri elegissent. At hic usus contra quem parochi civitatis et praesertim ille S. Restitutae pluries reclamaverat, desiit institutione publici coemeterii et tunc confratres tantum *ius exponendi et funerandi* experiri perrexerunt. Novissime variae Sodalitates Soranae in publico coemeterio sibi cappellas constituerat, et ibi, uti retulit Soranus Ordinarius, ductis *recto tramite* cadaveribus fidelium defunctorum iusta funebria, praesente cadavere, per suos cappellanos persolvebant. Contra hanc agendi rationem apud Episcopum quinque parochi civitatis Soranae querelas detulerunt, qui decretum inhibitorium contra sacerdotes vel cappellanos Confraternitatum protulit sub die 11 Ianuarii 1896, ne auderent sub poena

suspensionis ipso facto incurrendae absque interventu vel delegatione parochi respectivi exequias peragere in dictis cappellis praesente cadavere, sed deinde funera praesente cadavere agerentur in singulis paroeciis defuncti.

Contra hoc decretum Sodalitas vulgo *dé Sacconi* recursum obtulit S. Congregationi Episcoporum et Regularium, quae iussit ut Sodalitas suo iure uteretur apud tribunal primae instantiae seu apud Curiam Soranam, quae die 20 Maii 1898 sequentem protulit sententiam: *Omnibus documentis exhibitis ac rationibus hinc inde allatis, libratis ac perpensis, dicimus, sententiamus, declaramus. praefatae Confraternitati ius exponendi ac tumulandi in praedicta ecclesia nullo modo competere neque ex iure neque ex pjrivilegio neque ex consuetudine legitime praescripta neque demum ex ipsa regia concessione, ideoque parochos civitatis Sorae esse manutenendos in pjossessione eorum iuris.*

Ab hac decisione Sodalitas provocavit ad supremum Tribunal S. Congregationis Episcoporum et Regularium quae die 15 Septembris 1899 proposito dubio - *An et quomodo sustineatur sententia R Iii Episcopi Sor ani in casu* - respondit - *Affirmative; ita tamen ut salva ex integro parochorum iurisdictione ad formam decreti - Urbis et Orbis - anni 1703, non jjrohibeantur in ecclesia Confraternitatis funera sive eorum qui habent in ea, sepulcrum maiorum sive confratrum qui ibi sepulturam elegerint* -. Haec resolutio cum parochis Civitatis Soranae non arriserit, novae audientiae beneficium fuit petitum et obtentum. At S. Congregatio die 15 Martii 1901, concinnato dubio - *An et quomodo confirmanda vel revocanda sit sententia edita ab eadem S. Congregatione die 15 Septembris 1899 in casu* - stetit *in decisis.*

Neque huic secundae confirmatoriae decisioni acquieverunt parochi, sed insteterunt pro nova revisione quae eis benigne fuit concessa et praesertim proposuerunt nonnulla quaesita quae referuntur ad intelligentiam et interpretationem emanatae sententiae et de quibus inferius erit sermo.

Disceptatio Synoptica.

IURA PAROCHORUM. Advocatus parochorum ex quadruplici capite impugnat adversariae Sodalitati ius exponendi et funerandi in ecclesia S. Francisci. I° *ex iure.* Ex iure enim tantum ecclesiae parochiales sunt tumulantes , et parochi, uti docet Leurenius *For. benef. par. 1, quaest. 431* habent, intentionem fundatam in iure sepeliendi degentes intra limites propriae paroeciae. Ex privilegio in corpore iuris clauso nempe ex *Clementina* Dudum, *De sepulturis* ecclesiae Ordinis Praedicatorum et Ordinis Minorum Conventualium sunt tumulantes, et aliae ecclesiae regulares quibus ex communicatione privilegiorum hoc privilegium extensum est. In specie vero loquens advocatus de oratoriis et ecclesiis confraternitatum dicit hoc privilegium in iure non haberi earum favore teste Fagn. in com. ad cap. *Fraternitatem,* imo contrarium erui ex decreto S. Congregationis Concilii diei 17 Aug. 1652. *Confraternitatibus absque legitima facultate iuris sepeliendi in eorum Oratoriis sodalium cadavera humare non licet consuetudine in contrarium minime obstante.*

At quoniam adversarii contendunt ecclesiam S. Francisci esse tumulantem ex privilegio utpote prius pertinentem ad familiam regularem Minorum Conventualium, hinc advocatus parochorum pergens ad secundum punctum suae Orationis evincere satagit adversariae Sodalitati ius exponendi et funerandi neque *ex privilegio* competere posse. In primis praemisso quod in themate non est quaestio de sepulturis gentilitiis ipse quaerit utrum privilegium regularium recipiendi in suis ecclesiis cadavera illorum, qui inibi sepulturam elegerint, dici possit personale vel reale : et reponit esse personale, pluribus id argumentis evincere studens.

Primo id arguit ex tenore ipsius privilegii in Clementina constitutione expresso - *ut fratres dictorum Ordinum in ecclesiis et locis... liberam... habeant sepulturam.* Hinc privilegium directe ordinibus religiosis concessum est non

eorum ecclesiis, ideoque cum personale sit, extinguitur cum persona. Reinfestuel *Ius can. univ. tit. de priv.* § *i, n. 13.* Neque alia est conclusio, ait advocatus, si praecisione facta a litera ipsa Constitut. Clementinae, expendatur eius ratio et spiritus. In citata constitutione religiosi spectanctur tamquam cooperatores parochorum eisque facultates verbum Dei praedicandi et fidelium confessiones excipiendi conceduntur ; quemadmodum itaque hae facultates prorsus personales sunt, ita dicendum est de privilegio intuitu ordinis concesso nempe recipiendi cadavera illorum qui in suis ecclesiis tumulari elegerunt.

Nam ad cognoscendum quod persona fuerit causa proxima et immediata concessionis. . . . signum sumitur a speciali favore ipsius personae cui concessum fuerit privilegium. Menach. *De praesumption. praesumptio 103, §2 et 6.*

Demum duo adnotat advocatus ; primo quod si in casu dubium esset circa qualitatem controversi privilegii, id ut personale censeri debet; quia res est de privilegiis tertio praeiudicialibus nempe iuribus parochorum, proindeque haec sunt strictae interpretationis ceu passim tradunt auctores et praesertim Leurenius *For. benef. lib. 1, sect. III, cap. 2, q. 489, vol. 1, n. 212.* Secundo quod etiamsi paulisper admittatur allegatum privilegium esse reale, hoc nihil tamen proficit ad adversariorum causam. Sane quando religiosi ab ecclesia S. Francisci cesserunt, nulla in ea erat tumba communis pro fidelibus, qui inibi elegissent sepulturam; ex quo liquet quod religiosi hoc privilegio uti noluerunt. Adversarii sustinent tumbam communem esse sepulturam quae extat in capella S. Iosephi. At advocatus parochorum hoc denegat; quia haec tumba est gentilitia ad familiam Lauri pertinens uti probat ex documento seu verbali transactionis religiosorum diei 16 Octobris 1726 cum eadem familia: deinde examinatis a delegato Curiae Soranae antiquis paroeciarum regestis apparet nullum defunctum in praedicta ecclesia fuisse tumulatum, exceptis iis qui sepulcra gentilitia habebant.

Hucusque exposita, patronus ait, confirmari duabus decisionibus supremi ecclesiastici Tribunalis. Quarum una prodiit a S. Congregatione super Reformatione diei 16 Decembris 1816 approbata a Pontifice S. M. Pio VII et refertur in *Pergulano,* S. Congregationis Concilii diei 18 Decembris 1824 § *Reponit* sub sequenti formula dubiorum: I. *An non redintegrata, neque probabilitate extante in posterum redintegrandi, conventu Minorum Conventualium Pergulanae civitatis in Nonantulae iurisdictione ecclesia ipsi adnexa in praesenti statu spectari debeat ceu regularis in privilegiis, officiatura, tumulatione* etc. II. *An ipsa ecclesia spectari debeat ceu filialis paroeciae ita ut in ea parochus omne ius exerceat.* S. Congregatio super Reformatione respondit: *Ad primum negative, ad secundum affirmative.* Altera decisio S. Congregationis Concilii est in *Aprutina Iuris funerandi* diei 28 Ianuarii 1893. Initio mox elapsi saeculi expulsis religiosis ab eorum ecclesiis, in eis remanserant sodalitates ab ipsis religiosis erectae. Hae in praeiudicium parochorum praetendebant ius funerandi per suos cappellanos. Proposito dubio: *An Sodalitates de quibus supra_____ius habeant funerandi super cadaveribus illorum qui ad eorum ecclesias pro funere exponi elegerunt,* S. C. respondit: *Negative et amplius.*

Ad resolutiones S. Congregationis Concilii ex adverso oppositas nempe *Ravennaten. Funerum 17 Martii 1781, Tiburtina 17 Martii 1827 et Forolivien. 1871* advocatus reponit eas in casu applicari nullimode posse. In causa Ravennatensi res erat de ecclesia prius a Sodalibus Societatis Iesu possessa cui deinde subcollector spoliorum successerat: inter hunc et parochos civitatis Ravennatensis intercesserat transactio circa ius tumulandi. In causa Tiburtina ecclesia S. Petri pertinens ad sodalitatem Bonae Mortis prius obtenta a Regularibus Carmelitis, antequam regularis evaderet, iam pollebat iure tumulandi. In altera demum causa Foroliviensi sermo erat de tumbis gentilitiis.

Pergens deinde advocatus ad tertium suae orationis ea-

put nempe ad *praescriptionem* demonstrare nititur eam iniuria ab adversariis in themate invocari. Seposita paulisper opinione eorum qui iura parochorum impraescriptibilia esse putant, certum tamen esse dicit quod ea debet esse quadragenaria ex cap. *Cum illud, De praescr.* At in casu ad summum invocari potest tantum praescriptio tricenaria, quia ab an. 1814 usque ad an. 1845 duo vel tres casus sepulturae sodalium in ecclesia S. Francisci locum habuissent. Ab hac epocha usque ad an. 1855, ipsa adversaria Sodalitate fatente, amplius sepeliri in ea ecclesia non potuit ob institutionem publici coemeterii, sicuti contigit in posterum a praedicto an. 1855 usque ad initium praesentis controversiae ceu testantur successivi cappellani Sodalitatis. Insuper si res intimius investigetur neque praescriptio triennalis opponi valet: quia constat ab an. 1809 usque ad annum 1822 paroecias Soranae civitatis fuisse suis Titularibus destituías, quo tempore praescriptio currere non poterat iuxta censuram *cap.* De quota, *De praescr.* Hinc praescriptio opposita esset tantum vicennalis, proindeque non legitima.

Tandem quoad *concessiones vel rescripta prodita a Gubernio Neapolitano,* advocatus observat quod haec omnia reducuntur ad reale rescriptum diei 7 Iunii 1843 quo recognito abusu Sodalitatis funerandi et tumulandi defunctos Sodales in ecclesia S. Francisci decretum est Sodalitatem non esse turbandam a possessione praetensi iuris. Hoc decretum seu rescriptum, iuxta patronum, nullimode consistere potest tum quia prodiit ab auctoritate incompetenti, tum quia aperte opponitur art. XXX legis concordatariae stipulatae inter Regem Utriusque Siciliae et Summum Pontificem, in quo articulo edicitur quod relate ad alia ecclesiastica obiecta non spectata in praedicta lege concordataria, quaestiones resolventur ad tramites vigentis ecclesiasticae disciplinae. Atqui, subdit advocatus, in lege concordataria neque verbum neque vola habetur de Confraternitatibus. . . . .

Hoc est compendium deductionum quas patronus paro-

chorum protulit pro revocanda sententia diei 15 Septembris 1899. At in hypothesi quod S. Congregationi placeat suam sententiam confirmare, tunc advocatus nonnulla dubia subiicit circa eius interpretationem idque ad ulteriores praecidendas lites. Primum quaesitum attingit funeris pertinentiam *praesente cadavere.* Iamvero prosequitur advocatus parochorum, certum est, ubi cadaver tumuletur in alia ecclesia non paroeciali, sive id contingat ob privilegium, vel ob inibi electam sepulturam a defuncto, ductionem et peractionem funeris pertinere ad parochum defuncti et non ad rectorem illius ecclesiae vel ad cappellanum Confraternitatis. Ita praeter alios auctores docet Vecchiotti in *Canon, instü. lib. 3, cap. V,* qui loquens de ecclesiis tumulantibus non paroecialibus ita sese exprimit: - *Si proprium habeant rectorem facile ex generalibus principiis statui potest parochi esse corpus recto tramite scilicet de ecclesia parochiali ad ecclesiam tumulantem deducere ibique officium et missam praetermisso Rectore praecinere et corpus humo tradere.* Hoc vero ius iuxta decretum S. Cong. Episc, et Reg. in Lauden. 20 Aug. 1601 extenditur ad omnes parochos quibus respective defuncti pertinent. Iuxta decretum Generale S. Cong. SS. Rituum diei 10 Septembris 1703 videretur hoc ius spectare parocho tantum pro fìlianis defunctis suae paroeciae intra cuius limites est ecclesia tumulans. Sed Ferraris in sua *Bibliotheca can. verb.* Confraternitas *art. V,* hoc decretum Generale conciliat cum generalibus iuris principiis, aiens quod ipsum sit intelligendum de *confraternitatibus exemptis ubi sunt Confraternitates Urbis, cum Romae confraternitates soleant esse exemptae a paroecia.*

Secundum quaesitum respicit extensionem privilegii quod advocatus vult coarctari tantum ad sodales *oblatos* Confraternitatis et non ad *novitios* vel *supr'anumerarios,* cum hi non dici possint *veri confratres,* et quoniam in hoc puncto iuxta patronum partes litigantes sunt concordes, hinc ipse exorat ut super hoc accedat authentica S. Congregationis declaratio.

Ultimum quaesitum respicit extensionem quartae funerariae. Advocatus recolit quod in civitate Sorana ex consuetudine in unoquoque funere Capitulum Cathedralis et illud Collegiatae percipiunt libellas 25, parochus autem libellas 20 et ceram. Hanc consuetudinem rogat etiam supremo iudicio confirmari.

ALLEGATIONES SODALIUM BONAE MORTIS VULGO DE' SACCONI. Ex adverso Patronus Sodalium eadem via unam thesim demonstrandam aggreditur. I° *Ex iure.* Iuxta Constitut. Innocentii IV 5 Ap. 1260 *Cum tamquam.* Omnes ecclesiae Minor. Conventualium declaratae sunt tumulantes - *Vobis licentiam concedentes ut in ipsis ecclesiis ad opus Fratrum et familiae vestrae habere libere coemeteria valeatis.* Insuper, praecisione facta a sepultura communi, ait advocatus, pacificum est inter partes quod in ecclesia S. Francisci extabant 13 tumbae gentilitiae. Ergo dubitari non potest quod praefata ecclesia erat tumulans. Sed expulsis religiosis, Sodales in ecclesiae possessionem successerunt; eorum itaque ecclesia est tumulans. Hanc conclusionem advocatus ex eo probari autumat, quod ius tumulandi non est personale, sed reale. Pluribus enim in decisionibus et praesertim S. Congregationis Concilii hoc principium sancitum invenitur. *Extinctione ordinis religiosi argui non potest ad extinctionem iuris tumulandi loco sacro quaesiti, cum reale sit ius tumulandi et cohaereat templo sepulcra habenti. Aprutina* 28 Ian. 1893 (etiam ab adversariis adducta), *liagusina* 12 Iulii 1890, *deitatis Castelli Iuris funerandi et emolumentorum* 16 Feb. 1867, et signanter *Urbinaten. Funerum* 20 Martii 1880 in qua facta ordinatione ab Archiepiscopo non eligendi sepulturam, post institutionem publici coemeterii, absque licentia auctoritatis ecclesiasticae, et non obstante hac prohibitione, facta a quodam defuncto electione sepulturae in ecclesia Minorum Reformatorum S. Bernardini, lite mota a parocho S. Donati ad quem defunctus spectabat contra minores Franciscales, praefatum statutum seu ordinatio nulla declarata fuit a S. Congregatione Concilii.

2° *Ex privilegio.* Quod iuxta advocatum in Tiburtina S. Congregationis C. *Iuris tumulandi* diei 17 Martii 1827 hoc clare recognitum fuit per illa verba - *Per saecularizationem ecclesiae Regularis solum censentur mutata et sublata privilegia et iura cancernentia Regularitatem. Caetera autem iura integra remanent et Maesa ipsi ecclesiae nisi expresse tollantur.* Sane cum ecclesia S. Petri prius a Carmelitis possessa transiisset in dominium Confraternitatis Bonae Mortis et quaesitum fuisset - *An Ecclesia S. Petri gaudeat iure tumulandi in casu.* S. Congregatio respondit : *Affirmative.* Ex quo advocatus arguit privilegium tumulandi in ecclesiis regularibus esse reale, proindeque non tolli si in ecclesia regulari succédât aliqua Sodalitas.

3° *Ex praescriptione.* Advocatus praenotat quod in excavatione subiecti ecclesiae soli plura ossa et reliquiae cadaverum inventa sunt et praesertim in noviter detecto ossario. Hoc clare indicare ait quod in ecclesia S. Francisci praeter tumbam religiosorum et sepulcra gentilitia, aderat etiam sepulcrum seu tumba communis pro fidelibus qui inibi sepeliri elegissent ; et haec erat in cappella S. Iosephi. Ex facto autem quod hi defuncti non inveniantur descripti in codice mortuorum paroeciali nihil probari posse, quia Religiosi habebant separatum librum mortuorum pro notandis iis qui in eorum ecclesia sepulturam elegissent.

Hic autem mos electionis sepulturae in ecclesia S. Francisci servatus est etiam postquam ecclesia praedicta a. 1809 per Gubernii cessionem a Sodalitate obtenta fuit : et advocatus affert duodecim vel tresdecim casus sodalium in eorum ecclesia sepultorum quin tumbas gentilitias haberent. Hoc contigit usque ad annum 1842 quo per introductionem publici coemeterii interdicta est in ecclesiis sepultura fidelium defunctorum, demptis sepulcris gentilitiis, quae sero abolita sunt nempe decreto dictatoriali a. 1862. Ab a. 1857 usque ad a. 1879 in ecclesia Sodalitatis duae expositiones et funera sodalium peracta fuerunt, et ab a. 1879 usque

ad a. 1897 duodecim expositiones et funera sodalium pariter locum habuerunt.

Advocatus fere supervacaneum putat nimis immorari in his casibus recensendis, cum sermo sit de usu facultativo privilegii quod non perimitur per non usum, cum notum sit iuridicum adagium: *In facultativas non datur praescriptio.*

4° *Ex regia concessione.* Praemittit advocatus Confratrum quod concessio ecclesiae S. Francisci facta a Regio Gubernio a. 1808 Sodalitati etiam in foro canonico sustinetur. Sane in Concordato a. 1818 inter Summum Pontificem et Regem Utriusque Siciliae in articulis 13 et 14 sanatae fuerunt omnes acquisitiones bonorum ecclesiasticorum, inter quae etiam *loca religiosa alienata* comprehensa fuere. Hinc possessio ecclesiae quam prius Confratres tantum ex regia concessione habebant, postea etiam ab auctoritate ecclesiae fuit approbata. Hoc praemisso, duo Rescripta Regia 2 Martii et 7 Iunii a. 1843 profert patronus, quae ut legitimum declarant usum exponendi cadavera defunctorum Confratrum et funerandi in eorum ecclesia. Notat advocatus quod haec rescripta prodierunt a Consilio Generali Hospitiorum Provinciae, quod consilium ex articulo XVII Concordati constare etiam debebat ex personis ecclesiasticis et Episcopo Provinciae.

Demum praxis circa funera Confratrum in ecclesia S. Francisci recognita iam erat a Curia dioec. Siquidem reclamante Priore Sodalitatis contra Capitulum Collegiatae S. Restitutae quod praetendebat funeribus assistere, Vic. Gen. Soranus die 23 Apr. 1822 rescripsit: *Nihil innovetur et iuxta solitum omnia fiant in casu et similibus.* Quod confirmatum fuit alio non dissimili rescripto Curiae dioec. an. 1836: *Servetur quoad omnia rescriptum ex hac Curia a Nobis emissum die 23 Aprilis 1822.* Haec dispositio emanata fuit occasione novi recursus Prioris Sodalitatis contra parochum S. Restitutae nolentis sequi consuetudinem introductam circa funus cuiusdam confratris in ecclesia S. Francisci.

Hisce deductis, patronus instat pro confirmatione resolutionis iam datae a S. Congregatione. Verum quia pars contraria subsidiarie instat pro confirmatione iuxta modum, hinc etiam pro suo munere progreditur ad adversa argumenta refutanda.

Et quoad primum denegat quod parocho spectet funus paragere praesente cadavere, quando cadaver alicuius confratris defuncti in ecclesia **S.** Francisci est exponendum. Citat *SS. RR. Cong. Decreta 3 Septembris 1746 et 12 Aug. 1834. Quando ecclesia tumulans est a parochiali diversa ducto funere ad ecclesiam non parochiis, sed alius sacerdos eiusdem ecclesiae ad, quam cadaver delatum est, indutus cotta et stola vel etiam pluviali nigri coloris prosequatur officium a Rituali Romano praescriptum et in utroque casu ei liceat retinere stolam.* Et Vecchiotti in suis Instit. can. Vol. 2, cap. 5, § 60 addit: *Confirmant SS. CC. quae omnes unanimi ore saepe responderunt nil posse parochum defuncti sibi vindicare quam portionem canonicam seu quartam funeralem et quamdam in funeris deductione ad ecclesiam tumulantem per vias praeeminentiam.*

Quoad alium quaesitum, nempe utrum ex data resolutione privilegium exponendi et funerandi comprehendere valeat Sodales etiam oblatos et novitios, advocatus respondet tantum unam classem confratrum haberi, nempe ut quis sodalis renuntietur, satis esse adscriptionem Sodalitati : hinc quaesitum recipi non posse. Caeteroquin quemadmodum ex iure communi electio sepulturae libera est cuicumque fideli, nulla admissa distinctione, idem iudicium ferendum esset, supposita imaginaria distinctione ex adverso excogitata.

Tandem quoad quartam funerariam reponit se stare iuri communi firmato a Concilio Trid. sess. 23, cap. 13, nempe ut solvatur quarta in ea *portione, quae antea solebat...* proinde reiicit omnem extensionem et augmentum prout vellent adversarii. In specie vero quoad assertionem quod ex consuetudine in unoquoque funere Confratrum Sodalitatis Capitula percipiant libellas 25 et parochi 20 libellas praeter

ceram ; eam dicit purum commentum ; sane exquisitis in tabulario Confraternitatis libris rationum, Syndicus et Revisores computationum, sub iurisiurandi fide testantur nullum vestigium de huiusmodi emolumento in eis inveniri.

Hisce utrinque productis suppositum fuit enodationi sequens

Dubium

An et quomodo sit confirmanda vel revocanda decisio S. Congregationis Episcoporum et Regularium diei 13 Septembris 1899 iam confirmata die 15 Martii 1901, in casu.

RESOLUTIO. S. Congregatio Episcoporum et Regularium, omnibus rationibus a partium procuratoribus enucleatis, iterum ad examen revocatis, die 9 Augusti 1901 respondit - *In decisis et amplius* huiusmodi causam non proponi mandavit.

EX S. CONGREG. INDULGENTIARUM

SUMMARIUM Indulgentiarum a RR. PP. concessarum Piis Unionibus SS. Cordium Iesu et Mariae erigendis a Moderatore Generali Congregationis Missionariorum a SS. Cordibus Iesu et Mariae.

I. *Indulgentiae Plenariae.*

1. Omnibus utriusque sexus Christifidelibus qua die in Piam Unionem ingrediuntur, dummodo vere poenitentes, confessi ac S. Synaxi refecti ad mentem Summi Pontificis oraverint.

2. Omnibus Sodalibus Piae Unionis, sub iisdem conditionibus, qua die peragunt pium exercitium Cultus Perpetui SS. Cordis Iesu, quod speciali modo Sodalibus faciendum proponitur.

Item sequentibus diebus festis:

3. Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis.

4. Nativitatis B. M. V.

5. Annuntiationis B. M. V.

6. Purificationis B. M. V.

7. Assumptionis B. M. V.

S. SSiîii Cordis B. M. V.

9 S. Josephi Sp. B. M. V.

10. SS. Apostolorum Petri et Pauli.

11. S. Ioannis Ap. et Ev.

12. Omnium Sanctorum.

13. Die Commemorationis omnium fidelium defunctorum.

14. Semel in mense, die cuiusque arbitrio eligenda.

15. Feria VI. Passionis.

16. Una ex feriis VI. Quadragesimae, uniuscuiusque arbitrio eligenda.

17. In sex Dominicis vel feriis VI. quae antecedunt festum SS. Cordis Iesu.

18. Die festo S. Gregorii Magni (12 martii).

19. Die festo S. Pii V. (5 maii);

dummodo dictis diebus vere poenitentes, confessi ac S. Synaxi refecti ecclesiam Piae Unionis devote visitaverint, ibique pias ad Deum preces effuderint ad mentem S. Pontificis.

20. Die festo SS. Cordis Iesu, vel Dominica sequenti.

21. Prima feria VI. vel prima Dominica uniuscuiusque mensis; si praefatis diebus uti supra dispositi ad mentem Summi Pontificis oraverint, et quolibet anni die recitaverint *Pater, Ave* et *Credo* cum jaculatoria prece: *Dolce Cuore del mio Gesù; fa che io t'ami sempre più.*

22. Tandem in mortis articulo, si Sodales, uti supra dispositi, vel saltem contriti, SSmum Iesu Nomen ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint.

II. *Indulgentiae Partiales.*

A. *Septem annorum totidemque quadragenarum.*

1. In quatuor Dominicis quae praecedunt festum SS. Cordis Iesu, dummodo quotidie recitaverint *Pater, Ave* et *Credo* cum jaculatoria prece: *Dolce Cuore,* etc. uti supra.

2. Qualibet die novenarii praecedentis festum SS. Cordis Iesu, dummodo visitaverint ecclesiam vel publicum sacellum ubi dictum festum celebratur, et ad mentem S. Pontificis oraverint.

3. In quatuor Dominicis praecedentibus festum S. Cordis Mariae, si ecclesiam Piae Unionis visitaverint.

4. In omnibus festis B. Mariae V. et SS. Apostolorum in tota Ecclesia praescriptis ac supra non recensitis, nempe: Septem Dolorum B. M. V. (feria VI. post Dominicam Passionis et Dominica III. Septembris), Visitationis, Praesentationis, SS. Nominis ac SS. Rosarii eiusdem B. M. V., Dedicationis S. M. ad Nives (5 Augusti), B. M. V. de Monte Carmelo (16 Iulii), nec non S. Andreae Ap. (30 Nov.), S. Thomae Ap. (21 Dec), S. Matthiae Ap. (24 Febr.), SS. Philippi et Iacobi Min. App. (1 Maii), S. Barnabae Ap. (11 Iunii), Commemorationis S. Pauli Ap. (30 Iunii), S. Iacobi Maioris Ap. (25 Iulii), S. Bartholomaei Ap. (25 Aug.), S. Matthaei Ap. (21 Sept.), et SS. Simonis et Iudae App. (28 Octob.), dummodo dictis diebus ecclesiam Piae Unionis visitaverint;

5. In ceteris feriis VI. quadragesimae, si pariter ecclesiam Piae Unionis visitaverint.

B. *Ter centum dierum.*

Singulis vicibus quibus assistunt pio exercitio, quod fit in decursu mensis Augusti in ecclesia Piae Unionis, in honorem S. Cordis Mariae.

C. *Sexaginta dierum.*

Quotiescumque pietatis aliquod sive caritatis opus exercuerint.

III. *Indulgentiae Stationum Vrbis.*

Sodalibus ecclesiam Piae Unionis devote visitantibus ibique ad mentem Summi Pontificis orantibus, diebus in Missali Romano designatis, nempe:

A. *Plenaria* (peracta confessione et S. Synaxi recepta) in Coena Domini, in festis Paschatis, Ascensionis et Nativitatis D. N. I. C.

B. *Triginta annorum et totidem quadragenarum* in festis Circumcisionis et Epiphaniae Domini, in Dominicis Septuagesimae, Sexagesimae et Quinquagesimae, feria VI. et sabbato Maioris Hebdomadae; singulis diebus octavae Paschatis et Dominicae in Albis; in festo S. Marci Ev. et tribus Rogationum diebus, in festo Pentecostes et quotidie per octavam usque ad

sabbatum inclusive, in festis S. Stephani Protomart, S. Ioannis Ap. et Ev. ac SS. Innocentium.

C. *Viginti annorum et totidem quadragenarum* in Dominica Palmarum.

D. *Quindecim annorum et totidem quadragenarum* feria IV. Cinerum, in Dominicis IV. quadragesimae et III. Adventus, in vigilia, nocte et Missa aurorae Nativitatis Domini.

E. *Decem annorum et totidem quadragenarum* omnibus diebus Quadragesimae supra non recensitis, Dominicis I., II. et IV. Adventus, in vigilia Pentecostes et in diebus Quatuor Temporum Septembris et Decembris.

Omnes et singulae praefatae Indulgentiae, excepta tamen plenaria in mortis articulo lucranda, animabus quoque defunctorum in purgatorio degentibus sunt applicabiles.

IV. Privilegium et Indultum.

Missae omnes, quae in quocumque altari ecclesiae Piae Unionis canonice erectae in suffragium Sodalium Defunctorum celebrantur, gaudent privilegio altaris.

Confessarii Sodalibus legitime impeditis commutare possunt in aliud pium opus visitationem ecclesiae Piae Unionis, quae requiritur ad lucrandas indulgentias stationales, partiales, nec non plenarias sub num. 3 ad 17 recensitas.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita praesens Summarium Indulgentiarum praefatae Piae Unioni tributarum benigne approbavit ac publicari permisit.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 14 Martii 1902.

I**OSEPHUS** M. Can. C**OSELLI**
Substitutus

LEO PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Oblatis Nobis precibus annuentes a dilecto filio Petro Di Nocera Superiori Generali Congregationis SS. Cordium de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi per praesentes ipsi Moderatori Generali pro tempore existenti dictae Congregationis aliisque illius in posterum successoribus facultatem concedimus in perpetuum valituram erigendi, praevio Ordinariorum consensu, pias Uniones sub titulo SS. Cordium Iesu et Mariae tam in propriis quam in aliis ubique terrarum Ecclesiis eisque tribuendi omnes et singulas indulgentias aliasque spirituales gratias ac privilegia eidem piae unioni olim largita et inserenda in novo Summario a Congregatione approbando Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositis. Verumtamen praecipimus ut omnia de iure servanda in huiusmodi erectionibus rite serventur, ac potissimum Constitutio Clementis PP. VIII. Praedecessoris Nostri, quae incipit « Quaecumque » et alia decreta eiusdem Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae. Decernentes praesentes litteras firmas, validas, efficaces existere ac fore suosque plenarios et integros effectus sortiri, atque obtinere, illisque ad quos spectat et in futurum spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari ac definiri debere ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate praemunitis eadem prorsus adhibeatur fides quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae. — Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 13 Martii 1902, Pontificatus Nostri anno vigesimoquinto.

Pro Revmo Card. MACCHI
N. MARINI *Substitutus*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

ROMANA dubia quoad genuflexiones peragendas in choro in Missis Feriarum Adventus.

A Sacra Rituum Congregatione insequentium Dubiorum resolutio expetita fuit, nimirum:

I. Quum iuxta Rubricas statutum sit in Missis Feriarum Adventus etc. genuflectere debere omnes in Choro, dicto per celebrantem *Sanctus,* usque ad *Pax Domini* inclusive: quaeritur utrum hoc idem tenendum sit quoties praefatae Missae celebrentur sine cantu?

II. An quotiescumque recitantur in Choro preces feriales tempore Quadragesimae, debeant omnes, Hebdomadario excepto, genuflexi manere etiam in commemorationibus Sanctorum simplicium et in Orationibus Suffragiorum ?

Et Sacra eadem Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, atque audito voto Commissionis liturgicae, rescribendum esse censuit:

Ad I Affirmative,

Ad II Affirmative iuxta Rubricam Generalem Breviarii Tit. XXXIV De precibus, n. 4.

Atque ita rescripsit. Die 4 Martii 1902.

D. **CARD**. FERRATA, 5. *R. C. Praef.*

L. * S.

f D. **PANICI** Archiep. Laodicen., *Secret.*

DUBIUM quoad apostolicum indultum pro Regno Hispanico adhibendi sacra paramenta coloris caerulei quoties etc.

A Sacrorum Rituum Congregatione expostulalum fuit, utrum Indultum Apostolicum, quod concedi solet pro Regno Hispaniae, ut sacra paramenta caerulei coloris adhiberi possint quoties celebratur Missa Immaculatae Deiparae Conceptionis, sive festiva sive votiva comprehendat etiam Missas Apparitionis Beatae Mariae Virginis Immaculatae, vulgo *de Lourdes,* et Mani-

festationis Immaculatae Virginis Mariae a sacro Numismate vulgo *della Medaglia miracolosa?* Ét Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis liturgicae, rescribendum esse censuit: *Negative.* Atque ita rescripsit. Die 15 Februarii 1902.

D. CARD. FERRATA, S. *R. C. Praef.*

L. * S.

f DIOMEDES PANICI Archiep. Laodicen., *Secret.*

ADNOTATIO

Si Missa, tam de festo, quam votiva, Immaculatae Conceptionis Deiparae pro regno Hispaniae fert ex indulto colorem caèruleum, qua de causa eumdem ferre non debet colorem Missa, tam de festo, quam votiva, Apparitionis Immaculatae Deiparae, vulgo *a Lourdes* dictae, nec non Manifestationis eiusdem Immaculatae a sacro Numismate nuncupatae? Nonne utrumque hoc festum de Immaculata Conceptione est, ut plurima ex illius officio ac Missa illud mutuare compertum sit? Nonne ergo iure attendi poterat ad propositum dubium affirmativa responsio? Nonne ergo videtur oppositum responsum negativum minus cohaerens?

En difficultas, quam fortasse obiicere lectores possent, multoque magis qui dubium proposuerunt, negativum responsum perpendentes. At animadvertendum ex opposito est : *a)* Quinque, non plures esse praeceptivos Romanae Ecclesiae colores in sacris paramentis adhibendos, album, rubrum, viridem, violaceum, nigrum *(Ruhr. Gen. Missal. Tit. X VIII, n.* **1) ;** ergo color caeruleus manet extra legem, *b)* Cum itaque ex solo privilegio regnum hispanicum caeruleo colore utatur, mirum esse non debet negativum responsum. Privilegia enim tantum tribuunt quantum sonant, maxime in praesenti casu, qui est profecto contra ius commune, ac proinde privilegium strictae interpretationi subiicitur, *c)* Porro, quamvis Apparitio et Manifestatio Immaculatae Deiparae mysterium Conceptionis Immaculatae respiciant, nihilominus ab eo valde differunt, festo per-

penso. Immaculatae enim Conceptionis festum respicit praeservationem Deiparae ab omni originalis culpae labe: dum alia duo habent pro obiecto eiusdem Deiparae Immaculatae apparitionem, vel manifestationem, quae in illo certe festo comprehendi nequeunt, *d)* Ad summum potuisset ad duo haec festa S. R. C. privilegium extendere coloris caerulei. Cum nihilominus privilegia extendi *per se* non debeant de casu ad casum, neque per auctoritatem suam agere id censuit sacrum Tribunal, sed legi communi standum esse voluit.

Eapropter regnum hispanicum impetratis gaudere debet, Missas Immaculatae Conceptionis, non solum in die festo, sed aliis etiam diebus, quibus votivae licent, celebrando in colore caeruleo; sed ab hoc colore in omnibus aliis eiusdem Immaculatae Deiparae festis, seu iam concessis, seu quae concedi in futurum possent, albo colore utetur, secundum ius commune, sicuti reliquae Ecclesiae.

FODIANA Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Sor. Mariae Caelestis Crostarosa Fundatricis Monasterii a SS. Salvatore nuncupati in Fodiana civitate (1).

Sed potestas nobis fiat eximiorum quorundam virorum ac mulierum, qui in processibus S. Alphonsi de Ligorio et Beati Gerardi Majella testimonia dixerunt, quaedam verba in medium proferre, ex quibus appareat quae sanctitatis Servae Dei fuerit opinio diversis illis temporibus quibus illi processus confecti sunt. Frater Alexius Pollio laicus Congregationis sanctissimi Redemptoris et postremis viginti quinque annis, quibus Sanctus Alphonsus vixit, eius famulatui addictus, haec de Dei Famula habet: «una religiosa per nome suor Maria Celeste di santa vita e morta in concetto di santità ». Canonicus Caietanus Fusco hisce verbis de ea loquitur: « una certa religiosa nel monastero del SS. Redentore della Scala chiamata suor Maria Celeste di ottimo spirito ». Et pater Paschalis Caprioli Congregationis SS. Redemptoris Missionarius: « una tale religiosa di santissima vita e da Dio favorita con doni soprannaturali, già morta in concetto di santità nella città di Foggia, dove fondò un conservatorio del SS. Salvatore chiamata suor Maria Celeste ». Frater autem Leonardus Cicchetti laicus Congregationis SS. Redemptoris de Serva Dei dicit: « suor Maria Celeste religiosa e morta in concetto di santità ». Pater Gaspar Cajone Consultor generalis Congregationis SS. Redemptoris eam designat « una religiosa di santa vita detta Maria Celeste ». Ac Pater Laurentius Nigro et ipse Consultor generalis Congregationis SS. Redemptoris eam denotat: «la madre suor Maria Celeste morta in concetto di santità». His quoque verbis Pater Dominicus Corsano Missionarius Congregationis SS. Redemptoris et Sancti Alphonsi Confessarius Famulam Dei describit: « una certa Religiosa, chiamata suor Maria Celeste di santissima vita e favorita da Dio con doni soprannaturali, morta con opinione di santità nella città di Foggia ». Verbis fere iisdem eam indicat Pater Deodatus Criscuoli eiusdem Congregationis Missionarius. Etiam Pater Antonius Maria Tannojà Congregationis illius Consultor generalis eam dicit « una religiosa favorita da Dio con doni soprannaturali » ; atque in alio testimonio «una religiosa molto favorita da Dio».

(I) Recole huius Vol. pag. 432 et seqq. ut integrum processum habeas Sor. Mariae Caelestis Crostarosa.

Soror Maria Zaecagnini Vicaria in monasterio SS. Salvatoris civitatis Fodiae commemorat « la nostra Fondatrice Maria Celeste Crostarosa, che fu anche molto prezzata per la perfezione cristiana e religiosa ». Et soror Maria Theresia Spinelli etiam in praesens ibidem Antistita dicit eam « donna di molta perfezione ». Itemque soror Dilecta Depardo in monasterio eodem conversa celebrat « la Fondatrice di questo monastero, donna, che fu chiara pel suo nome e per le sue virtù talmente, che anche oggi con molta lode si rammemora ». Et soror Maria Magdalena Stilla, ipsa quoque ibi conversa, Famulam Dei dicit «donna molto inoltrata nella perfezione, e che si compiaceva assai dei consigli e della direzione degli uomini di Dio ». Frater autem Antonius De Cosimo olim laicus ligorianus et postea conversus cassinensis in coenobio SS. Trinitatis civitatis Cavae nominat « la detta madre Badessa in assai conto di santità », et « suor Maria di Gesù in Ripacandida e Suor Maria Celeste in Foggia *(che)* morirono in concetto di santità ». Et paullo post : « morirono in fatti le due Madri Badesse in assai conto di santità, come io poscia girando continuamente or qua or là ho potuto conoscere da mille persone degne di ogni fede ». Adeo Mariae Caelestis sanctitatis fama post eius obitum apud omnes atque omni tempore diffusa fuit!

De Miraculis post obitum.

Ad Famulae suae gloriam exaltandam, miracula multa operatus est Deus. Virginale enim Servae Dei corpus nunquam corruptioni obnoxium fuit, nec artuum, non aliter ac si vivum adhuc permaneret, umquam flexibilitatem amisit. Quod optime compertum est tempore translationis, quum cadaver novis vestibus indutum fuerit. Haec enim a teste XLVII habentur: « Una tale Diletta, conversa professa di questo monastero, qui entrata di 12 anni, che ne visse circa 95 e morì da 19 in 20 anni or sono, mi raccontava che airepoca di sua gioventù aveva tenuto tra le braccia il Corpo della Serva di Dio; quando dalla sepoltura comune fu trasportato nella nicchia, ove si trova, e che quel corpo era palpabile ed intatto, tanto che le facevano la croce, le aprivano le palpebre, e guardavano intatti anche gli occhi, e le ravvisavano distintamente le vene, come di persona da poco morta, mentre erano scorsi già oltre a 50 anni dalla sua morte ».

De vivi sanguinis effusionibus, ter e Servae Dei cadavere factis, anno 1785, tum 1788, tum quando anno 4809, dum translatio fiebat, vena incisa, velut e vivo corpore sanguis exsiluit, iam tetigimus. Quae sanguinis effusiones tot tantisque argumentis testimoniisque comprobantur, ut nullo modo possint in dubium vocari. De illis enim loquitur in Sancti Alphonsi historia Pater Tannoja: tertiae autem effusioni innumeri testes interfuerunt, qui etiam de chimico sanguinis eius examine loquuntur, ex quo eum a viventium hominum sanguine nihil differre compertum est. Adde quod secundae effusionis a Canonico Saggesse Cardinalis Firrao Vicario processus, quamvis hodie deperditus, institutus est: insuper ad eumdem Cardinalem a Canonico Ricciardi altero Vicario hisce de rebus relatio missa, cuius extat exemplar; extantque litterae a Cardinali remissae, quibus, ob prodigiosas has effusiones, cadaveris fieri translationem iubetur. Extat pariter ampulla, in qua sanguis a vena exiliens est receptus, qui exsiccatus adhuc servatur: extant linteola, quae emissi sanguinis signa praeseferunt. Extat demum, atque ab omnibus legi potest, titulus novo sepulcro appositus, quem hic nobis liceat afferre:

Ossa post annos ab eius morte 63 adhuc sanguine manantia iussu Cardinalis Josephi Firrao Superioris Ordinarii Carolus Canonicus Ricciardi Vicarius et Monialium Protector ex communi sepultura transferri atque hic collocari curavit anno 1809 secundo Nonas Februarii.

Illud etiam prodiga narratur, quod Serva Dei vix mortua, moderator spiritualis exposito coram omnibus cadaveri iussit, ut crucis signo se muniret: quod mortuum illud corpus perfecit, ac deinde in priorem se gestum composuit. Hoc idem accidit etiam qua die cadaver translatum est, iubente Canonico Savino Biccari, tunc monasterii sanctissimi Salvatoris Praeposito. Anno autem 1859 die 25 maii, quasi ad calamitosa religioni tempora impendenda praedicenda, Servae Dei corpus coram quibusdam invisentibus auditum est aliquot suspiria trahere ac manum movere visum est.

Miracula, quae die translationis corporis Servae Dei facta innuimus, magna omnium animos commotione affecerunt. « Essendo io, ait testis IV, sebbene ancor giovinetto, ma capace a dar giudizio di quanto asseriva, in un giorno con tutta la mia famiglia in aspettazione di mio padre, che si era quale testi-

monio recato alla traslazione, che si fece del corpo della Serva di Dio dalla sepoltura comune al luogo ove ora si trova, ecco che mio padre, come annichilito per straordinario avvenimento si ritira a casa e narra di aver veduto quanto segue. Raccontò alla famiglia, me presente, che all'obbedienza dell'autorità ecclesiastica il cadavere di Suor Maria Celeste Crostarosa si era mostrato così flessibile, da sembrare vivente: narrò che si vedevano vive ancora le cicatrici di due vescicatori, coi quali appena morta era stata seppellita; raccontò che vestendola di nuovi abiti, le braccia, le gambe, il capo, ed il corpo tutto si piegarono come in persona viva; raccontò che all'intimo dell'obbedienza la mano si prestò al segnarsi colla croce, accompagnata però dall'altra delle nominate autorità: raccontò che essendole anche intimato di prestarsi all'esperimento di un salasso, con maggiore stupore e terrore universale degli astanti fu veduto zampillare dalla vena vivo sangue fino a che fu chiusa la ferita: narrò insomma aver vedute tali cose straordinarie, da muovere al pianto la famiglia intiera: ed ho presente ancora lo stupore di lui che raccontava, e la commozione di noi tutti, che ascoltavamo ». Eadem narrat testis XI.

Monasterii autem sanctissimi Salvatoris a se fundati peculiarem curam Serva Dei etiam post mortem gerere videtur. Eius enim intercessione, hoc unum monasterium, ex iis, quae Fodiae erant, servatum est, nec inde moniales eiectae, quamvis id iam decretum fuisset illudque magno incendio, quod próximas aedes consumpsit, divina ope ereptum est. Quadam autem die accidit ut, cunctante pistrinario traditum frumentum molire et ad monasterium afferre, haud tantum superesset farinae, quantum opus esset ad panem quinquaginta monialibus (tot enim in monasterio degebant) conficiendum. Moderatrix de hoc a montali, quae huic praeerat negotio, certior facta, invocata Servae Dei intercessione, illam iubet ut diligentius exquirat, an parva farina, quae adhuc superest, sufficere aliquomodo possit. Monialis ad iussa peragenda aream, in qua farina servabatur, et cuius clavem apud se custodiebat, simul cum conversa pistrici reserat, et farinam illam omnino sufficere non posse iterum pro comperto habens, huic praecipit ut ex arca eductam moderatrici ostendat. At, dum conversa paullulum illud farinae ex arca colligit, et simul ferventibus precibus Servae Dei implorat auxilium, tantum ea augetur, ut non solum quod ad pa-

nem conficiendum necesse sit inde extraxerit, sed etiam quod reliquum fiat.

In singulas quoque moniales filias suas curam impendere Serva Dei multos etiam post annos ab obitu visa est: et quasdam earum ipsamet ad suum monasterium vocavit. Narrat Maria Vincentia Palazzo (quae est testis XXIV) se puellam fuisse mundanis rebus nimis fortasse proclivem : cum vero sextum et decimum aetatis annum ageret, Serva Dei se ipsi in somniis obiiciens eam invitavit ad religionem in monasterio sanctissimi Salvatoris amplectendam : ac repente puella, quasi ingenio immutato, id absque mora coepit exoptare. Mater eius, quamvis hoc idem, ob magnam in Servam Dei devotionem; iampridem cuperet, tamen, cum puella inde a duobus vel tribus annis tertiana febri laboraret, rem, donec çonvalesceret, differendam esse arbitrabatur: at illa tantis ursit precibus, ut desiderii compos illico facta sit: et vix in monasterium ingressa, febri con valuit.

Item alii puellae ex familia Ventura, quae postea Maria Assumpta appellata est, et est testis XXXI, dormienti se praebuit videndam, eamque ad monasterium a se fundatum ingrediendum, quod iam illa cupiebat, vocavit. Sed, vix in monasterio recepta, tartarei adversarii artibus, tanto repente religiosae vitae taedio correpta est, tantaque consternatione et pavore ob perpetua claustra ac parentes relictos; ut, anxietatibus terroribusque devicta, in eo iam esset, ut religiosae quam amplexa erat vitae nuncium remitieret, ac monasterium insequenti die deserere animo fixum haberet. Superveniente tamen nocte Famula Dei trepidae puellae subsidio venit, eamque in somniis confirmavit, atque eius animum adeo immutavit, ut, somno excitata, omnia iam grata ac iucunda experiretur, quae gravia ac molesta superiore die fuerint; et, de proposito desistens, nec ea. die, nec amplius in posterum monasterium umquam dereliquerit.

Soror Maria Theresia Spinelli (Testis I), cum esset tyronum magistra, vidit olim oculos cuiusdam Mariae Caelestis imaginis, quae in abside erat, torve in eum locum intuentes, ubi duae quaedam ex tyronibus erant, nec utram earum respiceret potuit dignoscere: at scivit ex iis quae postea evenere. Altera enim earum, post rerum commutationem, quae anno 1860 accidit, quamdam praetexens infirmitatem, monasterio egressa est, atque errabundam inde et malam vitam duxit. Alias, cum

monasterii Antistita esset eligenda, et discordes essent inter se monialium voluntates, apparuit in somnio Serva Dei sorori Mariae Caelesti del Conte, testi XXIII, eique nunciavit eamdem illam Mariam Theresiam Spinelli earum Antistitam fore. Quod vix credibile videbatur, quum et vulgo moniales et Episcopus eam ad versarentur: ipsa autem, ad valetudinem curandam, id temporis extra monasterium degeret. Attamen paullo post, mortuo Episcopo, Maria Theresia in Antistitae munus unanimiter electa est, et in eo munere adhuc perseverat.

Sed multa, etiam in rebus temporalibus, singulae moniales, sanctissimi Salvatoris monasterium incolentes, miracula et gratias, Famulae Dei ope, receperunt. Soror Maria Amabilis Guerrieri (testis XXV), cum eam ferventioribus votis adprecata esset, mirum in modum pecuniam in scrinio suo invenit, quam fratri, ut aegram valetudinem curare posset, traderet. Complures etiam multis ac variis morbis sanatae, et non raro paene e mortis faucibus ereptae. Soror Maria Carmela Puntillo (testis VIII) gutturis morbo a pueritia affecta, eo ingravescente a medicis desperata, Servam Dei somnians se consolantem et guttur suum tangentem vidit, et illico, pustulis perruptis ac sanguine emisso, paucis post diebus omnino convaluit, nec umquam amplius in posterum gutturis dolore laboravit. Maria de Stasio (testis IX) in monasterio sanctissimi Salvatoris conversa, tam gravi morbo in sinistro brachio correpta est, ut illud paene arefactum ac demortuum evaserit. Cum vero medici omnem iam sanationis spem abiecissent, ipsa brachium suum arcae in qua Dei Famulae corpus servatur, apposuit, ac brevi omnino sanum et altero validius habuit. Soror Maria Columba Ciavarelli (testis X) per quinque et quadraginta annorum spatium colicis doloribus affecta, ita ut cibis fere omnibus abstinere cogeretur, invocata Serva Dei, et eius imagine corpori suo applicita, illico sanata est, nec umquam amplius eo morbo laboravit. Soror Clara Sorge (testis XI) tantam sanguinis vim octo continuis diebus e naribus emisit, ut, viribus prorsus exhaustis, iam ei sacramenta extrema praeberentur: at, dum septemdiales preces Famulae Dei funderentur, valetudo ac robur ei restitutum est. Soror Gratia Maria Palmieri conversa monasterii sanctissimi Salvatoris (testis XVII) Spinae debilitate per quatuor vel quinque annos affecta, se movere aut inclinare nequibat. At Servam Dei continue orans, paullatim

convaluit, ac centesima ab eius obitu anniversaria die prorsus sanata est. Postea impeditum ex luxatione usum brachii eiusdem intercessu recupera vit. Soror Paula Mancini conversa, assidua febri correpta, et e monasterio sanctissimi Salvatoris egredi coacta, -Servam Dei orare non desinens, iterum ibi a moniali Alphonsina Cerase recepta est, et post duos vel tres dies e morbo omnino sanata. Soror Concepta Cardone (testis XX), cum uno fere mense ob venae cruris dilatationem in lecto iacuisset, Servae Dei ab ea exoratae precibus, e lecto surgere et absque molestia deambulare valuit. Soror Maria Mathildes De Chiara (testis XXI) teterrimo tumore afflicta, qui erat postero die ferro caedendus, dum Mariam Caelestem orabat, se excuti sensit, et cervicem suam, ubi tumor insederat, manu quadam tangi: tumor vero eadem nocte sponte sua diffractus est. Soror Maria Caelestis del Conte (testis XXIII), iam a primis vitae suae annis periodico capitis dolore laborabat. Cum die decima sexta decembris anni 1853 eo morbo et simul febri esset correpta, Serva Dei perspicue ei apparuit, et manibus capite eius stricto, sanationem ei nunciavit, quae eodem temporis puncto accidit, ita ut numquam in posterum capitis dolore aegrotaverit. Soror Maria Consilia Coeco (testis XXVII), filis aliquot ex vestibus e corpore Mariae Caelestis ablatis, glutitis, et pulvinari super quo caput eius incubuerat, sibi applicato, sanguinis fluxu quo viginti annis laboraverat, prorsus liberata est. Sorori Mariae Divinae Cursio (testi XXIX) violenta febri correptae, sensibus orbatae, extremis sacramentis receptis, dum pater spiritualis medici iudicio brevi moriturae adsisteret, et ultimas hinderet preces, Maria Theresia Spinelli quaedam fila ex vestibus Servae Dei praebuit glutienda: et continuo aegrota, apertis oculis, loqui coepit et paucis diebus e morbo evasit.

Sed alii quoque omnes, cuiuscumque conditionis homines et mulieres, quotquot Servae Dei praesidio se commiserunt, eius apud Deum precum virtutem experti sunt. In primis autem parturientes mulieres : unde recte habetur nunc talium feminarum patrona, et assidue ab ipsis eius imago postulatur. Canonicus Antonius Maria Guadagno (testis IV) quamdam mulierem memorat, quae difficilius enitebatur: at vix Servae Dei imagine ei applicata, statim partum felicissime edidit. Item Franciscus Paulus Pasculli (testis II) narrat uxorem suam bis, frusto Servae Dei vestis exposito, solito facilius peperisse. Maria Ioanna

Carella (testis XXX), cuius superiores partus difficiles fuerant noctu Servam Dei vidit et nunciantem audivit marem eam feliciter parituram, ut revera factum est Maria Michaela de Caro {testis XVI) adeo laborioso partu utebatur, ut sacramenta recipere, et medicis se subiicere operationibus praeciperetur. Trepidis in rebus Dei Famulae effìgie a monasterio sanctissimi Salvatoris allata, paullo post felicissime peperit Idem fere accidit Antoniae Cicerone (testis LII). Tribus enim iam diebus difficillimi partus angustiis detinebatur, quin fetum emittendi fieret potestas. Tandem allata tabula, in qua Mariae Caelestis imago erat depicta, et duabus horis precibus fusis, facillime» exitu infantem suum utero emisit.

Aliis etiam, quibuscumque necessitatibus laborantibus, Dei Serva addictis suis benignissime opem tulit. Narrat testis VI, Clementina Nardone, fratribus ac matre secum orantibus ac flentibus pro patre furti insimulati ac in carcerem coniecti, effigiem Servae Dei sudore madentem vitam esse, ipsamque Dei Famulam in somniis sibi apparuisse, ut parentis liberationem nuntiaret, et quae pietatis opera sibi, ad eam obtinendam, essent perficienda praeciperet. Ac revera pater Clementinae sententia iudicum eius criminis innocens est denuntiatus. Etiam Carolina Novelli (testis XV) postquam Servam Dei, una cum Caietana ancilla sua adprecata esset, litem, probationum defectu valde arduam, vicit: quod iam quatuor vel quinque ante menses ab eadem Serva Dei in somniis Caietanae visa praenunciatum fuerat. Eiusdem intercessione, boves Iosephi Zaccagnino (testis XLIX) morbo, quo infestabantur, repente sanati sunt. In familia Cerase graves erant obortae inimicitiae, inter Michaelem et Mariam Iosepham eius sororem, ob matrimonium suo ingenio ab hac initum. Maria Alphonsina Cerase (testis XXXIII) altera soror, in monasterio sanctissimi Salvatoris monialis, quae assidue Servam Dei precabatur, ut eius opera aversae fratrum suorum voluntates conciliaremur, adveniente die decima quarta Septembris anni 1855, quae erat ab eius morte anniversaria centesima, preces suas novo ardore intendere coepit. Nec incassum oravit. Ille enim, cui nec nomen sororis pronuncian poterat, quin furore raperetur, ad veniam hortantibus tam faciles praebuit aures, ut parvo labore animorum concordia fuerit instaurata. Etiam reverendus dominus Vincentius Ricotta fodianae ecclesiae S. Au-

gustini rector (testis LXIV, II ex -officio) Servae Dei patrocinium pluries expertus est, et praesertim quadam die, qua, cum sacra quaedam concio ei esset habenda, ita tamen alienis negotiis anxietatibusque eius animus distinebatur, ut nec quae essent dicenda cogitandi, nec inventa componendi ulla ei relinqueretur potestas.. Itaque Servae Dei concionis suae negotio commisso, quamvis nullam parationem adhibuerit, loqui tamen exorsus adeo facunde disseruit, ut nunquam tam facilem atque aptam orationem habuisse sibimetipsi visus sit.

Quot autem morbis infirmitatibusque cultores suos Serva Dei exemerit, vix dictu credibile est. Praeclarum illud miraculum, quo caeca a nativitate mulier, Servae Dei vix demortuae cadaver inspicere cupiens, repente coram magna multitudine videndi facultate donata est, iam attigimus: cuius miraculi quamplures sunt testes, ac depicta tabula, id effingens, superest. Hoc etiam prodiga ad Servae Dei sepulcrum, clavibus obseratum ac sigillis obsignatum, accidit, quod ex duobus pulvinaribus, quibus eius caput incumbebat, unum tantum superesse inventum fuerit. Quid de altero factum esset, postea cognitum est. Canonico enim Dominico Potignone ab opifice quodam, cuius confessionem recipiebat, narratum est, ac iureiurando confirmatum, sibi iamdiu aegrotanti, ac Servae Dei devoto, hanc apparuisse ac illud pulvinar allatum capiti ac pectori applicuisse: quo contactu sanatus est. Atque ipse Canonicus affirmabat se pulvinar illud ab opifice in armario diligenter asservatum conspexisse.

Laurentii filii Antoniae Nataccio (testis V) dexterum crus, ob lapsum, qui septem annos nato accidit, ita contractum est, ut adolescens ad deambulandum baculis inniti necesse haberet. Quum sex annis nullae curationes profuissent, Famula Dei ultro Antoniae se obiecit, filiisque sanationem pollicita est. Quod tribus post diebus, quum mater fervide oraret, ex improviso contigit. Alia etiam misera mater, Mariae Caelestis opera, magno solatio recreata est. Racheli Tancredi (testi XXVIII) et ipsi filius erat claudus, nomine Augustinus, quem magna fide ac multis precibus illius sepulcro admovit. Post aliquid temporis, cum Augustinus in sella, ut cui standi ac deambulandi non esset facultas, sederei, mater vidit eum Servae Dei imaginem ardenti vultu intuentem, eamque invocantem : tum in. pedes assurgere, atque, invitatum, matrem suam petere, et in eius ulnas-

se coniicere. Ita puncto temporis sanus factus est. Elvirus, adoiescens filius Aloysiae Vitali (testis LI) nervorum morbo affe^ctus, adeo vehementibus furentis insaniae accessibus corripiebatur, ut in fatuorum nosocomio eum includendi necessitas appareret. At Servae Dei imagine ei allata, ac devote recepta, tribus diebus corporis eius mentisque sanitas restituta est. Etiam Consilia Urbano, dolorosissimo sinistri oculi morbo correpta, bis noctu Serva Dei visa, subito sana evasit.

Vincentius Nigra Doctor-physicus miram suam e contagioso typho sanationem ita enarrat: « Nel febbraio del 1864, prestando le mie cure ai soldati infermi da tifo petecchiale, tanto più che due medici erano già caduti vittime del loro zelo, dopo circa 20 giorni di assistenza a circa 600 ammalati, fui contagiato dall'istesso male con forma così grave, che l'undecimo giorno di malattia, privo di sensi già dal terzo giorno, stavo per rendere l'anima a Dio. In tale luttuosa circostanza, mia moglie a nome Maria Raffaella Coccia, vedendo che i rimedi erano inutili, mi fece bere nell'acqua una piccola porzione di abito, e ne pose sotto il mio cuscino l'immagine della Madre Priora. Verso mezza notte, mi dicono che io, come fossi stato svegliato da un profondo sonno che meglio potrebbe chiamarsi stato di agonia, chiamai i miei gridando: — è venuta una Monaca a visitarmi, e mi ha tolto tutti i dolori, che avevo: ora sono guarito. — L'indomani io aveva riacquistato i miei sensi, era guarito e senza soffrire alcuno dei terribili postumi di questa malattia. A mia sentenza questo fatto è un miracolo portentoso: solo Dio per la Santa sua poteva infatti nelle espresse circostanze operarlo ».

In conservatorio sanctae Mariae Magdalenae, dum Concepta Ruggieri pro sacerdote Antonio Ruggieri fratre suo, et soror Modestina Bevilacqua (testis XLII) pro Theresia sorore, Seraphino Scafino matrimonio iuncta, infirmo utroque, ante Servae Dei imaginem no vendíales preces funderent, et Laetitia Patella (testis XLIV) una cum eis esset: visa est ea imago sudore diffluere. Conclamantibus illis, cum reliquae moniales accucurissent, idem omnes conspexerunt: quin imo, gossipio madore illo siccato, novus iterum sudor manavit. Ambo autem illi aegroti ad sanitatem redierunt: ex quibus Theresia, inde a mense apoplexia correpta, dexterorum artuum usu prohibebatur.

Etiam Anna Giannetta (testis XIV) Servae Dei auxilium experta est. Octo enim mensibus gravi uterino morbo laborans acutisque cruciata doloribus, cum nulla convalescendi spes superesset, bis eadem nocte Serva Dei visa, et ab ea manu tacta, continuo sanità ti restituta est. Simili ratione Catharina Novelli (testis XV), filio suo graviter infirmo iam a medicis desperatem salutem, ad quam impetrandam Mariae Caelesti preces fundebat, paullâtim vidit restitui. Etiam Maria Ioanna Carella (testis XXX) eamdem valetudinis refectionem viro suo Vito Valvano, Servae Dei intercessu, obtinuit. Hic rure domum redierat violento digiti, in quo mala pústula apparebat, affectus dolore: brevi et brachio morbo infecto, nulla hoc a reliquis membris propulsandi aderat spes, nisi brachium excideretur. Mariae Caelestis implorata intercessione, et imagine eius vestisque reliquiis adhibitis, aegrotus sensit dormiens manum suam aliena manu tangi, et post tres dies, affirmante medico id sine miraculo fieri non potuisse, sanitati restitutus est. Nec minus mirandum quod Faustinae Sinisi viduae Spinelli (testi XXXV) gravissima pleuritide correptae accidit. Cum enim moniales sanctissimi Salvatoris pro eius salute Servae Dei opem adprecarentur, haec Faustinae in somnio videndam se obiiciens, sanationem praenunciavit: ac revera aegrota, cum illico morbus vim omnem remisisset, pristina usa est valetudine. Haud aliter Lucia Boffa vidua Dedda (testis XXXVI), quae sanguinis omissionibus gravissime laborabat, cum die decima secunda iulii anni 1878 maiorem sanguinis grumorum vim ediderit, debilitate consumpta, Servae Dei adiumentum sibi flagitavit, illudque adeo validum consequuta est, ut altera die e lecto surgere valuerit. Item Serva Dei Philumenae Consalvo (testi LIV) suum auxilium elargita est, quae iam a quindecim diebus in dextero ventris latere molestissimo dolore afficiebatur, quin ei medici possent auxiliari. Invocanti enim in somnio apparuit, ac ventre tacto, dolor ille eodem temporis momento evanuit. Dominicus Lizzani quoque (testis LIX) gravissimo pulmonis morbo correptus, iam desperata salute, Servae Dei imagine capiti apposita, paucis diebus e morbo ereptus est. Quod idem Francisco Meola (testi III) evenit, qui filis quibusdam ex veste Servae Dei deglutitis, e multiplici ac letali morbo, quo brevi moriturus existimabatur, ad sanitatem reversus est.

Sed alios quoque a medicis desperatus, quibus iam extre-

ma sacramenta fuerant praebita, quibusque iam adsistebat sacerdos, ultimas morientium preces fundens, ex ipsis mortis faucibus, intercessione sua, eripuit Serva Dei. Ex quibus Raphael de Mita quinque et octuaginta annos natus, gravissima virium consumptione correptus. Cum enim soror Clara Sorge (testis XI) affinis eius septemdiales preces pro eo Mariae Caelesti fundere coepisset, senio confecto robur restitutum est. — Pariter sororis Mariae Rubino (testis XLVII) parens, invocata Servae Dei intercessione, pene e sepulcro ad vitam revocatus est. Item soror Pellegrina Narducci, cum letali gutturis morbo teneretur, et, tumefactis faucibus, spiritum emittere nequiret, vestis Servae dei particula a Theresia Modula (teste LV) ferventer orante pectori imposita, brevissimo temporis spatio convaluit. — Et Dominicus Vinciguerra, gravissima affectus angina, e morte ereptus est. Iam quae post eius mortem essent necessaria parata fuerant, cum praedixisset medicus eum prima vel altera post mediam noctem hora vitam exhalaturum. Sed hac eadem hora Maria Caelestis ab aegroti filia moniali flagitata, illi apparuit et sanationem nmiciavit: quam revera e vestigio recepit, denegante medico a curatione naturae viribus id fieri potuisse. De Martini etiam Conticelli villici sanatione paucis attingendum. Teterrimus morbus, eius manu correpta, brevi totum corpus pervaserat, iamque medicus eum, ut desperatum dereliquerat, ad ultimas morientium angustias ventum erat. At mane Dominicae Aratori dominae eius Serva Dei, cuius imaginem villico miserat, visa est, omnia absoluta esse dicens: atque illa eadem hora Martinus, cui quoque visus obiectus est, convalescere coepit.

CONCLUSIO

Cum igitur soror Maria Caelestis Crostarosa tam praeclaris praedita fuerit virtutibus, et Deus sanctitatem eius tot tantisque prodigiis iilustraverit; quumque de virtutibus eius, et miraculis, eius opera a Deo patratis, constans ac perpetua fama obtinuerit et adhuc obtineat; dubio «an sit signanda Commissio introductionis causae Beatificationis ac Sanctificationis eiusdem Servae Dei » affirmative tuto respondi posse nobis videtur. Hoc igitur a vobis, Eminentissimi Patres, humillime flagitamus; ac nobiscum Rmus Dnus Petrus Canonicus Crostarosa,

Antistes urbanus, et causae Postulator exposcit: nec non plurimi Archiepiscopi et Episcopi, monasterii sanctissimi Salvatoris Sanctimoniales, fodiani cives, illique omnes qui ad huius causae obtinendam introductionem Postulatorias Litteras Summo Pontifici obsequenter porrexerunt: atque in primis Moderator Generalis Congregationis sanctissimi Redemptoris, ad quam instituendam voluit Deus Sanctum Alphonsum de Ligorio per Servam suam sororem Mariam Caelestem Crostarosa primum impelli.

ANIMADVERSIONES

R. P. D. **PROMOTORIS FIDEI**

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio introductionis causae in casu, et ad effectum de quo agitur?

Eminentissime et Reverendissime Domine,

Ancilla Dei, Soror Maria Caelestis Crostarosa, de cuius introducenda Causa hodiernis Sacri huius Ordinis comitiis quaestio proponitur, orta est Neapoli anno 1696, eodem nempe anno quo inibi lucem aspiciebat Vir sanctitate celeberrimus, Alphonsus de Liguori.

Divino consilio factum est, ut ambo eumdem suae conscientiae iudicem nanciscerentur, celebrem nempe R. P. Falcoia e Piis Operariis, qui deinde Stabiensis Episcopus renuntiatus, dum Romae esset, quo se contulerat episcopalem consecrationem recepturus, Alphonso scripsit, ut interim Mariae Caelestis conscientiam periclitaretur. Commissum sibi munus vehementer formidavit Alphonsus, namque per eos dies magni excitati fuerant rumores de quibusdam Sororis Mariae Caelestis visionibus, queis Neapolis tota personabat. Nihilominus pro summo quo Alphonsus R. P. Falcoia prosequebatur obsequio, quem proinde etiam suipsius moderatorem delegit, eiusque dictis atque nutibus, donec vixit, duci semper regique voluit, illius vo-

luntati paruit; quod quidem eorum omnium initium fuit quae postea in erigenda Congregatione a SSmo Redemptore, christianae fortitudinis exemplar, patientissime tulit.

Qui enim accidit, ut de novo instituendo opere primum cogitaret Alphonsus, prae ceteris, aperit Admod. R. P. D. Ioannes Mazzini, Consultor Generalis Cong. SS. Redemptoris, Socius Moderator et Confessarius Sancti Alphonsi, haec in Ordinaria Inquisitione super fama Sanctitatis Vitae... tunc Servi Dei Alphonsi de Ligorio, de visu testis affirmans: « Vidi un giorno che stava egli (nempe Ser. D. Alphonsus) confessando nella Chiesa, e sentii uno spirituale contrasto, che egli faceva con una Monaca di quel Monastero nel Confessionale ; e quindi finito che ebbe di confessare, se ne salì in casa, e si ritirò nella sua camera, dove l'intesimo piangere dirottamente. Era già l'ora della tavola, onde io mi feci animo di entrar dentro per sapere cosa mai era quella afflizione; se forse era stata la cagione il suddetto contrasto, dicendogli che, se non era stata cosa di confessione, l'avesse pure schiettamente manifestata per vedere se era cosa da potersi da noi rimediare. Udendo ciò il Servo di Dio, mi disse: Suor Maria Celeste (questa era una Serva di Dio di quel Monastero) mi ha detto che io lasciassi Napoli e fondassi qui un Istituto, addetto solo a far missioni per i villaggi e paesi rurali, che avevano bisogno di aiuti spirituali, che ivi mancavano, come non mancavano tanto nella Città e luoghi culti, per essere questa la volontà di Dio: ma io come voglio fare? non è cosa possibile per tutti i versi. Voi sapete le mie applicazioni in Napoli, l'impiego delle Missioni ed altre cure per bene del prossimo ; - ed altre molte cose disse su questo particolare, ed esagerava l'impossibilità della riuscita, e nel tempo stesso che non eseguendo l'insinuazione di quella Serva di Dio, si opponeva egli alla divina volontà; e perciò fra questi dubbii si sentiva mancare lo spirito e venir meno. Allora io procurai di consolarlo con molte ragioni e specialmente gli disse: non ti disanimare, D. Alfonso mio, chi sa che ne vuole Iddio: bisogna pensarci.... ». Et re vera quum viros pietate et doctrina praestantes de re consuluisset, quos inter R. P. Ludovicum Fiorillo e Dominicana Familia, hic « prese qualche tempo brevissimo per accertarsi della volontà di Dio: finalmente lo (Dei Servum) assicurò che questa era la volontà di Dio, e che l'avesse pure mandata in esecuzione ». Testimo-

nia excerptae plerisque Positionibus ad Causam quondam Servi Dei, nunc Sancti Alphonsi Mariae de Ligorio spectantibus.

Merito proinde, utriusque Biographiam legens dum Sanctum Alphonsum a Maria Caelesti seiungere non vales miraris sane, qui factum sit ut istius Causa nunc primum huius nostri Fori limen attingat; ipsa enim obiit anno 1755, scilicet duo et triginta ante annos, quam ex hac vita migraret Alphonsus; atque nedum iste iam inde ab anno 1839, Gregorio XVI Pontifice Maximo, in Sanctorum numerum relatus est, sed nonnulli etiam eius sectatores Beatorum honores iam adepti sunt, multi vero eosdem sibi vindicare contendunt. Miraris magis si reputes de Ancillae Dei Introducenda Causa pluries cogitatum esse, uti ex actis patet, ob quaedam praesertim mirabilia, quae in eiusdem exuviis Deus operatus fuisse fertur: « Per tal motivo », inquit Testis I Rev. Mater Soror Maria Theresia Spinelii Moderatrix Monasterii in Fodiana Civitate « desidero ed ho preso a cuore la Beatificazione e Canonizzazione della stessa (S. D). Anzi dal tempo che sono religiosa, cioè dal 1833 conosco di essere stato sempre questo desiderio antico della comunità e del pubblico: talché si sono usati i seguenti mezzi, che, avvenuto il prodigio del sangue, come appresso ho inteso, Monsignor Saggesse, Arciprete di questa Chiesa, ora Cattedrale, nel-Pandarsi a consacrare Vescovo di Monte Peloso, presentò a Pio VI delle dimande e documenti per iniziarsi il Processo, come si rileva da una copia in bozze del Vicario delle Monache di quel tempo, Canonico D. Carlo Ricciardi, diretta al Cardinale Firrao, che indica alle Monache le spese occorrenti per la Beatificazione, quale non si avrebbe avuta, se le Monache non l'avessero interrogato. Terzo, secondando il pubblico desiderio anche da pochi anni or sono la Comunità ed io come Superiora facemmo simile domanda a Monsignor Bernardino Frascolla Vescovo di questa Diocesi, che conoscendo anche per altre vie la fama di santità della Serva di Dio, prometteva di occuparsene. Quarto, io stessa dava incarico un'altra volta al Rev., ora defunto, Sacerdote D. Antonio Rubino persona ben conosciuta in Roma, acciò avesse spinto di promuovere questa Causa, ma che per le circostanze dei tempi non ebbe più effetto ».

Argumentum, quod a temporum adiunctis depromptum, veluti in transitu, innuit Testis, utpote omnibus causis facile

accommodandum, pluris equidem fieri non potest; restat itaque ut tantae morae, quae Causae iniecta fuit, quamlibet a se suspicionem amoveant Postulatores; secus enim illis privilegio uti non licet, quo Benedictus XIV celebri Decreto anni 1741 antiquis Causis occurri voluit, quae ob defectum testium de visu perpetuo silere debuissent; id enim conditio vetaret memorato Decreto apposita « quando tamen, haec conditio est, non constiterit, primos Auctoritate Ordinaria Processus fuisse dolo malo aut culpabili negligentia tandiu dilatos, donec testes de visu nulli superessent» (Lib. III, Cap. 3, N. 25). At saltem probationes, quibus innititur Causa, sunt ne, prouti eiusdem Decreti conditio altera exigit, in suo genere perfectae? De hoc erit sequens

CAPUT PRIMUM.

De Probationibus.

Hae Processu continentur, qui Ordinaria Auctoritate in Ecclesiastica Curia Fodiana constructus est. Eiusdem Acta expendenti plura quidem a iure nostro devia admissa fuisse facile apparet, haec vero, quum praesertim de Ordinaria Inquisitione agatur, eamdem haud irritam facere non abnuo; ea proinde heic libenter seponam deque illis in alia potius iudicii sede, si quando de Processuum Validitate disputabitur, opportunior erit disserendi locus. Interim vero de hoc uno dicere praestat.

Anno 1870 Sacri huius Ordinis Decretum prodiit, quo peculiariter cautum fuit « ne deinceps in condendis quibusvis Processibus tam Ordinariis quam Apostolicis ad eiusdem Servi Dei Causam pertinentibus, eadem persona diversis officiis successive quidem utcumque priori expleto et dimisso, fungi possit sub poena nullitatis ». Adversum hoc sapiens iuris praescriptum sane peccatum est, quum R. D. Vincentius Ricotta qui, uti II ex officio testis examinatus fuerat, postea in hoc eodem Processu in Notarium electus eiusmodi munere functus fuit. Ergo vi praefati Decreti, cui irritans quoque clausula adiecta est, nisi sanctissimi Principis benignitate, defectus iste aliter sanari non poterit. Grave hoc quidem sed graviora sane, quae ipsam probationum vim attingunt.

Porro, si Testium numerum species, qui in iudicio adducti sunt, affluunt illi quidem, sexdecim supra centum habes, at

quam parum Causae utiles! Etenim eorum plusquam sexaginta veri contestes sunt, utpote super quodam peculiari facto tantum quaesiti, ceteri vero omnes, si vix tres aut quatuor excipias, licet Testes dicantur, re tamen inspecta, et ipsi contestibus accensendi sunt, quum vix dum Interrogatoriis satisfecerint, quae personae qualitatem respiciunt, reliquis omnibus omissis, super uno alterove dumtaxat rogantur, quod, ut plurimum, vel peculiarem quamdam gratiam, vel mirum quoddam, factum respicit. Res ipsos Iudices non latuit, qui propterea forte pensantes ex iis, quae duo et sexaginta testes iam examinati, in iudicio protulerant, nil fere commodi Causae esse accessurum, testes ipsos denuo esse interrogandos muneris sui esse duxerunt. « Et expleto examine supradicti testes (nempe LXII), sic legitur in Processu, quum Ulmi ac Rrhi Dñi Iudices compererint Testium omnium examen sub poena nullitatis super omnibus et singulis Interrogatoriis a Rev. Dno Promotore Fiscali exhibitis instituendum esse, eidem Reverendo Dno pandiderunt sibi in animo esse, ut iterum in iudicium vocentur plures e Testibus a Causae Postulatore inductis, ad hunc effectum, ut scilicet eorum examen, quod antea ad vitandum onus superfluae probationis super nonnullis tantum Interrogatoriis factum fuerat, modo compleatur; et iuxta omnia et singula in antecedenti examine omissa renovetur ».

Sapiens hoc remedium, quod ubertim rei consuluisset, si opportuna rerum scientia instructi essent Testes, contra, quum hi nil fere de Ancilla Dei noscerent, ad eorumdem ignorantiam magis confirmandam potissimum insérviit. Ne id, veluti gratuito, asseruisse videar, Testes ipsosmet, qui denuo interrogati sunt, de se lequentes inducere puto. Sane, quamvis in secundo examine aliquando vix quaedam afferant, quae, ut fere semper nonnisi ad miraculorum famam pertinent, novis tamen propositis interrogationibus ita reponunt. Testis XXIII, quae in primo examine fassa fuerat se utpote a tribus et quinquaginta annis in Monasterio (a Serva Dei fundato) degentem, Moniales novisse Ancillae Dei aequales, iterum quaesita, ait: «È inutile il dimandarmi perchè io conosco solo quanto vado adirvi; e ciò per doppio motivo; primo perchè nella gioventù non ebbi attenzione di parlare con le contemporanee della Serva di Dio; e ciò, perchè queste vecchie erano da me fuggite per non essere dalle stesse cerrette (sic). Secondariamente perchè la me-

moria non mi aiuta». Testis XXIV: «Io conosco tanto per quanto sta scritto nella vita, quindi rispondendo a tutti i quesiti non farò altro che ripetere quello, che nella vita sta scritto, circa la nascita, la fanciullezza, le virtù, le penitenze, i doni straordinarii da Dio ricevuti e tutt'altro »; Testis XXV: « Vi pregherei ad astenervi dalPinterrogarmi su tutti gli Articoli; perchè oltre di quello, che ho detto negli Interrogatorii (nempe in primo examine) nulla più conosco. Tanto di più che quello, che io potessi asserire da me, si conosce per mezzo della lettura della Vita della Serva di Dio ». Testis XXVI: « Non essendo stata contemporanea della Priora Santa, nè avendo conosciuto alcuna delle antiche Monache fortunate contemporanee della Fondatrice, io niente posso aggiungere a quanto ho detto in risposta agli interrogatorii. I fatti di cui si accenna negli Articoli dal primo al duecentosessantaquattro, non mi riescono nuovi, perchè così appuntino li trovo narrati, e li leggo nella vita della stessa Priora Santa, come per comune voce si appella : ma niente del mio posso aggiungere, ed e perciò che nelle risposte dovrei ripetere quanto è generalmente conosciuto dalla lettura della Vita stessa ». Testis XXVII: « Tutti gli Articoli citati, e su i quali, leggendoli, mi domandate, non sono che la ripetizione di quanto ho sempre letto nella Vita della Priora Fondatrice, che è l'unica fonte da cui io ho sempre appreso queste cose ; giacché io nè son vissuta a tempo della Priora Santa, nè quelle che la conobbero, io ho veduto; ad evitare perciò inutili ripetizioni, dico che tutto quanto è detto negli Articoli precitati mi è noto per detta lettura senza poter altro aggiungere ». Atque, ne multus sim, Testis XXVIII habet: « Ripresentandomi a questo esame, debbo premettere la seguente dichiarazione, acciò non mi trovo (sic) in contraddizione a quanto ho detto nell'Interrogatorio nono. Rispondendo a questo interrogatorio nono, dissi allora che null'altro conosceva su quanto mi fu domandato negl'Interrogatorii seguenti ed era questa la verità; imperocché quantunque avessi io letto la Vita della Serva di Dio, e da questa avessi imparato tante cose, pure, poiché quella lettura io l'aveva fatta molti anni prima, perciò la conoscenza, che ne aveva, era totalmente confusa. Avvertita poi di dover essere richiamata allo esame, mi son preparata leggendo attentamente la Vita stessa della Serva di Dio, che è l'unica fonte da cui possa conoscersi qualche cosa da noi, che viviamo tanto lon-

tani dalla sua morte. Io ricordo le dimande, che mi furono fatte neglTnterrogatorii, ma, poiché quelle su gli Articoli, le trovo più chiare e dirette a quanto è riferito nella Vita, cosi a queste risposte (sic) cui mi sono presentata (forte legi debet *preparata)* rispondo ».

Haec sane ostendunt, oralem traditionem, quae subsidiariae, uti aiunt, probationis caput esse deberet, in hac Causa deficere. Rei, si cetera deessent, quae modo a Testibus audivimus, insigni documento sunt: quippe, iuxta illos, legitimae seu indirectae probationis sustinendae universum ferme pondus Vitae Servae Dei Commentario tradi oporteret, quod ipsamet Ancilla Dei, iubente, uti asseritur, eiusdem Confessario, exaravit. Quid vero, si illud Actis legitime coniungendum neque cogitarunt Postulatores ?

Difficultatem vidit Causae Patronus, cuius diligentiae plane tribui debet, si testimonia quaedam, in quibus Ancillae Dei mentio occurrit, quaeque ad Positiones quondam Servorum Dei Alphonsi De Ligorio et Gerardi Maiella pertinent, transcripta videantur. Verumtamen satius egisset ille, si una cum praefatis testimoniis litteras quoque exhibere curasset quas, uti Testes memorant et in ipso Vitae Commentario innuitur praesertim ad moderatores suos R. P. Falcoia et S. Alphonsum saepe Ancilla Dei dabat; eas enim, etsi diligenter, frustra tamen in iuridica scriptorum recensione quaesivi. Accedit, de epistola quadam passim Testes dicunt, a S. Alphonso ad Mariam Caelestem missa, in qua eamdem Vir Sanctus acerrime obiurgabat; hanc proinde epistolam, prouti se habet, nosse oportet; secus rectum de re iudicium ferri non potest. Et haec quidem de Probationibus.

CAPUT SECUNDUM

De Fama Sanctitatis.

Benedictus XIV de Fama Sanctitatis agens, quae, quum alicuius causae signanda petitur commissio, totius rei caput esse debet graviter monet Postulatores: « Debent ergo, sic scribit, Postulatores in sua scriptura et summario famam virtutum et miraculorum plene et concludenter probare ».

Sed enim duo haec de Mariae Caelestis Fama asserere non licet: non primum, namque in Fodiana tantum civitate ubi Dei

Famula decessit, Ordinaria Inquisitio instituta est, non vero aliis in locis, ubi eadem diversata fuit. Siquidem scimus ex Actis Mariam Caelestem ad vigesimum usque aetatis annum apud suos Neapoli permansisse, unde postea Marilianum se contulit, quo loco apud Moniales, quae Carmelitarum regulam profitebantur, commorata est, donec Monasterium occludi necesse fuit cuiusdam nefarii dynastis effrenatione, qui in illud feudalia iura iactabat. Tunc, hortante praesertim Confessario Scalam, prope Amalphim profecta, monasterium ingressa est, quod R. Pater Falcoia inibi fundaverat. Laetitiae signis, quibus primum excepta fuit, maxima animorum disiunctio postea successit, quum de nova regula agitari coepit, quam sibi divinitus revelatam Maria Caelestis contendebat. Brevi res eo devenit, ut ab hoc Monasterio exulare coacta, quum interim per aliquot annos Nuceriae Paganorum substitisset, tandem Fodiam in Apulia sese recepit, ubi novo monasterio erecto, cui a SSmo Salvatore inditum est nomen, illud ad obitum usque rexit, qui anno 1755 contigit. Quo igitur Mariae Caelestis Fama *plene* comprobata dici posset, nedum Fodiae, sed aliis quoque in Dioecesibus, quibus praefata loca subduntur, inquirere necessum erat.

Non alterum; etenim, si quam Dei Ancilla existimationem est consequuta haec non ex heroicarum virtutum exercitio, prouti oportuisset, originem duxit, sed miraculorum rumori, qui adeo ingruit, potius tribui debet, quemadmodum ex iis, ni fallor, quae in Capite *De probationibus,* ad Testes quod attinet, praefatus sum, plane descendit. Sane, dum hi, si paucissimos vix excipias, ieiuna admodum oratione utuntur, quum de Mariae Caelestis vita, virtutibus atque rebus gestis quaestio est, multa e contra verba faciunt quum de mirábilibus enarrandis res est, quae eidem tribuuntur, immo maxima testium pars, ut tantum de miraculorum fama dicerent, in ius vocati sunt.

Nihil est igitur, cur mireris, si mirabilibus hisce atque coelestibus donis Acta redundant; quae tamen, quum ad conciliandam, maxime apud feminas sanctitatis opinionem aptissima sint eorum aliquid heic delibasse iuvabit. Testis I inquit: « Riguardo alle visioni posso ricordare quella che ebbe a Marigliano quando le apparve visibilmente Nostro Signore Gesù Cristo. L'altare che ebbe in Scala, quando mortificata da tante tribolazioni, le apparve visibilmente Nostro Signore Gesù Cristo a

confortarla, abbracciandola col suo braccio sinistro, dicendole molte parole di conforto. Finalmente quando le comparve qui a Foggia anche Nostro Signore Gesù Cristo nella elevazione della Sacra Ostia, mostrandole la forma ed il colore dell'abito, che dovevano indossare le sue religiose, spiegandole poi i significati delle vesti ». Haec quum retulisset Testis, addit: « Della quale ultima visione esiste qui nel monastero un dipinto a tela che dicesi fatto dipingere dalla stessa Serva di Dio ». Mox vero de extasibus sermonem instituens pergit : « In quanto alle estasi aggiunge che queste non furono solo private, ma per lo più sempre pubbliche; e la riferita Suor Geltrude mi riferiva che la vita della Fondatrice era una continua estasi, e soggiungeva che quando camminava sembrava non avesse messo il piede a terra ».

Quoniam vero de extasibus sermo incidit, huius loci esse puto quae de re habet Testis LXIII « . . . . per dire fatti speciali, ita refert, ho inteso che nel Monastero di Marigliano, entrando una mattina nel Coro, perchè temendo di essere presa da estasi alla vista di tutti, sentendosi accesa di grande amore di Dio, cercò di chiudersi nella sua cella buttandosi sul letto. Qui rapita dalla bellezza del suo celeste Sposo, che mentalmente chiaro le apparve, fu presa da profonda estasi, nella quale ferita nel cuore da un raggio vibratole dallo stesso Celeste Sposo facendolo uscire dal suo cuore, vi rimase come tramortita, sentendo nel cuore stesso forte dolore. Mentre essa si beava di tanta felicità, le sue religiose, non vedendola uscire, accorsero temendo di accidente sinistro e poiché la osservarono come morta, non una ma più volte la scossero per farla rinvenire. Ella rinvenne, sebbene dispiaciuta, perchè si vedeva priva del celeste consorzio. Per tale visione però ebbe molto a soffrire il suo corpo, per un intero anno restò attratta nei nervi, e si ebbe continuata febbre ».

Huc proinde pertinent quae de Mariae Caelestis corde iidem Testes subdunt: « . . . . ed ho inteso cosi narrarmi, ait Testis I, dalle stesse (nempe monialibus Ancillae Dei aequalibus).... che la Serva di Dio allorché passò al Paradiso, non aveva più cuore poiché tutto se lo aveva consumato e donato al Celeste suo Sposo. Questa mancanza del cuore nella Serva di Dio, prosequitur Testis, ignoro donde l'avessero argomentata, e come conoscesserlo le antiche contemporanee della Santa ». Neque

(sequitur)

illud praetereundum quod inter ceteros Testis XXXIII enarrat: « Ho sentito che vivente la Santa nostra Fondatrice fu degnata dalla Madre di Dio, Maria Santissima, di una sua immagine, che questa le fece cadere dal cielo, mentre la sua Serva era in orazione. Questa immagine fu mandata in Roma, ed era ricercata da tutti gl'infermi, qui ne conserviamo oggi una copia ».

Eadem saepe in biographia recurrunt, quae de seipsa Dei Famula scripsit haec leguntur: «Un'altra volta (sic de se loquitur Dei Ancilla) stando con tanta inappetenza e nausea di stomaco, mi venne per la mente un desiderio, ma volatile senza riflettere, di una sfogliatella, che si voleva fare nel monastero. Io niente niente vi pensava più, nè tampoco lo manifestai a niuna persona. Ma la mattina seguente una Sorella laica mi portò una sfogliatella calda mandatami dalla Madre Vicaria con obbedienza espressa chela mangiassi allora; onde io restai ammirata di questa cosa, non avendo manifestato a niuno quel desiderio così di passaggio avuto. Indi essendomi incontrata con la Madre Vicaria, le dissi come ella aveva saputa questa cosa. Mi rispose, che stando in letto, la mattina di buon'ora sentì dirsi da una voce interna, che facesse una sfogliatella e che io la mangiassi, perchè ne aveva desiderio e bisogno. Questa cosa mi coprì di confusione e rossore, considerando la benignità di questo Signore che anche pensava Egli a queste bagattelle per mio amore ».

Passim quoque de daemonum apparitionibus, incursionibus mentio occurrit : « Ma il demonio (sic scribitur) fremeva di rabbia per questo negozio. Sebbene era egli solito di fare strepito nelle ore notturne per disturbare dall'orazione quelle buone religiose, che vi attendevano con tutto il fervore del loro spirito, ma con modo particolare in quel tempo che si fecero questi congressi in Napoli, cominciò a perseguitarci di tal sorta, che non vi era giorno, nè notte che non avesse spaventato con illusione diabolica, fracassi strepitosi e diaboliche comparse. Una sera dopo che le religiose erano tutte a letto, nell'ora del gran silenzio, il Demonio si fece vedere visibilmente entrare dalla porta del noviziato, in forma di un grosso cane nero e con la bocca aperta andava ruggendo, e tirò tutte le coperte addosso ad una Novizia, che era nel primo luogo, vicino alla detta porta, e mi diede un colpo nei fianchi così terribile, che

mi parve un colpo di bastone ferrato, in tal maniera che per tre giorni ne restò tanto addolorata la parte del fianco, che per tre giorni non poteva camminare nè muovermi. Il Padre Spirituale mi comandò, in virtù di santa obbedienza, che mi partisse quel dolore; e così mi cessò ».

Una sera (pergit, *l. c.)* mentre le Religiose recitavano il mattutino del divino Officio, tra le voci delle religiose si sentivano come voci di animali, che replicavano nello stesso tuono, come voci di bestie, che rassomigliavano alle voci di giumenti che davano un disturbo tale alle religiose che non potevano conseguire *(sic)* il mattutino, parte perchè muovevano a riso come avessero voluto scherzare, e parte perchè alcune si spaventavano. Un altro giorno, mentre una religiosa passeggiava pel giardino in silenzio...,, si sentì una quantità di pietre... ed erano tirate da una mano invisibile nello stesso luogo del giardino. Si ridusse a tale stato che, ritrovandomi io a passare pel giardino, la feci ritirare per finire quella storia, perchè dubitava le cagionasse qualche notabile nocumento. Quando quella religiosa si partia da quel luogo, ebbe una spinta nelle braccia da una mano invisibile, che per molti giorni tenne le braccia così addolorate, che non le poteva muovere ».

Longum sane esset audituque molestum singula persequi, quae non solum de hisce daemonum vexationibus, sed etiam de apparitionibus, visionibus aliisque charismatibus sibi obvenisse Maria Caelestis enarrat. Quapropter quum de scriptis eidem tributis quaestio habita est, sapienter a Sacro hoc Ordine rescriptum fuit: « Nihil obstare, quominus ad ulteriora procedi possit, sed scripta non edantur inconsulta Congregatione. . . . » Heic siste parumper, atque quum videris Mariae Caelestis famam non virtutibus eius, sed mirabilibus hisce potissimum esse tribuendam, iure merito inferes, illius famam nedum plene, sed neque concludenter comprobatam haberi posse, namque eadem nihil aliud est, docente Benedicto XIV, nisi: « existimatio seu communis opinio de puritate et integritate vitae, et de virtutibus, non utcumque, sed per continúalos actus, data occasione, exercitos supra communem operandi aliorum proborum virorum aut mulierum » prouti habet etiam P. Caesarius *(in Direct. Can. lib. 2, cap. 2)* quem idem Summus Pontifex affert: «Illi dicuntur mori cum fama et celebri apud multos opi-

nione sanctitatis, de quibus communis opinio est et constans fama, ipsos, dum viverent, sanctos habitos fuisse, et in sanctitate perseverasse usque ad mortem; qui scilicet fuerunt iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus Domini sine querela, et qui inventi sunt sine macula, et post aurum non abierunt, et qui servaverunt Fidei puritatem, ex<cellenti sanctimonia vitae floruerunt et miraculis claruerunt... Et denique tales fuerunt, ut eorum vita et res gestae possint et aliis proponi ut exemplum ad imitandum». Sed de fama satis, Iam de obstaculis.

CAPUT TERTIUM

De Obstaculis.

Gravem sane atque amplam obiiciendi materiam suppeditat, inter cetera, commoratio Ancillae Dei in Monasterio Scalensi. Dum enim in hoc Monasterio degeret quadam coelesti visione quam anno 1725 die Rogationibus sacra, habuisse fertur, eidem divinitus revelatum fuisse asseritur novi Instituti fundamenta esse iacienda, novasque regulas huic praescribendas. Id quum primum rescierit eiusdem Confessarius, R. P. Falcoia «e Piis Operariis, qui tunc aberat, eamdem, illusione deceptam reputans, pessime habuit, sed quum postea scalam ad venisset, mutato consilio, de nova regula, a Maria Caelesti proposita, cum Monialibus egit, quae, conventu acto latisque suffragiis, omnes assentitae sunt, una excepta earumdem Antistita, cuius partes acerrime tuitus est R. Pater Filangeri, Piorum Operariorum Congregationi Praepositus. Hic, uti scribit R. P. Berthe, e Cong. SSmi Redemptoris, novissimus S. Alphonsi Biographus *{Vol. I, p. 76)* «... se déclara contre la nouvelle règle, contre la sœur Marie Céleste, qu'il traita de visionnaire, et contre Falcoia, qui, d'après lui, s'était laissé prendre dans les filets de Satan. Il enjoignit à ce dernier de ne plus dire un seul mot, ni en public, ni en particulier, sur la trasformation du couvent. Afin de couper le prétendu mal dans la racine il fit déclarer solennellement par des théologiens de sa Congrégation que les -événements de Scala avaient le diable pour auteur, que Marie Céleste n'était qu'une hallucinée et Falcoia un cerveau détraqué. Le bruit s'en répandit bientôt dans toute la ville de Naples. Non content de ces mesures, pourtant assez radicales,

Filangeri voulut obliger les religieuses à chasser du couvent la sœur Marie Céleste, mais elles lui répondirent qu'elles croiraient pécher gravement, si elles traitaient avec une pareille rigueur une personne, qui n'avait nullement démérité. Pour le& punir de cette résistence, il défendit à Falcoia de remettre les- pieds au couvent et même d'y expédier une lettre ».

Praesuli suo iubenti, ut religiosum virum decebat, paruit Pater Falcoia, atque Neapolim reversus, quum primum sibi obviam haberet Alphonsum, rem omnem quae sibi Scalae 'obtigerat, cum eodem communicat, qui tamen *écoulait,* pergit praefatus Biographus *(I. e. pag. 80)* acec le plus grand intérêt les récits du Saint Veillard; mais, fortement prévenu contre les visions de la soeur Marie Céleste depuis que ¡les théologiens de Filangieri les avait condamnées, il se gardait bien de prendre parti ».

Interim vero moritur R. P. Filangieri apoplexia correptus, Scalensium Monialium Antistitae, quae adeo illius partibus studuerat, monialis altera sufficitur, ipseque R. P. Falcoia Stabiensis Episcopus eligitur, quo hortante, Alphonsus Scalam se confert, ibique Mariam Caelestem in primis, singulas subinde moniales quum de re interrogasset, opinionem, quae hactenus eiusdem animo insederai, Ancillae Dei visionibus adversam, deponit, simulque evincit, ut Monialium omnium voluntate atque gaudio, vel ipsa annuente, quae quum summa imperii gereret, una obstiterat, novae regulae reciperentur. Neque heic constitit; siquidem, quum « cette règle élaborée par Marie Céleste d'après ses révélations, n'était qu'une simple exquisse, une vue généte des vertus que les religieuses devaient pratiquer à l'imitation du Divin Sauveur, du costume, qu'elles devaient porter, et du genre de vie qu'elles devaient mener » *(Berthe loc. cit. pag. 87),* Alphonsus apud Reverendissimum Dnum Guerriero Scalensis Ecclesiae Antistitem tamdiu egit, ut hic: «permit enfin à Falcoia d'élaborer la regle, mais sous la condition que un travail serait revu et corrigé par D. Alphonse de Liguori, qui avait, disait-il, sa pleine et entière confiance » *(ibid. pag. 89),* quod quidem quum ab utroque, P. Falcoia atque Alphonso praestitum esset: tandem die Pentecostes anni 1731 Moniales omnes novam regulam professae sunt.

Verum « postesi in esecuzione le regole della Serva di Dio ita Testis XXVIII e passato qualche tempo, ella (D. F.) andò

Incontro a prove più terribili, a persecuzioni, che prima non aveva mai sperimentato. Nella vigilia di S. Francesco d'Assisi del millesettecentotrentuno, ebbe in visione a conoscere da Dio, che egli voleva la fondazione di una Congregazione di uomini sotto il medesimo titolo del SSmo Salvatore; Maria Celeste avuta tal visione la comunicò al suo Padre Spirituale, e poi ritornato in Scala Sant'Alfonso de' Liguori, gli manifestò la medesima visione, aggiungendo di essere lui destinato ad essere il Fondatore di tale Congregazione. Questi da principio non una, ma più volte la disprezzò, ma poi ben ponderando la •cosa, e consigliandosi con persone dotte e pie, era in sul punto di mandarla ad effetto, quando il Demonio, servendosi di un inganno, preso da un Padre Spirituale succeduto a S. Alfonso, il quale in vedendo la Serva di Dio negativa a volersi servire di lui nella direzione del suo spirito, le fè ribellare contro tutte le religiose del Monastero persuadendo le stesse che ciò esigeva la gloria di Dio, giunse a consigliare che contro di essa iniquamente agissero ».

Postrema testis verba R. P. Falcoia spectant, immo Testis LXII saevientis discordiae causas inquirens, hanc secundo loco in medium affert: «Secondo, perchè l'amor proprio del Padre Spirituale stesso era stato lusingato da una novizia dello stesso Monastero, che egli riteneva per buono spirito, la quale diceva che non Sant'Alfonso, ma lui doveva esser il capo della Congregazione del SSmo Salvatore. Così lo stesso Padre Spirituale, volendo dirigere lo spirito della Serva di Dio, secondo i suoi voleri, al che la Santa Priora non poteva sottostare, secondo Gesù Cristo aveva imposto; avvenne perciò che nel Monastero varie monache si unirono contro di lei, che aveva lasciato il Padre Spirituale, e fuori, cioè la Congregazione degli uomini si vedeva scissa per la novità, che si voleva introdurre. Veramente questa persecuzione, prosequitur Testis, fu più sentita della Serva di Dio, sia per la desolazione di spirito, in che anche il Signore l'abbandonò, sia perchè le monache erano aizzate a perseguitarla dallo stesso Padre Spirituale, che la chiamava illusa e pazza, fino a proibirle ogni commercio con chicchessia, anche con le sorelle, fino a rinchiuderla in un luogo solitario ed oscuro su di un suppegno, e quello che più fino a proibirle la Santa Comunione. In appresso riunita in Capitolo tutta la Comunità, la Superiora per ordine suo e delle religio-

se, dietro sempre i suggerimenti del Padre Spirituale, voleva imporre che con giuramento avesse promesso la Serva di Dio di farsi dirigere dal P. Spirituale, al che non potendo essa annuire per la ragione suddetta, le fu alla fine intimato di uscire dal Monastero... »

Sed enim haec indubitanter, uti putant Testes, de R. P. FaL coia asserere non licet, iis enim, quae de praeclaris praestantissimi viri virtutibus maxime in positione super Virtutibus tunc Ven. Alphonsi de Ligorio passim traduntur, aperte pugnant, et sapientissimo praesertim iudicio contradicunt quod de eodem S. Alphonsus tulit, qui R. P. Falcoia obitum excipiens, a lacrymis temperare nequivit. « On comprend, scribit R. P. Berthe, quelle fut la douleur d'Alphonse en apprenant la mort de son père spirituel, de celui, qui durant plus de dix ans l'avait guidé et soutenu à travers les difficultés de la fondation. Afin de perpétuer le souvenir de ses vertus, il écrivit, assure l'évoque Milante, un mémorial de sa sainte vie; mais ce travail, pour le quel il avait réuni beaucoup de documents, ne fut point livré à l'impression. Il apprit aux siens à vénérer l'homme de Dieu, comme il le vénérait lui même. Dans la maison des Rédemptoristes de Nocera, à côté des portraits d'Alphonse et de ses premiers compagnons, figure encore aujourd'hui un ancien portrait de l'évêque de Castellammare, sur lequel on lit cette inscription. Si vous demandez pourquoi l'image de Monsieur Falcoia se trouve en ce lieu, c'est parce que dans les premiers temps de la Congrégation, quand notre révérend père Alphonse-Marie de Liguori établissait sa grande oeuvre au milieu des contradictions, Mr. Falcoia fut constamment son directeur et son soutien ».

Queis positis, potius dicamus oportet, omnis simultatis caput unam Ancillam Dei fuisse, quae, ut nimium quam par esset revelationibus tribueretur, quas sibi a Deo factas asserebat, novis regulis a se propositis nihil admodum adiici posse contendebat; ideoque praesertim de R. P. Falcoia diffidere incepit: «Depuis un certam temps cette sœur (D. F.) souffrait intérieurement de voir l'évêque de Castellammare interpréter à sa façon la règle, que Dieu avait révélée. Si Dieu a vraiment, inspiré cette règle, disait-elle, comme Alphonse et Falcoia le reconnaissent, il ne doit être permis d'en altérer substantiellement les dispositions. Quand elle se plaignait à Falcoia d'inno-

vations, qui lui paraissaient compromettre l'œuvre de Dieu, il lui répondait avec sévérité que l'Eglise est juge des révélations particulières, et qu'après tout ses révélations n'étaient peut être que des illusions, ce qui mettait à la torture la conscience de la pauvre sœur... » (R. P. Berthe). Quin immo Mandarini, Tosquez et Donato, qui iam ab Alphonso defecerant eo facilius Maria Caelestis adhaesit, quo illi «.... n'acceptaient en aucune manière les interprétations de Falcoia. Conformément aux craints de Marie-Celeste, l'évêque de Castellammare leur paraissait tenir trop peu de compte des révélations sur la règle ». Sed ita Alphonsus opinatus non est. «Sur ce point capital le saint fondateur avait une manière de voir diamétralement opposée à celle de ses compagnons. — Disposé de tout son cœur à créer l'œuvre rédemptrice, que le ciel daignait lui confier, il croyait devoir accepter en tout la direction de l'homme choisi par la Providence pour lui- expliquer les vues de Dieu sur cette œuvre. A son avis, l'évêque de Castellammare, directeur de la sœur Marie-Céleste au moment des révélations, était l'interprète-né de ces mêmes révélations.. Aujourd'hui 15 Novembre, écrivait-il en prévision de nouvelles luttes, je fais le vœu de ne jamais quitter l'institut, à moins que le directeur de ma conscience ne m'y oblige. De plus, je fais vœu de ne jamais consentir au moindre doute sur ma vocation, et d'obéir en tout à Falcoia ». Haec quum retulisset Biographus, verbis hisce finem facit: «On verra par la suite de ce récit que si la Congrégation existe, elle le doit à ce vœu héroique ».

Hisce tamen commoveri Dei Famula passa non est. Quid, quod? « Sans aller si loin, Marie Céleste croyait aussi que, vu sa manière d'interpréter la règle, les directions de Falcoia seraient fatales au novel institut - Aussi longtemps, dit-elle, qu'on délibérait pour savoir si les révélations avaient Dieu pour auteur, je me crus obligée au silence; mais l'œuvre ayant été déclarée divine, ie crus devoir resister, dans l'exécution de cette œuvre, aux entreprises, qui me paraissaient entraver ou dénaturer les desseins de Dieu; non pas pour me faire valoir ce que j'ai en horreur, mais par respect pour la vérité. - Cette situation devait nécessairement amener une crise. Elle s'ouvrit par la très grave résolution, que pert la sœur de ne plus confier à Falcoia la direction de sa conscience ». Id iniquissime accidit Alphonso, qui tunc ad Mariam Caelestem celeberrimam il-

Iam epistolam dedit, quae tandem prodeat necesse est; interim vero eiusdem finem, prouti a Biographo narratur praestat referre.

« Pourquoi quitter, dit-il, un saint, un homme éclairé, que Dieu lui-même vous a donné pour directeur, et qui vous a guidé durant tant d'années avec une sagesse, dont vous, ne sauriez trop remercier la Providence? Il vous a tenue dans l'humilité et l'abjection, mais ne fallait-il pas en agir ainsi pour dompter votre esprit hautain et rompre toute attache à votre propre jugement? Sœur Céleste, je ne vous parle ainsi que pour la gloire de Dieu et le bien de votre âme. Ne vous fâchez pas contre moi, et sourtout ne vous ingéniez pas à trouver à tout ceci repliques sur répliques. Croyez moi, sœur Céleste, humiliez-vous devant Dieu, et il vous dispensera ses lumières. Obéissez à vos supérieurs, et vous ne vous égarerez pas. Si vous refusez de vous en rapporter à moi, ou à Mr. Falcoia, prenez au moins conseil de personnes désintéressées; seulement prenez conseil avec l'intention bien arrêtée, non de vous faire donner raison, mais d'embrasser la vérité dès que vous la connaîtrez. Encore une fois, chère sœur Céleste, tout ce que je viens d'écrir, c'est l'affection, que je vous porte en Jésus Christ, qui me l'a dicté. Si vous m'en savez mauvais gré, vous serez injuste à mon égard. Que Jésus et Marie vous donnent d'accomplir la seule volonté de Dieu ».

Nihilominus adhuc propositi tenax, Maria Caelestis frangi nequivit, unde maluit potius e Scalensi Monasterio exulare, quam ab inito consilio vel minimum recedere. Haec sane, quae totius Causae fundamentum sunt, luce meridiana clarius pateant oportet; ad hoc vero praeter recensita documenta, de quibus supra dixi, illud etiam exhibere necessum erit, quod innuit Biographus, quum scribit: «Ces faits consignés dans l'autobiographie de la Sœur Marie Céleste, le sont également dans une relation de la Sœur Marie-Raphael (Matilde de Vico), relation, dont cette dernière affirma solennellement l'absolue véracité ». Utinam Postulatorum votis res auspicato cedat! Quod si fieri contingat nedum Actoribus, sed mihimetipsi pergratum futurum erit.

RESPONSIO AD ANIMADVERSIONES R. P. D. SANCTAE FIDEI PROMOTORIS

SUPER DUBIO

An sit signanda Commissio introductionis causae in causa et ad effectum, de quo agitur.

Eme ac Rme Domine,

Nihil auspicatius contingere nobis poterat, quam ut vel Fidei Promotor Illmus ac Rmus suarum Animadversionum initio S. Alphonsi Mariae de Ligorio et Mariae Caelestis Crostarosae nomina una simul coniungeret. Neminem enim et nos esse arbitramur, cui commentarium S. Alphonsi et Mariae Caelestis Crostarosae perlegenti unum ab altera cogitatione sua umquam licuerit seponere. Compertum profecto est tantam sanctissimo illi Viro cum Dei Famula necessitudinem intercessisse, ut mireris sane, si de illo cogitare queas, quin et de alia tibi subeat recordatio. Quippe dum vita ipsi fuit, a consiliis sibi vel etiam conscientiae suae moderatorem habuit Alphonsum Maria Caelestis Crostarosa. Ille vero Mariam Caelestem Crostarosam divino numine affiatarci agnovit, ab eaque divinam voluntatem de Congregatione SSmi Redemptoris instituenda se didicisse fassus est.

Hinc, vix dici potest quam saepe ac passim inter Christifideles optatum sit, quibusque flagrantibus votis expetitum, ut, Alphonso a Ligorio iam Coelitum honoribus donato, iisdem honoribus et Dei Famula augeretur. Quae vota sane et nostra sunt, eoque ardentiora, quo firmior spes animo inhaesit, fore ut iam dies illa illucescat, qua, Ecclesiae Summo Pastore annuente, Commissio introductionis causae Mariae Caelestis Crostarosae signanda sit.

At vero ex hoc ipso Rmus Fidei Promotor suas difficultates se posse exordiri sibi visus est, obiectionem quamdam praeiudicialem, uti vocant, inde derivans, quod mirandum sit, cur nunc primum Mariae Caelestis Crostarosae causa huius sacri fori limen attingat; cum e contra non modo S. Alphonsus, qui ex hac vita duos et triginta annos post ipsam migravit, iam inde ab anno 1839 a Gregorio XVI in Sanctorum numerum

cooptatus sit, sed et nonnulli etiam eius sectatores Beatorum honores iam sint adepti, alii vero eosdem sibi vindicare contendant. Qui factum est, haec est solertissimi .Censoris nostri argumentatio, ut causae huic tantae morae iniectae fuerint? Morae autem huiusmodi nonne suspicionem negligentiae aut saltem desidiei Postulatorum in animum inducunt? Quod si negligentia vel desidies intercessit, quomodo nobis privilegio uti licebit, quo Benedictus XIV celebri decreto anni 1741 antiquis causis consultum voluit, quae ob defectum testium *de visu* perpetuo silentio premi debuissent? Id enim prorsus vetaret, subdit Censor, conditio memorato decreto apposita, quae ea est: « quando tamen non constiterit primos auctoritate ordinaria Processus fuisse dolo malo aut culpabili negligentia tamdiu dilatos, donec testes de visu nulli superessent ».

Equidem difficultas ex antiquitate temporis deducta, ex quo Dei Famuli e vivis sublati sunt, ita ut testes *de visu* nulli supersint *introductioni* causae, *per se* obesse non potest. Multi enim Beatorum ac Sanctorum coetui tum ante tum post memoratum decretum adnumeravit Ecelesia, quorum causa nonnisi post longissimum temporis ab eorum obitu intervallum in hoc foro agi coeperat. Immo ne antiquitas temporis unica foret ratio, cur causae « ceteroquin Dei atque hominum iudicio promoveri dignae, 'ex solo testium de visu quandoque non culpabili defectu, iacerent omnino et perpetuo derelictae, praesertim cum neque raro, claris de coelo signis et prodigiis auditur Deus, huiusmodi defectu non attento, amicum suum ut superius ascendat invitare », celebre illud decretum editum atque promulgatum est, unde obiectioni suae robur ac firmamentum humanissimus Adversarius noster parare studet. Quod quidem decretum ad ambages quascumque certe et clara lege desuper tollendas edicitur.

Neque ab huiusmodi decreti privilegio, quod antiquioribus causis occurrit, nostram causam secludere fas est, ob suppositum tantum in Postulatoribus suspicionem doli mali aut culpabilis negligentiae in apparandis vel struendis Processibus. Porro ni gratuitum assertum in veram demonstrationem vertas, nulla ibi suspicionis ratio dicenda est, ubi eiusdem fundamento nullus est locus. Et re quidem vera, quod habes fundamentum, ut probes grave hoc Postulatorum crimen, quod ii nempe differendo Processum eo spectarent, ut antea omnes *de visu* te-

stes morte e medio tollerentur? Nullum sane est sc nullum esse potuit: non quidem a *priori*, non quidem a *posteriori*.

Non quidem, inquam, a *priori*. Ratio enim atque ipsius causae utilitas id maxime suadebat ut, si fieri potuisset, nullae conficiendis actis intersererentur induciae; cum causa ipsa, quin aliquid detrimenti, e contra multum emolumenti ceptura esset, si tot atque tam illustres Jestes, qui virtutes heroicas atque sanctitatem Servae Dei suis oculis inspexerant, ea omnia luce palam, coram Ecclesiae Iudicibus, in medium proferrent, atque suo testimonio rata explorataque haberent.

Non quidem a *posteriori*. Historice enim certum est eos, quorum intererat, non parum adlaborasse ut Fodianae causae initium daretur: adeo ut, quin negligentiae nota arguere illos possis, quantum ab ipsis erat conficiendum, totum id eos abunde explevisse ultro fatearis. Nam iam inde ab elapso saeculo decimo octavo, id est, haud multos annos post obitum Servae Dei, cum mirae illae sanguinis effusiones ex ipsius corpore dimanassent, Archipresbyter Saggese, cum Romam pergeret ut Episcopus Montis Pilosi sacraretur, petitiones et documenta ad Processum inchoandum Pio VI, Pontifici Maximo, detulit. Constat id ex litterarum exemplari a Vicario Monialium, Canonico Carolo Ricciardi, Cardinali Firrao missarum. Constat etiam ex eiusdem Cardinalis epistola responsionis, quae adhuc asservatur, in qua impensae ad Beatificationem promovendam necessariae ex ordine recensentur. Anteacto autem proxime saeculo decimo nono, Bernardinus Franciscus Frascolla, Episcopus Fodianus, de inchoando Processu negotium in se suscepit ac revera inchoavit, qui tamen anno 1860 repente abruptus est, cum Episcopus ille de re christiana benemerentissimus, e sua sede per vim exturbatus, alio exulaturus se conferre coactus fuit. Iterum vero antecessoris sui interrupto operi manum admovit Episcopus Ieremia Cosenza, qui, supplicibus precibus ad Apostolicam Sedem datis, strenue studuit ut, quantum ex se erat, de introducenda causa Mariae Caelestis Crostarosae nullus amplius cunctationi esset locus.

Praeter haec illud dignissimum memoratu est, quod Fodianus populus atque monasterii Sanctissimi Salvatoris Moniales numquam vel ab exorando suos Praesules, vel a navanda ipsimet sua opera destiterunt, ut communi omnium voto atque infiammato desiderio fieret satis, et ea tandem rite agerentur,

quae ad Beatorum honores Servae Dei comparandos, ad Ecclesiae sapientissimis leges, perfici fas est. Praestat hac in re disertissimum testimonium, quod Rev. Mater Sor. Maria Theresia Spinelli protulit, ob oculos obiicere: « Per tal motivo desidero ed ho preso a cuore la Beatificazione e Canonizzazione della stessa (Famulae Dei). Anzi dal tempo che sono Religiosa, cioè dal 1833, conosco d'essere stato sempre questo desiderio antico della comunità e del pubblico.... ». Heic illa refert, quae et nos per Episcopum Saggese peracta fuisse narravimus. Subdit deinde: « Secondando il pubblico desiderio, anche da pochi anni or sono, la comunità ed io ¡come superiora, facemmo simile dimanda a Mons. Bernardino Fraseolla, Vescovo di questa diocesi, che, conoscendo anche per altre vie la fama di santità della Serva di Dio, prometteva d'occuparsene. Io stessa dava incarico un'altra volta al Rev. or defunto Sacerdote D. Antonio Rubino, persona ben conosciuta in Roma, acciò avesse spinto di promuovere questa causa, ma per le circostanze dei tempi non ebbe più effetto ».

Haec omnia historica sunt: neque sagacissimum Fidei Promotorem ea fugisse auserim affirmare. Parum admodum tamen illum nobis concessisse arbitror, cum ipsi postremum hoc testimonium animo reputanti tantum ea verba calamo cxciderunt: « De Ancillae Dei introducenda causa pluries cogitatum esse ». Ni totus fallor, ex allatis documentis non solummodo de introducenda causa pluries *cogitatum,* sed *pluries actum* atque *adlaboratum esse* luculentissime evincitur.

Neque Opponenten! nobis obiectionem illam, quomodo nempe factum fuerit ut causa haec nostra « nunc primum huius fori limen attingat», valde reformidamus. Non enim ab exitu rei, sed ab insumpto labore et a difficultatibus, quae superandae erant, rem ipsam metiendam esse iudicamus. Atqui ille multus exantlatus est, hae multae atque graves Postulatorum operam praepediebat. Et re quidem vera, parvi ne pendenda ea difficultas, quae a temporum iniquitate exorta est? Revocent, quaeso, in mentem amplissimi Iudices, quot clades, quot luctus decimo octavo exeunte, atque toto fere saeculo decimo nono labente pertulit Ecclesia. Revocent potissimum quibus hostibus fuerint obnoxia sacrarum Virginum coenobia, quanta vi earum domus atque templa impetita, quanta crudelitate earum bona direpta, quot minis infensissimisque legibus fidissimae Christi Spon-

sae perterrefactae, perculsae, exagitatae. Perpendant insuper neque praeclarius neque mitius cum Monialibus a SSmo Salvatore nuncupatis actum esse, quibus anno 1860 tot inter detrimenta illud etiam accessit incommodi, quod Bernardinus Frascolla Fodianae dioecesis Episcopus, qui tanto studio in causam Mariae Caelestis Crostarosae incubuerat, sua e sede in exilium pulsus fuerit. Quare a Sanctissimo Salvatore Sororibus, suo veluti patre amantissimo orbatis, atque omnis humani subsidii expertibus, ipsis praeterea eo adductis, ut iam lata lege in dies sua ipsa e domo se posse eiici pertimescerent, nil superfuit, nisi ut divinae voluntati se suaque omnia committerent. Haec secum animo qui reputaverit, eum minime in sententiam iturum esse censeo humanissimi Censoris nostri scribentis « argumentum a temporum adiunctis depromptum, utpote causis omnibus facile accommodandum, pluris faciendum non esse». Utinam se res ita habuisset, ut ab huiusmodi adiunctis tot inter bellicos civilesque tumultus vel nullam, vel certe non gravem moram causa nostra passa esset! Tanta est enim causae huius bonitas, ut mihi audacior non esse videar, si censere non dubitem eam pacatis temporibus, veluti tranquillo mari incedentem, secundis velis optatissimum portum iam attingere potuisse.

Sed alia praeterea, ceteris missis, commemoranda est difficultas, quae, quominus negotium hoc Fodianum expediretur, omnino prohibuit. De impensarum faciendafum difficultate sermo nobis est, quae ceteroquin, ut scimus, pro qualibet Beatificationis vel Canonizationis causa suscipienda vel promovenda necessariae prorsus sunt. Undenam enim pecuniam sibi comparassent Moniales, non modo non divites, sed maxime paupertatis addictissimae ob ipsum votum, quod vitae religiosae initio nuncupaverant? Quae quidem paupertas, ut a Christi, divini Magistri, exemplis ne latum quidem unguem discederent, inter Sorores monasterii SS. Salvatoris tanta semper fuit, ut alienae caritatis ope quotidie indigerent ad ea sibi procuranda, quae ad vitam sustentandam maxime pertinent. Quod ita cum fuerit, quis pientissimarum foeminarum culpae vertat diuturnas illas causae moras quae non voluntatis vitio, sed pecuniae inopia antea removeri nequaquam potuere? Illud immo addendum est: neque hodiedum illas interpositas moras abscissas videremus, nisi illmus ac rmus Dnus Petrus Crostarosa, Antistes urbanus, tantae ipse difficultati sponte sua obviam ivisset. Hic sane vir,

quem honoris ergo nomino, aeque pius ac überaus, cui etiam contigit ut avitae cum Beata Gabriella Crostarosa consanguinitati illam etiam cum Maria Caelesti coniungeret, Postulatoris munere in se suscepto, sibi ipsi impensas omnes faciendas attribuit, quae ad ineundam atque peragendam causam requirebantur. Tantae ipsius caritati atque divinae gloriae studio ut amplissimam vicem reddat, Deum ex animo adprecamur.

Unum adhuc restat, ut Iudices aequissimi animadvertant iam inde ab anno 1891 omnia ferme in promptu nobis fuisse, ut in Sacrorum Rituum Congregatione de signanda Commissione introductionis causae Servae Dei Mariae Caelestis Crostarosae agi posset. At Fidei rmi Promotores, licet diligentissimi atque alacritate sua plurimum commendandi, tot negotiorum mole distenti, patrocinii nostri scriptis animadversiones suas ad hunc annum 1901 differre coacti sunt. Quod adnotatum volumus, ut inde magis magisque elucescat, causis quidem pluribus ac variis dilatam esse quaestionem, quae iudicio vestro, Patres amplissimi, hodie proponitur, verum inter causas illas nullo pacto malum dolum vel culpabilem negligentiam Postulatorum esse recensendam.

Sed iam, praeiudiciali quaestione expedita, ad obiectiones diluendas contra probationes allatas, quibus causa nostra innititur, properemus.

CAPUT I.

De Probationibus.

Cum probationes nostrae Processu contineantur, qui Ordinaria auctoritate in ecclesiastica Curia Fodiana instructus est, abs re certe non est quod eiusdem acta expendantur. Haec autem expendens, plura a iure nostro devia admissa fuisse affirmat rmus Fidei Promotor, non ita gravia tamen, ut ipsius iudicio Ordinariam inquisitionem irritam faciant. Quare et ipse ea nunc seponit, ad aliam iudicii sedem, utpote opportuniorem, remittenda, ad illam sedem nimirum, in qua de Processuum validitate disputari solet. Sed de hoc uno interim ipsi praestat dicere: contra scilicet sapiens decretum huius Ordinis peccatum esse, quod anno 1870 prodiit, quoque cautum fuit « ne deinceps in condendis quibusvis Processibus tam Ordinariis quam Apostolicis, ad eiusdem Servi Dei causam pertinentibus,

eadem persona diversis officiis successive quidem, utcumque priori expleto et dimisso, fungi possit, sub poena nullitatis ». Contra hoc decretum peccatum est, inquit, quia R. D. Vincentius Ricotta, qui uti II testis ex officio examinatus est, postea in hoc eodem Processu in Notarium adscitus, hoc. novo munere functus est.

Candide fatemur et memoratum decretum cum adiecta clausula nullitatis prodiisse anno 1870, et adversum ipsius praescriptum semel offensum fuisse in Fodiano Processu instituendo. Id enim aperte liquet tum catalogum testium, tum Processum ipsum perlegenti, quemadmodum egregius Censor animadvertit. At in fraudem ne legis, aut ob initum alicuius consilium, aut consulto tandem peccatum est? Ipsum Adversarium nostrum, quippe quem aequissimum omnes semper novimus, ab hoc vel tantummodo cogitando quam maxime abhorrere existimo. Quid? Legi certe obtemperatum non est, sed hac dumtaxat de causa, quia ipsa lex ignorabatur. Nec mirum sane quod decretum illud in Fodiana Curia haud nosceretur. Quemadmodum enim in iurisprudentia civili usuvenire non raro solet, ut quaedam nova praescripta, quae a legislatoribus feruntur, fugiant aliquando causarum patronos vel legisperitos, ideo quia temporis exiguitas eos impediit, quominus usu atque experientia illa callerent; ita in foro Ecclesiastico accidere potest, ut quaedam, quae non satis vetera in iure nostro dici queunt, vel eos omnino lateant, vel ex eorum memoria defluant, qui nihil habent antiquius, quam ut legi pareant, nihilque efficere cupiunt, quod ipsius praeceptis conformatum non sit. Quod quidem eo verius pro Curia Fodiana affirmandum esse reor, quo recentior tempore dioecesis illa esj;, et quo minor proinde ipsius hominum usus in capessendis pertractandisque Processibus, qui Beatificationi et Canonizationi Sanctorum inserviant.

Si quid igitur in sapientissima huius sacri fori disciplina relaxatum est, id tantum culpae materiali, non formali vertendum est. Iamvero cum culpa materialis omni dolo, omni fraude, omni denique prava voluntate vacet, prouti morales Theologi docent, in iis porro versari nos dicendum est, in quibus Ecclesia, benignissima omnium mater, indulgentia sua uti solet erga Alios ceteroquin obsequentissimos. Ad hanc quidem indulgentiam et nobis confugere dulce est, ac propterea Summi Pontificis benignitatem enixis precibus rogamus, ut defectum,

qui in Fodianum Processum, ipsis Iudicibus insciis, irrepsit, auctoritate ille sua sanatum velit.

At graviora sunt, inquit solertissimus Fidei Vindex, « quae ipsam probationum vim attingunt ». Quod sane ut demonstret, hoc statuit assertum: nimirum pro Fodiana causa testes affluxisse multos, at parum eidem causae utiles evasisse. Cur? Quia sive testes, sive contestes ii sint, tribus aut quatuor exceptis, omnes, utpote super peculiari quodam facto tantum quaesiti, adeo ieiuni sunt, adeo pauca in iudicio proferunt, ut unam alteramve rem dumtaxat affirment, quae « ut plurimum vel peculiarem quamdam gratiam, vel mirum quoddam factum respicit». Ipsi Iudices, subdit strenuus Censor, intellexerunt non multum commodi a tam paucis testimoniis in causam derivatum iri: quare testes iam interrogatus examini iterum subiiciendos esse statuerunt.

Huic tamen animadversioni, quae prima fronte gravis et solida esse videtur, omne subvertere fundamentum facile est. Et sane huic recidit obiectio, quod causa nostra nonnisi tres aut quatuor testes vindicare sibi possit, qui de Mariae Caelestis Crostarosae virtutibus atque miraculis plenam atque non oppugnandam fidem faciant. Atqui vix dici potest quam longe assertum hoc a re ipsa atque a veritate distet. Ac primo quidem fac parumper non plures, quam tres quatuorve testes nobis suffragari, ideo ne causa nostra reiicienda esset? Scitum quidem est in iure etiam nostro fere semper unum testem nullum testem esse. At nullos ne dicere eadem ratione poteris duos testes? A fortiori, nequaquam nullos habebis testes, si tres hi numerentur. Multo autem minus nulli testes dicendi sunt, si quatuor eos esse compereris, praesertim cum, te ipso iudice, nihil inveniatur, quod ipsorum testimonio opponere queas. Ex hoc ipso igitur, quod nobis egregius Censor concedere non abnuit, eruitur iam satis probatum a nobis esse coram Iudicibus nostris, quod probandum in causa assumpsimus. Consulto vero dixi : fac parumper non plures quam tres quatuorve testes nobis suffragari. Scimus enim et contendimus testes et contestes nobis bene adstipulari sex et decem supra centum : quod enimvero consertissimum testium agmen difficile admodum est in aliis causis invenire. Quam vero causae nostrae utiles ii sint, malo ut quisque vestrum, Iudices, Summarium legens, omnis praeiudicii expers, ipse per se videat.

Neque illud opponas, magnam testium partem rursus ab Iudicibus Processus Ordinarii ad dicendum testimonium esse vocatam, atque hinc argumentando inferas hac de causa eos denuo interrogatus fuisse, ut ab ipsis aliquid extricaretur, quod tandem causae prodesset, quae ex istorum aliorumque testium responsis nondum in tuto fuerat posita. Hanc interpretationem, porro utpote gratuitam atque historicae veritati minime consentaneam, reiicimus: et mirum quidem nobis videtur quod eidem adeo induisent clarissimus Fidei Promotor, ut suam eam facere non dubitaverit. Haec duo enim verissima sunt. Primum est, quod tanta ac tam eloquens fuit testimoniorum copia, ut, ad vitandum onus superfluae probationis, super nonnullis tantum interrogatoriis plures testes examinandos esse Iudices censuerint. Alterum est quod ipsi Iudices, cum comperiissent examen alicuius testis super omnibus et singulis interrogatoriis non institutum sub poenam nullitatis cadere, statuerunt non quidem ut omnes sexaginta et duo testes ad iudicium revocarentur, sed ex iis aliquot solummodo, ii nempe, pro quibus quaedam fuerant omissa intorrogatoria, cum primitus interrogati fuerunt. Operae pretium est, ut verba Processus, quae ad hanc rem faciunt, et nos inde exscribamus. « Et expleto examine supradicti Testis, cum 111 mi ac Rmi Domini Iudices compererint Testium omnium examen sub poena nullitatis super omnibus et singulis Interrogatoriis a Rmo Domino Promotore Fiscali exhibitis instituendum esse, eidem Rmo Domino pandiderunt sibi in animo esse, ut iterum in iudicium vocentur plures e Testibus a causae Postulatore inductis (non igitur sexaginta duo) ad hunc effectum, ut scilicet ipsorum examen, quod antea ad evitandum onus superfluae probationis super nonnullis tantum Interrogatoriis factum fuerat, modo compleatur, et iuxta omnia et singula in antecedenti examine omissa renovetur ». Quin igitur paucitatem probationis, ut vides, dolerent Iudices, veriti contra ne haec plus aequo excrevisset, ab excutiendis pluribus testibus, quoad omnia et singula, abstinuerant. Quod si postea et hos peculiari magis et severiori examini subiectos voluere, propterea id egerunt, ut admissum errorem emendarent, quo profecto factum erat, ut plura testimonia ad iuris normam irrita haberentur.

At Adversarius sagacissimus suae insistens obiectioni, quod scilicet duo et sexaginta testes denuo examinati sint, quia non

latuit Iudices eos antea nil fere utilitatis causae attulisse, contendit eosdem nec post iteratum examen bono causae consuluisse. Ratio ipsi praesto est: quia hi testes, inquit, nihil fere de Ancilla Dei noverant. Quod ut probare conetur, nonnullos testes ex iis, qui rursus in iudicium vocati sunt, ipsosmet loquentes inducit, atque in ipsorum dictis haec duo, ad ipsorum ignorantiam demonstrandam, deprehendit: primum est quod vix quaedam ii, novis propositis interrogationibus, afferant, quae nonnisi ad miraculorum famam pertinent; alterum, quod unicam suae scientiae originem a vitae commentario, quem Ancilla Dei, Confessario iubente, ipsa de se exaravit, sibi repetendam esse fateantur. Agite vero, aequissimi et Emi Iudices, num haec duo iure suo affirmare possit egregius Fidei Vindex perpendamus.

Ac primo quidem advertatis, velim, etiamsi verum esset paucos illos testes, ad quos Adversarius appellat, nil proferre nisi ea, quae ad famam miraculorum pertinent, non ideo tamen ipsorum novum examen inutile causae dici posse. Praeterquam quod enim illo examine omnis error iuris amandatur, facultas etiam multis testibus fit, ut, quae de Mariae Caelestis Crostarosae virtutibus ac sanctitate noverint, in medium proferant. Ac mirum sane est, quod cum testimonia huiusmodi plurima inveniantur in novo examine, in iis potius consistat Censor, in quibus, ob quamdam forte verborum ambiguitatem aliquam difficultatem sibi visus est se posse arripere, quam in rem suam derivaret. Cur, rogo, ea testimonia ob oculos non habuit, quae ab iis, qui testi XXIII praeivere, in novo examine reddita sunt? Cur non etiam illa, quaeso, repetiit memoria, quae ab iis, qui testem XXVIII ex ordine subsequuntur, Processui consignata fuere? In illis atque in istis profecto ea non offendisset solummodo, quae de fama miraculorum loquuntur, sed plurima quoque ei occurrissent, quae de Ancillae Dei ortu, de pueritia, de adolescentia, de rebus gestis, de vita sanctissime acta, de obitu valde pretioso in conspectu Domini sermonem faciunt.

At iis ipsis in testibus, quos recenset diligentissimus Censor nimirum XXIII, XXIV, XXV, XXVI, XXVII, XXVIII, adeo ne opportuna de sanctitate Servae Dei testimonia, quae causae inserviant, desiderantur? Qui id asserat, eum se fallere, luce clarius manifestum est. Age enim : ad recensitos modo testes

penitius investigandas te provoco. Utique Testis XXÍII initio novae interrogationis haec habet: « È inutile il dimandarmi, perchè io conosco solo quanto vado a dirvi». At cur ea obliviscens, quae proxime sequuntur: «Ricordo adunque che la Serva di Dio nel Battesimo ebbe nome di Giulia, che nella piccola età fu modello delle fanciulle contemporanee, che guasta alquanto da una serva si raffreddò nel fervore, ma che poi ravveduta cercò di risarcire le leggere sue mancanze con confessione generale, con lagrime, con aspre penitenze. Non saprei precisarle, ma mi è stato parlato sempre di eroiche virtù da lei praticate, di eroica penitenza, ed io ricordo aver tenuto nelle mani neri ordigni di penitenza, che furono presi dai confessori pro tempore. Ricordo d'avere inteso parlare delle sue grandissime persecuzioni, sofferte per opera di novizie, superiore, «confessori, sacerdoti. Ho inteso parlare della sua morte prodigiosa etc. ». In hisce, uti vides, ne verbum quidem facit testis de fama miraculorum, multa contra profert, quae virtutes heroicas et vitae sanctitatem designant.

Testis XXIV ita loquitur; « Io conosco tanto per quanto •sta scritto nella vita, quindi, rispondendo a tutti i quesiti, non farò altro che ripetere quello, che nella vita sta scritto, circa la nascita, la fanciullezza, le virtù, le penitenze, i doni straordinarii da Dio ricevuti e tutt'altro ». Uberius ne afferri poterat testimonium, quod de heroicis virtutibus, de sanctissimis moribus fidem faceret, cum ea omnia adamussim enarrentur in ipso Titae commentario, quem de se Dei Famula scripsit? Atqui hic commentarius non quidem de fama miraculorum, quae post eius obitum patrata sunt, sed de rebus a Serva Dei gestis legentem facit certiorem.

Sed perge, quaeso, ac testem XXV consulamus. Haec huiusmodi profert testimonium: '« Vi pregherei ad astenervi dalPinterrogarmi su tutti gli articoli; perchè oltre di quello, che ho detto negli Interrogatorii, nulla più conosco ». Quo in testimonio declarat quidem testis se nihil praeter ea scire, quae primi examinis interrogationibus iam respondit: sed insuper si quid ab ea doceri velis, eo te remittit. Iamvero si priora illa responsa legas, quaedam porro in iis reperies, quae Servae Dei miraculorum famam testantur, at satis etiam testimonii invenies, quod ipsius sanctitatem non obscure praedicet. Huc faciunt, ut cetera omittam, illa verba: «Tutte le persone, colle quali io ho par-

lato, la ritengono come Santa, sia qualunque la condizione loro,, ma tutte timorate di Dio e prudenti. Questa fama la credo generale, e non mai interrotta ».

Sed magis ne fortasse existimes clarissimi Promotoris Fidei obiectioni favere ea, quae apud testem XXVI leguntur ? Nequaquam profecto. Et re quidem vera, testis XXVI praeterquam quod innuerit Mariam Caelestem Crostarosam sanctam omnium consensu appellari « Priora santa, come per comune voce si appella »; affirmat etiam se nihil iis addere posse, quae primis interrogationibus dederat, ac praeterea sibi facta omnia constare asserit, quotquot in prioribus ducentim sexaginta quatuor articulis postremi examinis continentur. Quid vero in hisce articulis exhibetur, nisi id quod potissimum ad Servae Dei virtutes heroico modo exercitas, atque ad eius sanctissimam vitam demonstrandam plurimum valere dicendum est? Ad illa vero, quae anteactum examen spectant, id satis sit in memoriam revocasse, quod eadem testis retulerat: « La opinione di tutti è che la Serva di Dio sia già una Santa, nè ho inteso mai da alcuno dire il contrario ».

Testis XXVII et ipsa suum testimonium minime ad famam miraculorum Servae Dei coarctat, siquidem haec habet : « Tutti gli articoli citati, sui quali leggendoli mi domandate, non sono-che la ripetizione di quanto ho sempre letto nella vita della Fondatrice ecc.». Ac postea: «Posso dire che generale è la opinione che la Madre Priora gode già la gloria del Paradiso; perchè la vita di lei virtuosa, conosciuta dalle contemporanee, e la santa sua morte fecero sorgere spontaneo il giudizio che essa avesse fatto una morte preziosa».

Superest iam ut testem XXVIII inspiciamus, quae nihilosecius, ac alii, maxime causae nostrae utilis habeatur necesse est, utpote quae ne dum in Famulae Dei miraculorum fama immoretur, se omnibus articulis responsuram profitetur, qui ei per novum examen proponuntur. Audi ipsius verba: « Io ricordo le domande, che mi furono fatte negl'interrogatorii, ma poiché quelle sugli articoli le trovo più chiare e dirette a quanto è riferito nella vita, così a queste risposte (forte legi debet - dimande -) cui mi sono presentata, rispondo ». Quod vero in articulis ut plurimum de rebus gestis a Serva Dei, de eius heroicis virtutibus atque sanctitate sermo sit, iterum iterumque iam diximus, ac notum pervulgaturnque est.

Quae cum ita sint, praeclarissimi Fidei Promotoris argumentation'! non multum vis inesse existimo. Cum enim ignorantiam testium circa Mariae Caelestis Crostarosae virtutes et sanctimoniam sibi demonstrandam proposuisset, illud contra nos urgebat, eos nonnisi de fama miraculorum esse loquutos, atque in exemplum ex iis sex seligebat, qui ceteris imbecilliores ipsi videbantur. At cum demonstratum hactenus a nobis sit, et hosce testes opportuna scientia esse instructus et plura in causae commodum quoad ea, quae in iudicio rogabantur, attulisse, equidem plane non video quomodo de inductis sex illis testibus gratulari ipse sibi possit.

Sed enimvero, testes improbat Adversarius etiam hac de causa, quia nempe si quid hi proferunt in iudicio, totum id a commentario vitae Servae Dei se didicisse fatentur, quod certe sus deque probationem subsidiariam verteret, cuius quidem non scriptas narrationes sed oralem traditionem caput esse oportet. Demus et heic parumper aliquot ex allatis testibus «uam totam scientiam ex commentario vitae, quem de se, iussu Confessarii, Famula Dei conscripsit, derivasse. Ideo ne in negotio subsidiariae probationis ipsorum enarrationem impugnabis? Minime sane, cum historico illo documento fidem denegare nequeas, ipso Benedicto XIV docente, « absonum profecto esse fidem non praestare iis, quae Servi Dei de se ipsis retulerunt » *(De Serv. Dei Beatif. et Beçit. Canonia, lib. III, cap. X, pag. 120).* Quod quidem tunc magis affirmandum est, cum tot tantique alii testes in Processu suppetant, qui aliunde ac a vitae Famulae Dei commentario se scientiam suam hausisse asserant. Neque reponat egregius Adversarius, Postulatores de coniungendo legitime actis commentario non cogitasse. Verum utique est, ne actorum moles plus nimio augeretur, illis commentarium de quo loquimur, additum non esse. At nihilo minus ille commentarius huic amplissimorum Patrum coetui notus dicendus est, utpote qui una cum aliis Servae Dei scriptis Sacrorum Rituum censurae exhibitus atque per ipsorum iudices probatus sit. Quod si solertissimus Fidei Adsertor et documentum illud in acta computandum esse existimet, res in integro est, ut, cum primum Apostolicus Processus struen•dus sit, id etiam confici possit.

At vero ut ad testes reditum faciamus, concessionis gratia Censori clarissimo paulisper permisimus, ut obiiceret in non-

nullos ex iis totam testimonii scientiam a Servae Dei commentario dimanasse. Et re quidem vera, non inde solummodo, sed aliis etiam ex fontibus, ac potissimum ex orali traditione testes ipsi, quos nobis opponere studet, ea, quae proferunt, se novisse profitentur. Res ipsis testium verbis dirimenda est.

Testis XXIII etsi in novo examine fassa sit, se parum cum aequalibus Famulae Dei colloquutam esse, et nunc sibi iam praeteritarum rerum memoriam defecisse, plura tamen subdit,, quae quidem non se legisse, sed ab aliis audivisse affirmât. Eadem vero in priori examine haec habuerat: « Dimoro in questo monastero da cinquantatrè anni: nell'entrare qui trovai Suor Maria Geltrude La Cecilia, ancor vivente, come anche Suor Maria Antonia Cappuccio, contemporanee della Priora Fondatrice Suor Celeste Crostarosa, e molte altre antiche monache, tra le quali due mie zie Religiose, chiamate Suor Luigia e Suor Colombina Guadagno, le quali sempre mi parlarono della Fondatrice e mi narrarono le sue virtù, la sua santità, i miracoli operati e la santa sua morte ».

Testis XXIV, quae articulis sibi propositis nil se singillatim respondere posse dixerat, quod in vitae commentario non perlegeretur, addit deinde se notitiam Servae Dei etiam ab antiquioribus aetate monialibus accepisse, ac potissimum « dalle vecchie e specialmente da una tale Serafina Lacci di S, Severo-Vicaria e Priora di questo monastero ». Haec autem testis alias prioribus interrogationibus responderat: «Le monache antiche di questa comunità nei primi anni che qui mi racchiusi, e son ormai 46 anni, mi parlarono della Serva di Dio Fondatrice di questo monastero, suor Maria Celeste Crostarosa, sia raccontando qualche fatto particolare della sua vita, sia i fatti portentosi dopo la sua morte». Atque iterum: «tutte le persone da me viste con tanta devozione raccomandarsi in questa chiesa alla Santa Fondatrice, e ne ho viste sempre d'ogni condizione e sesso, m'hanno ispirata la convinzione, che la stessa Serva di Dio sia nella pubblica opinione ritenuta come Santa, e per la grande santa vita, di cui si ha ancora memoria, menata dalla stessa, e a motivo di miracoli ecc. ».

Contra testem XXV obiicit strenuus Fidei Vindex haec ipsius verba: « Tanto di più, che quello che io potessi asserire da me si conosce per mezzo della lettura della vita della Serva di Dio ». Quod nihil egregio Censori haec verba faveant, res

in aperto est. Et sane, si verba allata penitius inspicias, iis huno sensum subesse videris, non quidem quod dictura testimonium asseruerit se scientiam suam totam a laudato commentario edoctam esse, sed quod etiam in commentario reperiantur quae ipsa in medium proferre posset. Quare illa continuo subiicit, quae perperam a testimonio hoc abscissa video: « A fare però che qualche cosa anche qui dicessi, dico solo quello, che non si può rilevare dalla vita, ed io ricordo di aver inteso, cioè che fece una morte preziosissima, che fu sempre da tutti, e di questa città e di lontani paesi, tenuta per Santa, che Iddio fece per mezzo suo stupendi prodigi ecc. » Et alibi haec retulerat: «Nella piccola età io colla mia famiglia abitavo vicino a questa Chiesa del SSmo Salvatore, e fin d'allora sentii parlare della fondatrice Suor Maria Celeste Crostarosa. Nella età poi di 13 anni mi racchiusi in questo monastero, ove ho sentito parlare da tanti, ed ho veduto moltissimi venerare la sua tomba, ed altri raccontare grazie ricevute a sua intercessione ». Et paulo post: «Tutte le persone, colle quali io ho parlato, la ritengono come Santa ecc. ». Quae profecto commentanda non sunt, ut inde omnibus liqueat et testem XXV plura de Serva Dei novisse, quae non ex eius scriptis sibi innotuisse asseverat.

Neque aliter testem XXVI interpretari tibi fas sit. Haec porro de commentario ob oculos habendo in altero examine mentionem facit, at non profecto ob id causae, quia omnia et singula de Dei Famula ab illo commentario didicisset. Perge enim in hoc testimonio legendo. Post allata a Fidei Promotore verba, haec alia tibi occurrent: «Per costante tradizione è generalmente risaputo....»: vel « generale addivenne in questa città, provincia e fuori l'opinione che la Fondatrice fosse Santa, e questa fama è viva tuttavia ecc. » ; vel « allora che io curiosamente dimandava chi fosse quella monaca, mi si rispondeva generalmente è la Priora Santa del Salvatore ». Item haec habuerat, cum prima vice a Iudicibus fuerat interrogata : « Sono quarantatre anni che vivo in questo monastero, ed in tutto questo tempo ho sentito parlare sempre della Serva di Dio Suor Celeste Crostarosa». Atque iterum: «La opinione di tutti è che la Serva di Dio sia già una Santa, nè ho inteso mai da alcuno dire il contrario ».

Ex hactenus dictis pronum est colligere nequaquam in

causa nostra traditionem oralem deficere, quandoquidem et ipsae testes, quae a clarissimo Fidei Adsertore opponuntur, eae profecto sunt, quae huic subsidiariae probationis fundamento maxime innitantur. Quod vero et a testibus XXVII et XXVIII idem praestitum sit, non est cur multus prosequar. Et sane quoad testem XXVII autumat Censor ea verba nobis adversari : « Tutti gli articoli citati, e sui quali, leggendoli, mi domandate, non sono che la ripetizione di quanto ho sempre letto nella vita della Priora Fondatrice, che è l'unica fonte da cui io ho sempre appreso queste cose ». Atqui haec verba non ita strictiori sensu, prouti sonant, accipienda sunt, sed ad loquentis mentem, quae mens haec erat, ut affirmaret quidem testis narrationem multarum rerum adeo enucleatam ac distinctam, se nonnisi in commentario vitae Dei Famulae perlegisse, minime vero ut praeterea assereret eorumdem vel aliorum factorum notitiam aliis etiam ex fontibus sibi par tam non esse. Id sane patet ex toto contextu testimonii, qui contextus, nisi a sanae critices canone discedere omnino velimus, prae oculis habeatur necesse est. Lege sis : « Posso dire che generale è l'opinione che la Madre Priora gode già la gloria del Paradiso: perchè la vita di lei virtuosa conosciuta dalle contemporanee e la santa sua morte fecero sorgere spontaneo il giudizio che essa avesse fatto una morte preziosa. Non per industria umana ma per la operazione dei miracoli in questa città, provincia e fuori generalmente è ritenuta e intesa per Santa... questi fatti io dico provano essere generale la fama che la nostra fondatrice sia veramente, come da tutti è chiamata, cioè una Santa». Ac paulo post : « Conosco dalla generale tradizione il miracolo stupendo della cieca nata ecc. ». Adhuc eadem testis: « Di tutti gli. altri fatti degli articoli seguenti, che riguardano grazie o miracoli, posso dire che ne ho udito il racconto a tempo proprio ecc. ». Hisce adiicias quae alio in loco Processui tradita sunt: « Da molte persone ho sentito parlare della nostra santa Fondatrice fino dal tempo che sono religiosa, cioè dal 1841, e prima pure». Deinde haec habet: «L'opinione generale, sia in questa città che fuori, ritiene che la Serva di Dio Fondatrice sia stata cara a Dio nella sua vita, e sia oggi ricca di gloria in Paradiso. Persone di ogni condizione così la ritengono e l'hanno ritenuta ». Haec quidem quoad testem XXVII.

Quod vero testem XXVIII spectat, paucis videamus an

humanissimo Censori ipsa aliquid contra nos obiiciendi ansam praebuerit. Testis XXVIII quidem inter cetera haec habet: « Avvertita poi di dover essere richiamata allo esame, mi son preparata leggendo attentamente la vita stessa della Serva di Dio che è l'unica fonte da cui possa conoscersi qualche cosa da noi, che viviamo tanto lontani dalla sua morte ». Verumtamen quid sibi velint excripta modo verba, ex toto .testimonii contextu diiudicandum. Testis quippe, cum de novo examine ineundo praemonita fuerit, omnibus ac singulis interrogationum articulis obiectis respondendum sibi proponit, ac proinde sibi in memoriam diligenter vitae commentarium revocat, utpote in quo iam apte dispositam atque perspicuam materiam invenit, de qua novit se mox interrogatum iri. Hanc ipsi, non aliam, fuisse mentem cum testimonium diceret, ipsa testis haud obscure significat. Haec enim addit verba: « Io ricordo le dimande che mi furono fatte negl'interrogatorii, ma poiché quelle su gli articoli le trovo più chiare e dirette a quanto è riferito nella vita così a queste risposte (sic), cui mi sono presentata, rispondo ». Quam sane interpretationem germanam veramque esse magis magisque ea confirmant, quae testis inferius profert. Inquit enim: « Lontana come sono da quei tempii nei quali ella visse, anziché determinare i fatti posso rendere testimonianza della fama, che è figlia dei fatti stessi, e che formatasi fin da che visse da quelli, che furono testimoni della santa sua vita, è giunta fino a noi. Or questa fama è che essa veramente abbia eroicamente praticato ogni virtù, ed il soprannome di Santa, col quale è cognominata e generalmente intesa, non ha potuto non provenire che dalla vista di fatti mirabili, dei quali fu modello ». Rursus vero: « Mi compendio e dico, è fama generale che essa sia Santa, questa fama tanto generale non è provenuta che dalla conoscenza dei fatti visti dai contemporanei, che in una parola sola giudicando dalle virtù sue in grado eroico l'appellarono la Priora santa ». Atque alibi: « Preziosissima fu la morte che fece la Serva di Dio, e si conosce per tradizione ecc. ». Etiam: « Avvenuta la morte... il venerabile Maiella vide in spirito volarsi al cielo l'anima della Serva di Dio, e così la rivelò al laico suo assistente ». His accedunt quae paulo post habentur: « Questa fama di santità, non procurata ma spontanea, era in ogni ceto di persone, tanto che fin d'allora fu soprannominata la Priora santa». Nec satis: eadem enim testis pluries adhuc

ad famam vel ad traditionem appellat, ita ut manifestissimum sit eam saepenumero sua testimonia ab origine longe diversa, quam a vitae Servae Dei commentario, expeti visse. Ceteris omnibus omissis, haec tantum iuvat referre: « E non solo cosi io conosco che la opinione che si ha sulla Serva di Dio sia di essere essa una Santa, ma persone sommamente saggie e niente interessate alla causa, colle quali io alle volte ho avuto occasione di parlare, hanno così pure confessato: e non è nuovo vedere sacerdoti, sia di qui sia di fuori, manifestare a noi eguale parere sulla santità della Fondatrice. Questa opinione non è stata giammai interrotta...».

En porro testes, quos strenuus Fidei Vindex causae opponens, eos summopere nobis pertimeseendos esse forte existimabat. Perpendimus profecto eorum testimonia, ipsorum dicta audivimus, eorumdem posterius cum priori examine contulimus. Iam vestrum est, Eminentissimi Patres, iudicare, cuinam fundamento indirectae seu subsidiariae probationis pondus substinendum demandetur. Agitur nimirum et in hisce testibus, ut plurimum, de traditione, agitur de publica fama, de illa vero traditione atque fama agitur, quae ex ore maiorum excepta est: agitur de viventium consensu, quorum unus alteri suum aperit animum, quasque a parentibus vel aevo antiquioribus notitias accepit, in commune veluti bonum confert. Atque hi fontes, hoc ferme caput atque origo prima testimoniorum omnium, quae in iudicio produntur. Quod si aliquando et vitae commentarii memoria revocatur, id fit ut, quae aliunde sunt nota, confirmentur quodammodo ac nova quaedam eis lux affulgeat.

Illud vero non praetereundum putamus, nos Censori nostro doctissimo gratias quam maximas habere, eo quod diligentiae laudem nobis tribuere non dubitaverit ob quaedam testimonia, in quibus Ancillae Dei mentio occurrit, quaeque cum ad Positiones quondam Servorum Dei Alphonsi de Liguori et Gerardi Maiellae pertineant, in Summario quoque nostro transcripta videantur. Hanc certe laudem ipsius humanitati acceptam referimus, at ab ipso longe dissentimus cum pro opinione iudicii sui id a nobis esse factum autumat, ut paucitati vel inopiae, vel infirmitati testium consuleremus. Demonstravimus sane multos ac validos testes nobis suffragari: si quos vero insuper adiunximus, eo spectavimus ut iis in Processu iam

adductis novum robur ac splendorem augeremus. Atque haec ratio fuit, cur non omnes exscriberemus litteras, quas ad moderatores suos R. P. Falcoia et S. Alphonsum Ancilla Dei saepe dabat. At cum in suis animadversionibus clarissimus Fidei Promotor illam epistolam ex integro nosse exoptet ad Mariam Caelestem missam, in qua S. Alphonsus eamdem acriter obiurgabat, hanc quidem epistolam, una cum dimissississima Servae Dei responsione atque nonnullis aliis scriptis, supplementi loco, in adiecto Summario edendam curavimus.

Haec quidem ad tuendas probationes: nunc de fama sanctitatis agendum est.

CAPUT ALTERUM

De Fama Sanctitatis.

Ad rem sane faciunt gravissima illa verba, quae Benedictus XIV, de causae Commissione signanda agens, ad Postulatores habebat: «Debent ergo Postulatores in sua scriptura et summario famam virtutum et miraculorum plane et concludenter probare ». Quae quidem verba apposite sibi in mentem revocans clarissimus Fidei Promotor, iam sanctitatis Servae Dei famam argumentis undecumque petitis impugnaturus, asserere se posse existimat (quo iure mox videbimus) nos famam Caelestis Mariae Crostarosae neque plene neque concludenter demonstrasse. Non plene, inquit, quia Fodiae tantum, non vero aliis in dioecesibus, in quibus versata est, inquisitum Processu fuit. Non concludenter, etenim si quam existimationem Maria Caelestis consequuta est, haec non heroicarum virtutum exercitationi, sed cuidam miraculorum rumori est tribuenda. Utrumque ad legitimae argumentationis trutinam revocemus.

Ac primo quidem, ad plenam famae probationem quod spectat/ egregius Fidei Vindex rogare fas sit, cur illud a nobis expetat ut tot Processus instructi sint, quot dioeceses extitere, in quibus Maria Caelestis Crostarosa vitam egit. Profecto non ex iuris legibus, neque ex [consuetudinis praxi id sibi vindicare poterit. Ius nostrum enim et praxis id docent, ut in ea dioecesi de vita atque sanctitate alicuius Dei Servae inquiratur, ubi idem supremum obiit diem. Si enim ibi Processus fieri debet, ubi potiora haberi possunt probationum adiumenta quo sane in loco aptius quam in illo, ubi Dei Famulus decessit, ea

adiumenta inveniri poterunt? Immo eo in loco Processum confici omnino necesse est, « tum quia, (ut laudatus modo Auctor ibidem advertit) de pretioso Servi Dei obitu constare debet: tum quia probanda est fama sanctitatis post obitum, nec potiora haberi possunt testimonia, quam ubi Dei Servus mortuus est: tum etiam, quia cum fiet Processus Apostolicus super virtutibus et miraculis in specie, exhumandum erit et recognoscendum cadaver Servi Dei » : quae quidem nonnisi eo in loco peragi possunt, quam ubi Dei Servus mortem oppetiit.

Equidem scio contingere aliquando posse, ut Dei Servus parvo admodum tempore illo in loco, ubi moritur, vitam traduxerit. Qua de causa, cum testimonia plena de eius vita ibi haberi nequeant, atque alibi, ubi diutius commoratus est, sint comparanda, erit sane cur vel novi ibi conficiantur Processus vel inde testes ad dicendum testimonium arcessantur, quibus vita et virtutes Servi Dei magis notae sunt. At non id profecto de Famula Dei accidisse compertum est. Nam cum ipsa anno 1738 Fodiam se contulerit, atque ibi anno 1755 e vivis fuerit erepta, non parum quidem temporis sed longam sane humanae vitae partem eo in loco transegisse dicenda est. Processum igitur non alibi, sed Fodiana in dioecesi instrui oportebat. Nullus enim alius locus pro re nata accommodatior sive testibus interrogandis, sive testimoniis recipiendis inveniri poterat, utpote in quo non tantummodo de rebus a Maria Coelesti Fodiae gestis, sed de ipsius etiam anteacta vita notitia amplissima habebatur.

Quae cum ita sint, claudicare quam maxime ex hac parte argumentationem clarissimi Censoris nostri neminem esse vestrum arbitror, sapientissimi Iudices, qui plane non videat. Ipse enim huic medio termino, ut cum Logicis loquamur, se posse inniti putabat: nimirum ideo plenam non esse famae probationem, quia Fodiae dumtaxat de Famula Dei Processus habitus est. At cum nos e contra demonstraverimus Fodiae quidem et non alibi inquisitionem fuisse faciendam, illo inquam medio termino disiecto, veluti fundamento sublato, tota eius ratiocinatio vacillet ac corruat necesse est.

At potiori ne iure aliud obiectionis caput tueri se posse existimet Adversarius? Opponit quidem, uti diximus, totam aestimationem Caelestis Mariae Crostarosae, si qua est, non he-

roicarum virtutum exercitationi, sed quorumdam miraculorum rumori esse tribuendam. Qua in re non mediocriter nobis ipsis gratulandum esse censeo. Cum enim hoc sacro in foro Commissio introductionis causae alicuius Servi Dei signari nequeat, quin antea fama eiusdem sanctitatis rite probata sit, aliquid certe nobis concessisse videtur strenuus Fidei Vindex, cum et ipse, ope implorata Mariae Caelestis Crostarosae, miracula patrata esse fateatur. Iamvero miracula Divinitatis sunt signa, quemadmodum Theologi loquuntur, quae proinde non ad mendacium et fraudem hominum, sed ad veritatem ac vitae sanctimoniam amicorum suorum cohonestandam Omnipotens facit. Si ergo miracula, Maria Caelesti Crostarosa sequestra, operatus est Deus, non contemnendum sane pro ipsius sanctitate divini testimonii in hoc ipso habes argumentum.

At vero non a miraculis solummodo, inquit Adversarius, sed a virtutibus heroicis potissimum fama sanctitatis oriatur, necesse est. Absit ut id umquam inficiemur, sed iure merito contendimus heroicarum Servae Dei virtutum demonstrationem minime a Censore nostro aequissimo in causa nostra desiderari posse. Eo enim tum in Summario, tum in Scriptura probationes adduximus, ut in hac mitiore disceptatione introductionis causae illud assequi videamur, quod in multo severiore iudicio Beatificationis praestandum esset, eam nimirum ex demonstratione quoad virtutes evinci certitudinem debere, quae non impossibile quidem sed imprudens reddat iudicium de opposito *(Decr. Gen. die 23 April. Î741. Vid. Bened. XIV op. cit. lib. III. cap. III. num. 25).* Ne id veluti gratuito et iactationis gratia me asserere quis existimet, vos, sapientissimi Iudices, rogo, non quidem ut testes in iudicium adductos iterum audiatis (quod sane longum nimis ac molestum foret), sed ut demonstrationem nostram perpetuo illorum testimonio contextam me paulisper vobis in mentem revocare patiamini.

Et re quidem vera, Mariam Caelestem indubia praeclarae virtutis indicia iam inde a teneris unguiculis praebuisse affirmant testes, sive puellulam ob oculos ponant Sanctorum historias, qui ceteris caritate praestiterunt, avidissime audientem; sive voluntarias illorum corporis afflictationes imitantem; sive abditiores domus recessus quaerentem, ut precibus et virtutum exercitationibus vacaret. Item eius virtutem prorsus singularem demirantur testes, cum adolescentulam iam nobis exhibent, vel

magna lacrymarum vi se noxis inquinatam, indignamque esse quae coram Deo sisteret, publice profltentem: vel ob párvulas admissas culpas ieiunia asperrimasque poenas a se repetentem, vel maximam illam animi pietatem prae se ferentem, cum piaculari exhomologesi conscientiam purgaret, ac potissimum cum coelesti epulo reflceretur. Quam quidem haud dubiam sanctitatis Servae Dei opinionem e neapolitana urbe, ubi ipsa ortum habuit, per omnes monasteria ac civitates quas incoluit, eam constanter sequutam esse testes referunt; eamque opinionem inde testantur tum per finitimas tum per longinquas regiones longe lateque pervagatam atque diffusam, ita ut non modo a rudibus hominibus, sed ab iis etiam, qui sanctitate, scientia, auctoritate prae ceteris eminerent, sancta haberetur.

Ad rem in suo Opere, cui titulus — Codex pro Postulatoribus causarum Beatificationis et Canonizationis, — eruditissimus Lauri haec habet: «Quando agitur de Dei Servo Regulari non utile modo, sed necessarium est testimonium sodalium, qui de eius vita et observantia regulari testentur ». Atqui quid de Mariae Caelestis sanctitate ubique senserint eius familiares, Sorores, exploratissimum in causa nostra est. In monasterio Marilianensi tanti fit Famulae Dei, ut moderatrix, quae ipsius hortatu Monialium suarum emendationem maxime cordi habebat, Mariae Caelesti fere adolescenti, atque adhuc in tirocinio versanti, custodiam ianuae et capsae rotabilis demandet: quod munus nulla umquam in eo monasterio iunior, sed aetate provectiores atque prudentiores Moniales obtinuerant. Professione vero vix emissa, quae modo vix discipula fuisset, prae sacris Virginibus omnibus, dignissima visa est, quae iuvenculis in tirocinio degentibus instituendis ac moderandis praeficiatur. Scalae novas regulas conscribit, ob quas licet eam Moniales aliique crudeliter insectentur, illae tamen regulae mirabili omnium consensu tandem excipiuntur, atque ipsi eius adversarii illas sanctitatis opus esse atque divino afflatu exaratas fateri coguntur. Amalphi et Nuceriae eius virtutes suspicantur atque celebrantur. Nuceriae vero, cum iussu Episcopi collegio orphanorum reformando manum admoverit, adeo eius morum suavitas ac sanctitas Monialium omnium animos illi devinciunt, ut monasterium, quod paulo ante Nucerinae civitati offensioni atque scandalo fuerat, virtutum omnium evadat exemplar.

Quid vero de illarum sociarum testimonio dicendum est,

quod ad Dei Famulae vitam in monasterio Fodiano actam pertinet? Illud quidem testimonium ab aequalibus Mariae Caelestis prolatum est, quae cum ipsi tot annos adstiterint, ea, quae suis oculis aspexere, vel .suis auribus audivere, iunioribus Monialibus transmiserunt; quae quidem eae plerumque ipsae sunt, quae tam multa ac praeclara de Servae Dei fama sanctitatis in Processu testantur. Testationes vero huiusmodi huc semper recidunt: «...progrediva così nelle virtù e sante opere, da divenire lo specchio di vita esemplare » : vel « ... essa fu ricca di tutte le virtù. Queste virtù le possedè in grado eroico fino alla morte, perchè fino a questo tempo compì opere meravigliose » : vel « Esercitava tutte e singole le virtù in grado eroico » ; vel « Da quanto ho detto, chiaro apparisce l'eroismo delle virtù praticate dalla Serva di Dio»: vel «Fu esemplare nell'eroismo di ogni virtù »: et alia id genus multa, quae quanta fuerit Famulae Dei sanctitatis aestimatio apud illas ipsas, quibuscum quotidie versabatur, luculentissime demonstrant. Neque miremur deinde, si tanta sanctitatis opinio intra claustri fines contineri non potuerit, ac pagos, oppida, urbes tum propinquas, tum remotiores adeo pervasero, ut etiam Episcopi, aliique doctrina, auctoritate, scientia conspicui viri, vel ad ipsam se conferrent, vel ad ipsam suas litteras darent. Quos inter memorandi sunt imprimis S. Alphonsus de Liguorio, ac Beatus Gerardus Maiella, qui Famulae Dei virtutum et sanctimoniae scientiam tanti habuerunt, ut ad consilia et perfectissimae vitae praecepta addiscenda eam inviseret, cumque eis illam convenire non liceret, epistolarum commercio cum illa uterentur.

Hanc vero sanctitatis famam eius obitu neque desiisse, neque imminutam esse, sed eo potius cumulatam fuisse in comperto est. Cum enim sanctissimis Christi Sacramentis se roborasset, cum novos postremosque Satanae impetus invicto animo superasset, cum divinae voluntatis nutui se totam subiecisset, etiam moritura nihil habens antiquius, quam se conformem fieri imaginis Filii Dei, P. Nicolaum Lombardi moderatorem conscientiae suae sibi adstantem poposcit, ut Passionem Iesu Christi, prouti in Evangelio Ioannis enarratur, illi legeret. Quod dum ille faceret, cum ad ea verba ventum esset « consummatum est », placidissimo exitu animam efflavit. Quae singula dum referunt testes, Dei Famulae mortem pretiosissimam uno ore praedicant. Nec tamen morbo aliquo affectam, nec dolori-

bus correptam, qui imminentem mortem nuntiarent, sed divina caritate consumptam eam ad Deum evolasse, omnium animis opinio firmissime inolevit. Cuius pretiosissimae mortis ceteris testimoniis illud praeclarissimum quidem addendum est Beati Gerardi Maiellae, qui Neapoli gravi morbo detentus dum Maria Caelestis moreretur, eam caelum conscendentem conspiciens, id sodali suo sibi adstanti protinus illis verbis enuntiavit « tamquam columba nunc in caelum advolat Maria Caelestis Crostarosa ». Neque illud praetereundum, Daemonem quoque, prout eius mos ferebat, Famulae Dei sanctissimum obitum significasse. Traditione enim certum est, Maria Caelesti animam efiiante, monasterii aedificium magno terrae motu ab imis fundamentis concussum fuisse, ingentemque catenarum strepitum veluti si hac illae pertraherentur, exauditum. Hisce profecto signis infensissimus humani generis hostis extrema se pugna superatum, Deo annuente, fatebatur.

Hanc vero sanctitatis famam non modo post mortem Servae Dei superfuisse, sed mirum in modum auctam esse, atque labentibus annis magis magisque floruisse, perpetuo consensu testes asseverant. Vix enim Mariam Caelestem obiisse nuncius accipitur, eo, ubi iusta persolvuntur, densum humeris vulgus ultro concurrit. Adsunt cuiusque conditionis homines mulieresque: queruntur quod ob nimiam adventantium multitudinem haud cunctis liceat ad cadaver accedere, ac demortuae pedes manusque osculari : vestium fragmenta petunt, et magno venerationis obsequio accipiunt: Sanctam vita functam conclamant: nec pro ea Deum adprecandum, sed ipsi potius affirmant preces dandas esse, ut populo suo Deum propitium reddat. Interim primum, ab obitu Dei Famulae, divinitus fit prodigium. Quaedam aderat mulier ab ortu suo utriusque oculi coecitate laborans, cui multo fletu atque ferventi fide Deum exoranti ut, ope eius Famulae, ipsi visus daretur, illico, spectantibus omnibus, videndi facultas facta est. Haec vero sanctitatis fama, quae primitus ipso Famulae Dei in funere intra monasterii SSmi Salvatoris muros, atque, ut ita dicam, ad Fodiani claustri fores explicuit sese, adeo inde late periata ac diffusa est, ut multorum locorum ambitu de sancta Antistita sermo esset, atque nobiles infimique homines, docti omnisque scientiae expertes, cuiuscumque sexus vel aetatis, ad eiusdem sepulcrum undecumque gentium confluerent illud veneraturi, ac Dei Servae

opem sibi suisque rogaturi. Hinc certatim ipsius vestium particulas vel eiusdem imagines enixe expetere: ei privatim accensas lampades suspendere : crebro de ipsius virtutibus vitaque sanctissime acta interloqui: centesimum ab eius obitu annum solemnioribus supplicationibus celebrare: omnes pro certo habere eam coelesti perfrui felicitate: flagrantibus votis diu cupere atque efflagitare, ut ipsi Coelitum honores ab Ecclesia decernantur : gaudio omnes commoveri atque laetitia gestire, cum de introducenda Famulae Dei causa cogitatum est, ac Romam supplices libelli ad id aliati sunt. Huiusmodi facta mirifice ostendunt quam altas civium Fodianorum advenarumque animis radices duxerit opinio de Servae Dei fama sanctitatis. Quae opinio, cum a tam multis viris foeminisque, adeo indole, sexu, aetate, auctoritate inter se diversis habita sit; cum insuper ea fama numquam interrupta fuerit, sed constans atque firma hisce quoque diebus perseveret; quis sane dubitet eam famam adiuncta omnia obtinere, quae humanum testimonium fide dignissimum faciant?

Habes igitur famam sanctitatis plenam firmamque, eamque longissimo annorum lapsu constantem atque universalem habes. Iam illud mihi a vobis rogandum esse, Iudices, censeo: potest ne fieri ut tanta sanctitatis fama Mariae Coelestis Crostarosae exorta, diffusa atque propagata sit, quin illi heroicarum virtutum veraeque sanctimoniae fundamentum subsit? Quid? tantus concursus ad eius tumulum factus fuerit; illam tot laudibus omnes semper extulerint; illam in sanctissimorum morum exemplum imitandum proposuerint; illam adeo meritis apud Deum excellere, ut eius patrocinio plurimum^ fiduciae reponendum esse affirmaverint; nil magis fuerit in votis quam ut illa Caelicolarum honoribus donaretur; haec vero omnia quorumdam prodigiorum tantummodo rumori erunt tribuenda? Ego quidem sic existimo, vos pro sapientia vestra, Iudices Eminentissimi, minime in hanc sententiam ituros: immo neque Censorem nostrum aequissimum reor id sibi umquam suadere potuisse. Cum enim de causa alicuius effectus investiganda disputatio fit, sufficientem causam illam esse oportere nemo est qui ignoret. Iamvero si tantam sanctitatis famam Mariae Coelestis Crostarosae dumtaxat a quibusdam mirabilibus eventibus répétas, non sufficientem quidem illi explicandae causam pones: quod certe absonum est, atque a sanae philosophiae le-

gibus maxime abhorrens. Interfuere utique miracula, quae nos, maturo tempore, Deo iuvante, vindicabimus. At miracula illa nobis sat est, ut verbis Benedicti XIV utamur, si loco signorum accipiantur, quibus « non raro auditur Deus, amicum suum ut superius ascendat, invitare », *Op. cit. Lib. III, cap. III, n. 25.* Et re quidem vera prodigiis illud effectum est, ut testimonio humano divinum testimonium coniungeretur, ita tamen ut divina illa signa famam sanctitatis Servae Dei non darent, sed roborarent; non facerent, sed splendore quodam novo pulcherrime illustrarent.

Quamquam, coniiciendo ne atque argumentando illud assequar, quod tot testium disertissima verba adeo perspicue probant ac demonstrant? Testis I postquam de virtutibus Servae Dei loquuta sit, haec habet: « Aggiungo solamente che lamia testimonianza è stata troppo debole innanzi all'eroismo delle virtù sue, e .a testimonianza umana pesa poco, quando Iddio stesso ha mostrato nella vita e nella morte di Lei quanto gli fosse cara». — Testis IV haec refert: « L'opinione pubblica costante ed universale, che si è avuta e si ha della Serva di Dio è che ella veramente sia stata cara al Signore ». — Testis V inquit: « Per me ho ferma opinione che la Serva di Dio per le sue virtù e per la prontezza con cui soccorre noi miserabili, essa sia veramente una Santa ». — Testis XVII haec profert: « Come dal bel principio, così sempre ho sentito che la Serva di Dio sia veramente una Santa, che in vita si ebbe virtù e carismi particolari, ed in morte sicura gloria del Paradiso ». —• Testis XXVIII ait: «Fama è che essa veramente abbia eroicamente praticata ogni virtù, ed il soprannome di Santa, col quale è cognominata e generalmente intesa non ha potuto non provenire che dalla vista di fatti mirabili dei quali fu modello... ». — Testis XXXVIII haec addit: « ... le Religiose contemporanee della Serva di Dio la ritenevano per certo come Santa: imperocché le virtù in grado eroico, che ella praticate avea vivente, specialmente la mortificazione dei sensi, i cilizi non mai veduti, che usava e da me stessa visti nel monastero, l'amore alla preghiera e spedalmenle la carità verso il prossimo, e l'amore a Gesù Sacramentato ed a Maria SSiìia, non la potevano non portare alla gloria.... Per ciò poi che riguarda il pubblico, da quanto ho veduto, e da quanti devoti ho visti venerare la sua spoglia, argomento che come Santa sia rite-

ñuta dalla pubblica opinione ». Congruunt alii testes, vel tum cum asserunt se numquam aliquem audivisse, cuius ex ore ullum verbum contra Servae Dei sanctitatem exciderit; vel cum de ipsius vita admodum sancte traductam loquuntur; vel cum eam virtutibus praeditam referunt; vel cum peculiari hoc verbo eam appellant Sanctam, seu sanctam Antistitam. His accedunt, ut ceteros missos faciam, testes alii bene multi, qui in Processibus S. Alphonsi de Liguorio et Beati Gerardi Maiellae ita laudibus sanctimoniam Mariae Caelestis extulere, ut inde iterum manifestissimum omnibus sit, quae Servae Dei sanctitatis fama diversis illis temporibus, quibus iidem Procès^ sus confecti sunt, extiterit.

Agite vero, humanissimi et Emi Patres. Unanimes, ut videtis, in hac demonstratione sunt testes inter se; disertissima, -ut iam dixi, ipsorum verba : affirmatio eadem de heroicis virtutibus, atque vitae sanctitate Servae Dei centies repetita occurrit. Quid igitur nos prohibet, quominus hanc sanctitatis famam ita numeris omnibus absolutam recognoscamus, ut ea adamussim indolem a'que originem referre cum Benedicto XIV dicatur illius existimationis, seu communis opinionis « de puritate et integritate vitae et de virtutibus, non utcumque, sed per continuatos actus, data occasione, exercitos, supra communem operandi modum aliorum proborum virorum aut mulierum ab aliquo Servo vel Serva Dei iam defunctis, nec non de miraculis eorum intercessione a Deo patratis*, ita ut, concepta in uno vel pluribus locis erga eos devotione, a plerisque in suis necessitatibus invocentur, et plurium virorum graviorum iudicio digni existimentur, ut per Sedem Apostolicam referantur in album Beatorum vel Sanctorum»? *(Op. cit. lib. H j cap. XXXIX, num. 7)* refert quidem et clarissimus Fidei Promotor Benedictina verba, ut satius illum fecisse dixerim si postremam ac maiorem hanc periodi partem silentio non praeteriisset. Hanc in integrum si restituas, nullum dubium mihi est, quod tanti Magistri auctoritate compulsus fateri cogaris, ne dum testationibus virtutum atque* sanctimoniae, hoc sacro in foro famam sanctitatis Servorum Dei demonstrari etiam miraculis eorum intercessione a Deo patratis, et concepta in uno vel pluribus locis erga eos devotione, et invocatione eorum a plerisque facta, et plurium graviorum iudicio, qui eos dignos existiment ut per Sedem Apostolicam in album Beato-

rum referantur. Neque magis Censorem iure suo uti duxerim? cum, ad obiectionem suam confirmandam, illud in rem suam pertrahere nititur, quod Cepa ri us in Direct. Canoniz. lib. 2, scribit, quodque Benedictus XIV loco modo laudato refert. Non* enim eruditissimi illius scriptoris sententiam ipsi, sed nobis maxime favere dicendum est. Et re quidem vera. « Illi, ait Ceparius, dicuntur mori cum fama et celebri apud multos opinione sanctitatis, de quibus communis opinio est et constans fama ipsos, dum viverent, Sanctos habitos fuisse, et in sanctitate perseverasse usque ad mortem? » At vero id totum testes nostros de Maria Caelesti Crostarosa enarrasse probavimus. Subdit Ceparius illos Dei Famulos veram sanctitatis famam adeptos esse qui scilicet fuerunt iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis et iustificationibus Domini sine querela etc., qui inventi sunt sine macula, et post aurum non abierunt etc., qui servaverunt Fidei puritatem, excellenti sanctimonia vitae floruerunt et miraculis claruerunt etc.? Haec omnia de Maria Caelesti evenisse perspicue vidimus. Denique eos Sanctos appellandos esse affirmat Ceparius, qui tales, fuerunt, ut eorum vita et res gestae possint et aliis proponi ut exemplum ad imitandum? Id etiam perpetuo testimonio de Serva Dei honorificentissime in; causa nostra praedicatum est.

Haec cum ita sint, iam quisque vestrum, aequissimi Patres, demonstrationem nostram animo perpendat atque illud iudicet num Benedictino praecepto a nobis factum sit satis, et num fama sanctitatis Servae Dei plene et concludenter probata sit. Neque enim inanitatem obiectionis Censoris nostri humanissima vos prima fronte non intuitos esse ego existimo. Hic sane, si quid suppetiarum speraret, probe intellexit eas sibi exposcendas ab argumentatione, quam in priori capite Animadversionum suarum instituerat, in quo affirmaverat testes in causa multum quidem de miraculis, parum aut certe non satis de virtutibus Famulae Dei dixisse. At cum argumentationem istam gratuitam prorsus suo loco iam demonstraverimus, cum ipsos-testes ab ipso inductos fuse excusserimus, atque eorum in dictis non modo de miraculis, sed de virtutibus et sanctitate Servae Dei, multa ac praeclara testimonia inveniri compertum fuerit, ne porro actam rem iterum agamus, animadvertisse sat est Adversarium, nostro quidem iudicio, obiectioni suae parum admodum consuluisse, totam suae assertionis probationem

hisce verbis sitam esse existimantem « quemadmodum ex iis, ni fallor, quae in Capite de Probationibus ad testes quod attinet, praefatus sum, plane descendit Ex iis enim quae clarissimus Fidei Vindex, ad testes quod attinet, praefatus est, id tantum logica deductione subsequi vidimus, quod obiicienti plurimum adversetur, causae vero nostrae multum subsidii afferat. Ex quo etiam pronum est colligere quid sentiendum sit de obiurgatione illa, quam veluti in transitu profert Censor, maximam testium partem hac in causa in ius vocatam esse, ut tantum de miraculorum fama dicerent. Non quidem maxima testium pars, sed plures ex sex et decem supra centum testibus, ad testimonium de miraculis ferendum, in ius vocati sunt. Quod profecto aequissimum fuit. Cum enim adeo ingens numerus eorum extiterit, qui famam sanctitatis probavere, ut iam de ipsa cuiuspiam animum non dubium faceret, visum est ut alii testes interrogarentur, qui potissimum de fama miraculorum sermonem haberent. Quam rem, quin improbandam, gratissimam futuram fuisse Censori censuissem, utpote illud in memoriam nobis revocant: Benedictum XIV graviter Postulatores monuisse, debere eos, in sua Scriptura et Summario famam virtutum et miraculorum plene et concludenter probare.

Sed enimvero « trahit sua quemque voluntas » : quare cum Censori nostro haud parum haec difficultas arridere videatur, in eadem iterum iterumque exageranda adhuc sibi immorandum esse duxit. Nam postquam questus sit quod mirabilibus hisce atque coelestibus donis acta redundent, quae aptissima iudicat ad sanctitatis opinionem maxime apud foeminas conciliandam, eorum, quae sive a testibus referuntur, sive in vitae commentario ab ipsa Dei Serva conscripto leguntur, speciminis gratia, aliquid nos deliberare perhumaniter invitat. Hinc suis Animadversionibus plusquam tres solidas paginas appingit, in quibus de nonnullis visionibus, exstasibus, revelationibus ac Daemonum multimodis infensisque incursibus prodeuntium refert Quorsum vero haec disputât strenuus Adversarius? Nam ut candide fatear, non haec mihi tanta esse videntur, quae fatiscentem iam atque labantem eius obiectionem sustentare valeant.

Ac primo quidem falsi suppositi vitio laborare huiusmodi argumentationem nemo est qui plane non videat. Nequaquam

enim ab iis mirabilibus rebus, quas Obiiciens enumerat, se primitus opinionem sanctitatis Servae Dei derivasse testium aliquis asseruit; sed contra, cum ex ipsius vita, pietate ac virtutibus insigni, cum ex eiusdem pretioso obitu sanctitatis famam comperiisset, ad hanc utique opinionem sibi suisque non quidem conciliandam, sed confirmandam mira illa facta coelestiaque dona in iudicio enarra vit. Neque id Censorem nostrum latuisse existimo. Testis enim I, cuius potissimum auctoritati hoc in loco ipse inniti se posse confidit, illa eadem testis est, quae inter cetera de fama sanctitatis praeclarissima a se edita testimonia, illud etiam prodidit: « Aggiungo solamente che la mia testimonianza è stata troppo debole innanzi all'eroismo delle virtù etc. ». Nec aliter se habent testes XXXIII et LXIII,, qui pariter a Censore pro re sua afferuntur, quique, unde de fama sanctitatis opinionem attigerint, hisce commemorant. Quippe testis XXXIII ita loquitur: «Ho inteso sempre parlare della santità e dei prodigi della Serva di Dio ». Et alibi : « La notizia dell'eroismo delle sue virtù diffusasi per ogni dove conciliò alla Serva di Dio universale fama e duratura fino alla morte: infatti diffusasi nei monasteri dove dimorò, la fe'tenere da tutti per Santa: diffusasi per ogni dove la fe' dimandare per riformatrice di monasteri di varie città cospicue, la fe' consigliare da personaggi ragguardevoli per santità e per dottrina, e dimorando in Foggia la fe' essere in santa relazione con S. Alfonso de' Liguori e col Venerabile (ora Beato) fratello Gerardo Maiella». Testis vero LXIII ait: « ...... ne ho inteso parlare, sia dei suoi miracoli, che delle virtù, anzi in mia casa conservano un quadro della stessa Serva di Dio, memoria di venerazione dei miei avi ». Atque iterum : « Per quanto ho potuto conoscere, s'empre ed in tutti i luoghi, ove ha dimorato la Serva di Dio, ha goduto grandissima fama di santità, e questo non solo presso il volgo, ma bensì presso persone distinte in santità e dottrina ». Et tertio : « Il fine per cui il popolo spontaneamente, e mai per ombra forzato, accorre, si è perchè sta convinto trovarsi (la Serva di Dio) gloriosa nei Cieli, per cui la intende col nome di Priora Santa, che è potente mediatrice presso Dio, come la conosce dai vari prodigi da Dio operati per lei, e perchè la vuol vedere presto elevata agli onori degli altari».

Neque mihi frontem obducas, si ea usus libertate, quae in

conspectu aequissimorum Iudicum disserentibus concedi nobis solet, aliud falsi suppositi vitium in eo deprehendam, quod innuens mirabilia atque coelestia dona, maxime apud foeminas, ad conciliandam sanctitatis opinionem aptissima dici debere. Frustra igitur iure nostro sancitum est, ut foeminae etiam ad dicendum testimonium in iudicium compellantur, si adeo facile levitatis notam inurere iis possis. Quid quod non de una aut altera tantum, sed de multis simul sumptis foeminis sermo sit? Quid vero, quod de probatissimae pietatis foeminis agatur, ut plurimum perfectioris sanctitatis studio addictis, quae maxime a mendacio abhorrent, quaeque conscientiae sibi duxerint, si quid minus rectum, vel minus ad iustitiae normam exactum asseruissent? Istae ne omnes, mentis levitate deceptae, a veritate aberrarunt? Verum et illud advertas velim, haud omnes testes in causa nostra feminas fuisse. Et re quidem vera, non feminis accensendus est ipse testis LXIII, quem in medium profert diligentissimus Censor ; neque in feminarum numerum cooptandi sunt testes II, III, IV, VII, XXXIV, XXXVII, XLIX, LVII, LVIII, LIX, LX, LXII, LXIII, LXIV, LXXIII, LXXIV, LXXXI, LXXXII, XCIV, CIV, CVI, CVII, CV1II, CXVI, qui tamen omnes Mariam Coelestem veluti Sanctam iureiurando suo nobis exhibuere. Hos etiam levitatis culpa insimulabis? Hos etiam adeo quorumdam mirabilium rumore perculsos atque permotos esse affirmabis, ut inde apud ipsos tota illa sanctitatis opinio conciliaretur, quam de Serva Dei se habuisse testati sunt? Immo quid prohibet, quominus tot inter levissima capita plurimos illos viros adnumeres integritate morum, excellentia doctrinae, auctoritate dignitatis conspicuos, qui praeclarissimis laudibus Famulae Dei virtutem ac sanctimoniam cëlebrarunt? Quid prohibet, quominus et ipsum S. Alphonsum, et Beatum Gerardum Maiella pene fatuos dixeris, cum et ipsis maximae aestimationi fuerit Mariae Caelestis sanctitas? Ne id profecto asseratur, pietas et mens sana vetant. At quis neget huc tandem deveniendum esse si, argumentatione Censoris humanissimi breviter adstricta, necessariam conclusionem ab hac propositione inferre velis, nimirum famam sanctitatis ideo partam esse Dei Servae, quia eam ipsi apud testes conciliaverat mirabilium quorundam rumor atque caelestium munerum enarratio ?

Hoc unum adiiciendum nobis est. Censorem nostrum cia

rissimum mirabilium nomine non vera miracula significare hoc postremo in loco voluisse, sed ea mira solummodo, quae licet miracula non sint, quia tamen specie tenus miraculum quodammodo imitantur, vulgi errore ut talia existimantur. Horum, inquam, mirabilium rumorem famae sanctitatis Servae Dei causam unquam extitisse pernegamus. Nam si de veris miraculis disputatio fieret, cum ea utique plura divinitus post obitum Dei Famulae patrata esse tueamur, nostrarum partium esse duximus, ut ex Processu in Summarium atque in Scripturam satis fuse exscripta transferentur. Quod quidem quin arguas, laudare potius te arbitror. Agitur enim de voce illa divina audienda, qua Deus homines voluit monitos Ancillam illam suam sibi carissimam fuisse, illamque etiam in terris velle se novorum honorum cultu auctam atque decoratami, ut novi hi honores atque decora imaginem, licet tenuem, quodammodo illius gloriae referant, quam in Superum beatitate aeterno divinoque obtutu adepta est.

Ad coelestia dona quod attinet, mirari videtur egregius Fidei Vindex, cur sit quod paulo uberius nonnulli testes ea in Processu retulerint. At immerito quidem. Omnes enim nos probe tenere censeo de hac re doctrinam D. Thomae: « Huiusmodi autem donum vocatur gratia gratis data, quia supra facultatem naturae, et supra meritum personae homini conceditur. Sed quia non datur ad hoc, ut homo ipse per eam iustificatur, sed potius ad iustificationem alterius cooperetur, ideo non vocatur gratum faciens ». *(1, ^2, q. III, a. 1).* At omnes pariter novimus gratiarum gratis datarum in causa Beatificationis et Canonizationis rationem habendam esse, si in ea de heroicis virtutibus et sanctitate morum, opportunis probationibus adductis, exploratum atque certum sit, quemadmodum in causa nostra factum esse apprime constat. Quae quidem doctrina adeo nil novi redolet, ut hoc sacro in foro antiquitus ea magno fuerat usui, ut eidem, quam nunc Censor opponit, obiectioni responsum daretur. Haec enim ad rem nostram habet Benedictus XIV: « Licet enim Fidei Promotores saepe in suis animadversionibus (quod etiam a nobis factum est, dum praedicto munere fungebamur) opposuerint, quaerendum esse de virtutibus heroicis, nec ullum statuendum esse momentum in gratiis gratis datis; respondentibus nihilominus postulatoribus, praedictas gratias non solas et seiunctas, sed coniunctas cum

virtutibus in gradu heroico illustrandae profuisse sanctitati, Fidei Promotores non inviti assumpserunt examen gratiarum datarum, et in sacra Congregatione de eis latum iudicium est, non quidem per dubium separatum a dubio virtutum, sed sub eodem dubio, nulla quidem vel in dubio vel in responsione facta mentione gratiarum gratis datarum, sed habita in discussione causae earum consideratione tamquam signorum manáfestantium praesumptionem virtutum in gradu heroico, virtù* tum inquam Theologalem et Cardinalium, de quibus in causis Confessorum ex alibi dictis pressum et exactum assumitur examen » *(Op. cit. lib. cap. XLII, num. 8).*

Quae vero de caelestibus generatim donis a Benedicto XIV, lata est, eamdem sententiam cum de singulis donis disceptatio fuit, teste eodem Benedicto XIV, Patres a sacris Ritibus tuendis amplexi sunt. Quare sive de visionibus, sive de prophetiis, sive de raptibus extra sensus, sive de aliis huiusmodi sermo sit, una semper doctrina nostra haec esse debet, quod nempe illa charismata seiunctim nullam habeant vim in iudicio Beatificationis et Canonizationis, at magni facienda sint, si probatum fuerit ea virtutes heroicas et vitae sanctitatem comitatas fuisse. Quod sane si ob oculos habeat disertissimus Fidei Adsertor, mirari desinet quid factum sit, quod plura excelsiora munera de Maria Caelesti enarraverint testes. Id enim ita testati sunt, ut Famulae Dei charismata tamquam signa acciperentur manifestanda praesumptionem virtutum in gradu heroico, de quibus tot ac tam praeclara testimonia antea protulerant. Et re quidem vera videntur, uti Thyreus scribit, « integritas probitasque vitae Deo occasionem praebuisse, ut familiarius cum quibusdam ageret, et se suaque ipsis communicaret, qui iam se totos Deo divinisque obsequiis mancipassent. Hinc est, quod Sanctorum et Dei amicorum loco etiam nunc habeantur, quibus Deus revelationibus suis locutionibusque divinis adest, et quas olim factas scimus, vix aliis sanctis hominibus factas credamus » *(Apud Bened. XIV, op. cit. lib. III, cap. LII, n. 2).*

Ex his, congruenti quadam ratione, iam patet quid iis reponendum sit, quae ex vita a Famula Dei conscripta deprompsit Censor, quoad incommoda atque offensiones a Daemone ipsi illatas. Sicuti enim, testantibus Sacris Litteris, ipse Dei Filius, homo factus, tentari se a Diabolo passus est, ut in hoc etiam certaminum agone omnium magister atque exemplar

existeret ; ita, Deo permittente, eius amici ac discipuli fidissimi, ut eorum virtus magis magisque probaretur, plerumque iniuriis, molestiis, offensionibusque lacessiti fuere.

Quod autem haec sibi obvenisse enarret, et de visionibus, apparitionibus aliisque charismatibus ipsa Maria Caelestis sermonem interserat, nihil est quod vel mireris vel id a veritate dissitum dixeris. Alibi enim ipsa Benedicti XIV auctoritate freti advertimus absonum prorsus esse, quod facta quaedam respuantur hac tantum de causa, quia illa a sanctis ipsis viris foeminisque, queis evenere, scripto consignata sunt. Hoc vero et de coelestibus etiam donis, et de mirabilibus aliis rebus accipi debere, ipse Benedictus XIV nos verbis adeo perspicuis docet, ut nihil supra. Inquit enim: « Spectati itaque mores, continuumque et usque ad obitum protensum heroicarum virtutum exercitium auctoritatem conciliare poterunt apparitionibus et visionibus, quas Dei Servi referunt sibi obtigisse, nec non aliis rebus, quas narrant de se ipsis » *(Op. cit. lib. III, cap. X, num. 11).* Atqui quod spectati mores Mariae Coelesti fuerint, quodque heroicarum virtutum exercitatio ad obitum usque ei producta fuerit, iam satis superque, ni fallor, demonstratum est.

Verum haec subdit clarissimus Fidei Promotor: «Quapropter quum de scriptis eidem (F. D) tributis quaestio habita est, sapienter a Sacro hoc Ordine rescriptum est ; Nihil obstare quominus ad ulteriora procedi possit, sed scripta non edantur inconsulta Congregatione ».

Hocce ne argumentum postremo tibi loco reservasti? At liceat mihi reponere nullam argumenti vim syllogismo tuo vim inesse, siquidem caret ille eo probationis nexu, quem Diabetici consequentiam vocarunt. Et re sane vera, nonne ipse fateris a sacro hoc Ordine rescriptum esse « Nihil obstare quominus ad ulteriora procedi possit » ? Iam vero iugulant te haec verba, atque obiectionem ex scriptis Famulae Dei arreptam prorsus ineptam faciunt. Quod si cautum est a Sacra Congregatione ne huiusmodi scripta, ea inconsulta, edantur, hoc non modo sapienter sed sapientissime factum est. Id enim est in more positum, atque constanti disciplina in Ecclesia asservatur, ut, quae a trito Christianae perfectionis itinere sita sunt, atque communem agendi modum praetergrediuntur, non facile in Christifidelium manus exeant, ne alicui minus rectae interpretationis aut etiam erroris ansam praebeant. Quod si hoc

millies actum est, atque ut cetera mittam exempla, tum cum de revelationibus S. Birgittae, de visionibus S. Theresiae, de libro Confessionum Beati Alphonsi de O rosco, ex Eremitarum S. Augustini Ordine, typis mandandis sermo fuit; cui mirum videri poterit, si de scriptis Mariae Caelestis Crostarosae, nondum Beatorum coetui insertae, idem statuatur ? Sapientiae igitur Ecclesiae paremus atque obsequimur quam maxime, ut par est : at nihil ex eius praeceptis sibi vindicet strenuus Fidei Adsertor, ex quo arguere illi fas sit famam sanctitatis Mariae Caelestis Crostarosae nos concludenter non demonstrasse.

Atque heic, quemadmodum humanissimus Adversarius invitat, parumper sistimus: at ita sistimus, ut iam eius Animadversionibus De Obstaculis occurramus.

CAPUT III.

De obstaculis.

« Gravem sane atque amplam obiiciendi materiam suppeditat, inter cetera, commoratio Ancillae Dei in monasterio Scalensi ». Ita exorditur clarissimus Fidei Vindex suas quoad obstacula Animadversiones. Qui pergit deinde illam coelestem visionem enarrando, qua Famula Dei divinitus certior facta est de iacendis novi Instituti fundamentis, novisque regulis ab ipsa scribendis, nec non quas ipsa tulerit vices, cum ut illae regulae probarentur, tum ut, iis probatis, voluntas divina capesseretur, omniaque ad optatum exitum perducerentur.

Qua in narratione, quo primum historicae veritati consultum sit, illud animadvertimus, amplissimi Iudices, Adversarium nostrum fortasse plus quam par sit R. P. Berthe e Congregatione SSmi Redemptoris, novissimi S. Alphonsi biographi, auctoritati inniti. Non quidem contendimus quod praestanti huic scriptori sua laus non debeatur. Scimus enim illum et magnam in adparando suo opere « Saint Alphons De Liguori » doctrinam attulisse, magnamque diligentiam in eo scribendo adhibuisse: attamen inter illos, qui de Maria Caelesti aliquid typis mandarunt, novissimus scriptor dicendus est, cui insuper nec conferre, nec legere datum est Processum, qui ad causam Fodianam confectus est. Quod certe aliquid de eius auctoritate minuere videtur. Haec enim docet Benedictus XIV: « Quoad vitam ergo recenter editam, dicendum est, eam haud sufficien-

tem esse ad constituendam legitimam originem famae pro eo, de quo agitur, fine, secus ac antiqua ab aliquo probato Auctore typis edita. Quocirca bon. mem. Prosper Bottinius Fidei Promotor inquit in suis animadversionibus, factis in causa Valentina Servi Dei Ioannis de Ribera super fama sanctitatis in genere: - Hic autem non est modus iuridicus probandi famam, dum tota ratio radicatur et consistit in auctoritate scriptoris vitae, quae non potest esse multi ponderis, quando historia non est antiquissima: et ideo de ordine sacrae Congregationis meo tempore fuit addita in ultimo interrogatorio de fama particulari, quod testis dicat, an ea, de quibus asserit fuisse et esse publicam vocem et famam, legerit in historia vitae Servi Dei etc. » *(Op. cit. lib. II, cap. 40, num. 8).* Quae quidem si affirmanda sunt, cum de re agatur, quae alicuius Servi Dei famae sanctitatis benevertat, pari iure dicenda esse arbitror cum de re disputatur, quae eiusdem causae obesse potest.

At inquies, adminiculatae probationis loco accipi posse, quae historici referunt, ipse Benedictus XIV non inficiatur. Hanc utique veniam damus et vicissim petimus, ita tamen ut tota Magistri doctrina ob oculos habeatur, quae *Cap. VIII, IX et X libri III* continetur. In his porro erudimur quot quantaque requirantur ad fidem in iudicio faciendam, si historici antiquiores non sint, neque ea quae in lucem edunt, vel a testibus de visu didicerint, vel non ab iis, quibus qui vid erant narra vere. Hoc certo scimus : si plures iuratos testes in Processu habeas, qui factum quoddam alicuius Dei Servi referunt, unum vero historicum extraiudicialem habes, qui ab illis dissentire videatur, non recte profecto ages si, iis posthabitis, hunc unum tibi veritatis fontem facias.

Haec quidem, uti dixi, ne quid contra ius nostrum in causam subrepat. Ceteroquin scriptori doctissimo, R. P. Berthe, in iis etiam, quae de Maria Caelesti habet, arnicas conserere manus fere nen dubitamus. Si enim illud excipias, quod, ob laudandam sane erga S. Alphonsum observantiam, suum esse duxerit, ut ea omnia quae a Thoma Falcoia acta sunt probaret, nil profecto in eius narratione inveniri existimo, quod serio contra causam nostram afferri possit.

Age enim: nihil ea nobis obesse dicenda sunt, quae sub numero 22° Animadversionum suarum ex R. P. Berthe excerpit Censor humanissimus. Ibi enim S. Alphonsi biographus, ne

quid demat sanctitatis laudi Famulae Dei, eam potius auget. Siquidem candide fatetur et Falcoiam,-, qui primum Dei 'Ancillam mentis errore deceptam censuerat; postea consilio mutato veram ipsius visionem iudicasse atque omnia sategisse, ut in monasterio Scalensi novam regulam sacrae Virgines profiterentur. Id vero tunc perfici nequivit, prohibente R. P. Filangierio, Piorum Operariorum Congregationi praeposito. Quod quidem P. Berthe antistitae Monialium Scalensium culpae vertit, iis usus verbis, quae a Censore nostro diligenter exscripta proxime antecedunt, atque adeo ab ipsis seiungenda non sunt. « C'était un prétexte. Opposée à la nouvelle règle mais nç sachant comment justifier son opposition, la supérieure s'appuya sur le père Filangieri, qui ne possédait aucun titre pour intervenir dans cette affaire. Circonvenu par elle et par certaines soeurs, qu'elle avait su rattacher à sa cause, Filangieri se déclara contre la nouvelle règle, contre la soeur Marie Celeste... » *(R. P. Berthe de la Congrégation du T. S. Rédempteur — Saint Alphonse de Liguori tom. I. pag. 78).*

Neque quid nobis incommodi alia afferunt, quae a P. Berthe mutuatus est clarissimus Fidei Vindex, quaeque in numeris 23 et 24 Animadversionum legere est. Haec enim illud unum demonstrant, adeo Falcoiae persuasum esse coelestem Famulae Dei visionem extitisse, et divinitus regulas, quas ipsa exhibuit, conscriptas fuisse, ut suarum partium esse putaret nullum non movere lapidem, ut quanto ocius eae in quotidianum religiosae vitae usum transferentur. Neque mirum profecto alicui esse debet, quod ipsi Falcoiae, viro egregio, fixum tandem determinatumque foret sibi quoque in obsecundanda divina voluntate adlaborandum esse. Res enim iam amplius in integro non erat, ut coelestia iussa respuerentur, vel novis ineundis regulis impedimenta obiicerentur. Et re quidem vera; quid magis ab hominibus expeti poterat, ut certo ii intelligerent et Deum ipsis loquutum, et ipsius mandato esse obtemperandum? Rem totam ex ordine me paucis in memoriam vobis revocare hoc loco ne pigeat, Iudices aequissimi, illamque animo vos interim perpendite.

Virgini innocentissimis moribus atque sanctitatis studio plurimum commendandae, vix octo et viginti annos natae, divinitus aperitur, illam ad novum monasterium fundandum a Deo vocari, huiusque regulas ab ipsa esse conscribendas. Illa, de-

mississimo ut erat animo, sibi diffidens et Daemonis fraudem pertimescens, anceps haeret ac, moderatore diu absente, novitiarum magistrae dubitationem suam ingenue pandit, quae, Deo gratiis peractis, ut divinae voci obsequatur eam vehementer hortatur. Paret illa: tum, postquam quadraginta diebus superno iussu ita suum corpus cruciaverit, ut pane tantum et aqua ac quibusdam vesceretur fructibus, novis scribendis regulis divino afflatu manum admovet, unam quotidie horam, post coeleste epulum receptum, ad id operis impendens. Haud dubia sane argumenta hisce in regulis digitum Dei esse probant. Ac primo quidem id accidit, quod eodem tempore, quo Mariae Coelesti superno lumine regulae illae patefiebant, sex aliis monasterii Sororibus, quin una de altera quid sciret, manifestatae sunt. Nec id satis. Quaedam Virgo illa in aede degebat, e mentis potestate deiecta, atque ita vesaniae furore percita, ut violentas sibi manus inferret mortemque ipsam sibi consciscere minitantur. Adfuit Maria Coelestis, cuius precibus Deus exoratus, ad confirmandam supernam regularum originem, dementem ad sanam mentem revocat. Ad haec monasterii antistitam, quae antea iniquo tulerat animo quidquid a Maria Coelesti, quoad regulas, actum fuerat, quaeque graviora contra ipsam secum tacite meditabatur, Famula Dei ultro adivit, ac, divina luce illustrata, abditiores ei cogitationes, quas mente obvolvebat, patefecit. Obstupuit illa, mox id naturae vires praetergredi omnino sentiens, meliora init consilia, atque ab inceptis simultatibus desistit. Illud etiam divini afflatus accessit testimonium, quod cum regularum libellus a Serva Dei perscriptus apud Falcoiam esset, illumque ipse reddere renueret, illa vi obedientiae adacta, quamvis se ad id imparem primo esse sentiret, regulas iterum, ac maiori etiam affectu atque pietatis sapore, scribere valuit.

(sequitur)

LITTERAE SSmi. D. N. Leonis XIII ad Emum. Gibbons Archiepiscopum Baltimorae aliosque Ordinarios foederatarum Americae Civitatum, ut eisdem significaret quanta affectus fuerit laetitia ex litteris ab eisdem sibi conscriptis.

Dilecte Fili Noster
ac Venerabiles Fratres
salutem et apostolicam benedictionem.

In amplissimo Pontificum Romanorum ordine tertios censeri Nos, quibus vicesimum quintum maximi Sacerdotii annum inire feliciter datum est, iure plane factum Nos insolens gaudemus atque, ob reverentiam Apostolicae Sedis, catholicum ubique nomen gratulatur. In hac vero gratulantium corona, etsi vox omnium grata, Foederatarum tamen Americae Civitatum Antistites ac fideles peculiari Nos iucunditate afficiunt, tum ob conditionem qua regio vestra facile plurimis antecellit, tum ob singularem amorem quo vos complectimur. — Libuit vos, Dilecte Fili Noster ac Venerabiles Fratres, in communibus quas dedistis uteris, ea singulatim recordari quae per emensa Pontificatus spatia, caritatis instinctu, in ecclesiarum vestrarum utilitatem perfecimus. Nobis autem, grata vice, meminisse placet multa atque varia, quae solatium a vobis toto tempore contulerunt. - Nam si munus hoc ineuntes supremi Apostolatus, haud levi Nos suavitate effecit rerum vestrarum adspectus; at modo in eodem munere, quartum supra vicesimum praetergressi annum, profiteri cogimur suavitatem illam pristinam non obsolevisse unquam sed crevisse in dies ob praeclara catholicae rei inter vos incrementa. Quorum sane incrementorum caussa, etsi Dei numini tribuenda primum, vestrae tamen navitati etiam atque industriae est adscribenda. Prudentiae etenim vestrae hoc dandum est, quod, perspecta egregie gentium istarum indole, sic rem sapienter gesseritis, ut genus omne catholicorum institutorum apte ad necessitates atque ingenia promoveretis. — In quo illud longe maximam promeretur laudem, fovisse vos fovereque sedulo semper ecclesiarum vestrarum cum hac principe Ecclesia et Christi in terris Vicario coniunctionem. Hic namque, ut fatemini recte, totius regiminis, magisterii et sacerdotii apex est atque centrum ; unde unitas exsurgit, quam Christus indidit Ecclesiae suae quaeque potior nota est qua ab humanis quibusque sectis distinguitur. — Cuius quidem regiminis ac magisterii influxus saluberrimus, sicut nulli per Nos gentium defuit; ita vobis

populisque vestris nunquam permisimus desiderari. Enimvero opportunitatem omnem libenter captavimus, quo vobis et rei sacrae apud vos curarum Nostrarum constantiam testaremur. Diuturno autem experimento fateri cogimur, vobis efficientibus, eâ Nos docilítate mentium et animorum alacritate praeditos vestrates reperisse, quae omnino par fuerat. Quamobrem, ,dum ceterarum fere gentium, quae, longo aetatum cursu, catholicis utuntur sacris, conversio atque inclinatio moerorem indunt; ecclesiarum vestrarum status, fiorenti quadam iuventa, hilarat animos iucundissimeque tangit. Utique, nullus vobis a civili regimine ex lege favor; reipublicae tamen moderatoribus ea laus profecto obvenit, quod vos libertate iusta nullo modo prohibet. Secundo igitur tempore ad agendum strenue vobis catholicoque agmini utendum est, ut, contra gliscentes errores orientesque absurdarum opinionum sectas, veritatis lumen quam latissime proferatis. — Equidem non latet Nos quantam quisque vestrum Venerabiles Fratres, scholis ac gymnasiis sedulitatem praestet sive instituendis sive provehendis ad rectam puerorum institutionem. Apostolicae Sedis hortationibus et Concilii Baltimorensis legibus id plane congruit. Congruit porro cleri spei augendae ac dignitati amplificandae 'egregia, quam sacris seminariis impenditis opera. Quid plura? Eis qui dissident, edocendis et ad veritatem trahendis consuluistis sapienter doctos probosque e clero viros destinantes, qui regiones circumquaque peragrent, ac publice, sive in templis sive aliis in aedibus, familiari veluti sermone coronam alloquantur enodentque obiectas difficultates. Egregium plane institutum, ex quo fructus uberes iam novimus percipi. Nec miseras interea nigritarum atque indorum sortes caritas vestra praeterit; nam, missis fidei magistris largaque ope attributa, aeternae ipsorum saluti prospicitis studiosissime. Haec omnia laeto animo prosequi mediaque honestare commendatione libet, ut, si cui est opus, stimulos ad audendum addamus. — Demum, ne gratae voluntatis praetereamus officium, ignorare vos nolumus qua affecti simus delectatione ob largitatem, qua gens vestra Sedis Apostolicae angustiis, submissa stipe, ire suppetias nititur. Magnae reapse multaeque urgent necessitates, quibus, ad propellenda damna fidemque tutandam, Christi Vicarium utpote summum Ecclesiae Pastorem ac Patrem, prospicere opus est. Quare et largitas vestra in fidei exercitationem ac testimonium recidit.

His de omnibus caussis, benevolentiam Nostram iterum vobis atque iterum profiteri libet Eius autem sit pignus itemque munerum divinorum auspicium Apostolica benedictio, quam vobis universis et gregi cuique vestrum credito amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die xv Aprilis anno **MDCCCCII,** Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

LEO PP. XIII.

LITTERAE cunctorum Antistitum Americae Septentrionalis ad SSmum. Patrem Leonem XIII, occasione initii anni vigesimi quinti Pontificatus eiusdem Pontificis.

Beatissime Pater,

Auspicatam illam diem quae toti terrarum orbi nova laetandi causa nuper illuxit, quanto cum gaudio et nos salutaverimus, praesentes gratulationum plenae litterae testes sunto. Et merito sane auspicatam dicimus diem ex qua quintus supra vigesimum Pontificatus Tui iam dabitur annus. Quemadmodum enim, Te Petri naviculam conscendente gubernatore, laetata est Ecclesia Christi, ita laetatur etiam nunc, Te gubernacula adhuc retinente, siquidem Te novit inter crebras undique insurgentes procellas cursum semper tenuisse felicem. Igitur et nos, Beatissime Pater, filii obsequentissimi de hoc plane mirabili eventu in tanta Romanorum Pontificum serie inusitato gaudemus, grates agimus, gratulamur. Gaudemus quotquot sumus Foederatorum Americae Septentrionalis antistites, gaudet uterque clerus, gaudent greges nobis commendati. Gratias Deo agimus ob tantum divinae benignitatis Donum, Te praeter uni et alteri, longo Beati Petri successorum ordine, collatum. Gratulamur Tibi, qui tot tantisque pro Ecclesia exantlatis laboribus Deo gloriam, Christifidelibus salutem, Tibi ipsi fulgidiorem, eamque immarcescibilem, comparasti coronam.

Ast in his animi sensibus manifestandis nolumus desistere. Decet enim filios facta commemorare Patris illustria et gloriosa, quae decurrentibus annis, Ecclesiam Christi splendore novo ornaverunt. Corona itaque redimitus triplici, triplex dignissime explevisti munus, qui Vicarius exstas Christi summi Regis, Magistri et Sacerdotis. Etenim Tu Rex sapientissimus Regnum

Christi Tibi in terris commissum amplificasti, et a quovis hostili incursu servasti incolume; Tu unitatis custos fidelissimus, Christi dicto audiens, fratres confirmasti, omnemque in eo posuisti curam, ut Schismatici ad debitam subiectionem et haeretici ad Catholicae veritatis centrum reducerentur; Tu libertatis vindex egregius singulari cuique ecclesiae procellis divexatae opem tulisti, nihil optatius habens quam ut ius Catholicae Religionis ubique terrarum exercendae publica auctoritate agnosceretur; Tu, pacis amantissimus, totus in eo fuisti ut concordia mutua greges inter et Pastores tuta, tranquilla, illibata, Deo opitulante, servaretur. Quod equidem pacis studium in Te effulgens, cum pari aequitatis amore coniunctum, mentes Principum potentissimorum adeo perceiluit, ut Te suorum iurium arbitrum designare non dubitarent, litesque inter ipsos exortas Tibi concrederent dirimendas. Quo.d sane nobilissimum opus, libenti animo susceptum, mira prudentia summoque partium litigantium plausu ad exitum deduxisti peroptatum.

Neque alterius immemor officii, Tibi, Beatissime Pater, impositi ab illo, qui, constitutus a Deo Rex super Sion montem sanctum eius, simul erat Lux Vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, Ecclesiae Christi haud minus docendo quam regendo inservisti; et utinam omnes, quotquot verbis vitae ut erudiris sategisti, tanti Doctoris voci dociles praebuissent aures! Nullus enim error hodiernae societatis bono et paci minatur, quem sapienti doctrina non studueris evehere : nulla est veritas ad salutem animarum hoc nostro tempore accommodata, quam pastorali eloquio fidelibus non tradi" deris addiscendam. Quod utique salutiferum magisterium quivis laudavit fidelium, quam talia a Te tradita susceperit principia, quae libertati humanae, quae sanctitati et perpetuitati Christiani coniugii, quae securae civitatum constitutioni ita consulant, ut singula omnium iura sarta et integra tueantur. Immo et illi, qui a Sede Romana alieni sunt, ob insignia haec magisterii monumenta, summas Tibi retulerunt laudes.

Supremi tandem Sacerdotis Tibi Vicario nihil magis cordi fuit, quam ut divinum cultum omni studio promoveres et, sacrorum -ministrorum pietatem fovendo fideliumque devotionem adaugendo, omnibus patefaceres efficacem Ecclesiae sanctitatem.

Per Te enim Sacratissimi Cordis aucta salutaris religio, per Te Rosarii Marialis promotus sedulo saluberrimas usus, per Te

an patrocinium Beati Ioseph excitata est cunctorum fiducia, praesertim operariorum et omnium quos Christi paupertas angustiis beavit. Interim non tantum necessitudinibus commodisque religiosarum familiarum, evangelica nempe consilia sequentium, benignissime providisti, et Tertium Ordinem Franciscalem, veteribus eius legibus ad recentiores vivendi rationes sapienter aetatis, cuilibet fidelium ad augmentum Christianae perfectionis commendasti, sed denique singulis Christianorum familiis Sacrae Familiae Nazarenae obtulisti exemplar, eiusque cultum imitationemque Supremae Auctoritatis sanctione confirmasti.

Haec profecto sunt egregia in Ecclesiam Christi regendam, docendam et sanctificandam sollicitudine Tuae documenta. Quos tamen peculiaribus benevolentiae signis honorasti, eos apprime decet singularis paternae pietatis testimonia recolere, et de beneficiis acceptis gratias ex corde referre. Et certe quidem inter eximia officia quae Supremi Pastoris sollicitudo complectitur, vix unum quidem reperire est quod in proprium et insigne huius Americanae Ecclesiae emolumentum dignatus non fueris exercere. Iam sub ipsa exordia Tui Pontificatus ad hanc gregis partem Tuae fidei commissam oculos convertisti, et post paucos annos, Plenario Baltimorensi (Concilio auctoritate Tua convocato, omnem curam et cogitationem ad bonum totius huius regionis promovendum contulisti. Quod Concilium, cuius fructus laetos, uberrimosque, adhuc percipimus, vix indictum erat, quum, votis Antistitum benigne annuens, Collegium Urbanum adolescentibus huius Reipublicae ad sacra fingendis iampridem ab inclyto Tuo Decessore Pio IX fundatum constitutione legitima confirmares. Porro hoc Collegium iuxta canonicas sanctiones erigere, nomine et titulo Pontificis decorare, eidemque praerogativas et privilegia omnia collegiorum pontificiorum propria dignatus es elargiri.

Haec initia tantum Tuorum erga nos bene factorum. Quanta vero cum benevolentia propositum nostrum de Studiorum Universitate Catholica in huius Reipublicae gremio erigenda exceperis, nobis nunquam excidet. Etenim, Beatissime Pater, magnum illud studium Generale, iam a pluribus annis Washingtonii conditum, Tuum praecipue esse opus nemo est qui in dubium vocet. Ad rem inchoandam, nisi Te approbante et animum nobis addente, manum non admovimus; eamdemque per-^

fectam esse, nisi Te sanciente et Universitatis iura conferente,, non existimavimus.

Ad haec, in fastos Americanae Ecclesiae novum benevolentiae Tuae signum iuvat referre. Quum enim nuntium accepisset centesimum nos celebraturos annum ab hierarchia in Foederatis huius Americae Septemtrionalis Statibus constituta, litteras gratulationis Tuae sensus referentes illico misisti, quibus nos iterum certiores reddidisti Te Antistites et fideles singulari amplecti caritate. Neque mirum, Te de saecularibus illis solemniis tanto gaudio fuisse affectum, qui ipse ad hierarchiae huius incrementum tantopere contulisti. Etenim ex quatuordecim provinciis cum dioecesibus novem supra sexaginta, in quas Ecclesia Americae Septentrionalis Statuum Foederatorum est hodie hierarchico ordine distributa, tres sedes metropolitanae et non minus quam viginti quatuor sedes episcopales Te, Beatissime Pater, gloriantur auctorem.

Verum neque hic constitere paternae erga nos Tuae pietatis officia. Alia namque inter et illud est quod tacere non licet, — ipsam dico Legationis Americanae constitutionem. Quanti hoc nobis aestimandum, sit, Tu ipse nos non semel edocuisti, multiplices exhibendo rationes ob quas Apostolici Delegati praesentia eximium habenda sit Tuae erga nos benevolentiae argumentum. Quod si huiusmodi Delegationis institutio quasi fastigium operi ecclesiasticae administrationis imposuit, tamen non item Tuis erga nos beneficiis imposuit finem. Etenim et hoc commemorandum censemus quod, etiam post institutam apud nos Delegationem Apostolicam, placuit Sanctitati Tuae singularibus litteris iterum iterumque nos alioqui et ea iuvare providentia quam nobis multoties comprobasti.

Dum haec aliaque similia animo volvimus, plane intelligimus, Beatissime Pater, non satis esse tanta nos beneficia a Te accepta recolere nisi gratos simul animos factis quoque magis quam verbis significemus. Dignetur igitur Sanctitas Tua hanc filialis pietatis et altissimae venerationis significationem acceptam habere, quam omnium huius regionis fidelium nomine declaramus. Intactam inter nos servare unitatem, Apostolicae Sedis iura defendere, Catholicae fidei veritatem profiteri, — in haec conamur, in haec ad sanguinis usque effusionem conabimur. Atque haec, Beatissime Pater, ea sunt animi sensa quae in signum piae devotionis et debitae reverentiae gratulantes ex-

plicamus, Divinam interim Maiestatem adprecantes at Te sospitet, Te fortunet, bonumque Christianae Familiae Patrem de thesauro Summi Primatus nova et vetera proferentem Te Tuis filiis in Petri annos et diutius servet.

Baltimorae, die 3 Martii 1902.

I. CARD. GIBBONS

Suo et omnium archiepiscoporum episcoporumque Statuum Foederatorum nomine.

EX S. CONGR. CONCILII

INDULTUM: Episcopis Americae Latinae indulgetur facultas conferendi paroecias et canonicatus absque concursu.

Beatissime Pater,

Archiepiscopi et Episcopi Americae Latinae in Concilio plenario congregati, attentis necessitatibus suarum Dioecesium, postulant: I. Ut stante difficultate celebrationis concursuum, omnes Paroeciae titulo amovibili conferri possint; II. Ut Episcopi conferre possint absque concursu omnes Canonicatus de officio, quoties expedire iudicaverint.

Die 4 Maii 1900. — S. Congregatio Emorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, vigore facultatum sibi a SSmo Dno Nostro Leone PP. XIII specialiter tributarum, ad praemissas preces rescribendum censuit, prout sequitur:

Ad I. — Designatis, ubicumque fieri poterit, a singulis Ordinariis in propria dioecesi nonnullis paroeciis principalioribus quae sacerdotibus maturae aetatis, probatae vitae, non communi scientia et pietate praeditis, in titulum ad tramitem iuris de regula ordinaria conferantur, — pro gratia ad decennium ut ceterae omnes paroeciae, imo et superius recensitae, si adiuncta {prudenti Ordinarii iudicio aestimanda) id exigant, conferri possint absque concursu et ad nutum, salvis tamen privilegiis ab Apostolica Sede concessis, et cauto ut facultate transferendi aut removendi paroeciarum rectores, Episcopi nonnisi moderate et ex iusta causa utantur; onerata super hoc eorumdem Episcoporum conscientia.

Ad II. — Pro gratia iuxta petita, ad decennium.

A. CARD. DI PIETRO *Praefectus.*

EX S. CONGR. EPISC. ET REGUL

SIGNINA SEU CONGR. PASSIONIS D. N. I. C.

CAPPELLANIAE

Die 9 Augusti 1901.

COMPENDIUM FACTI. Sacerdos Septimius Antonelli ex oppido Gavignani Signinae dioecesis suo supremo elogio diei 19 Aprilis 1650 cappellaniam seu pium legatum fundavit suis bonis pro dotatione assignatis, ad quam cappellaniam post mortem sui nepotis sacerdotis, quem primitus cappellania investivit, vocavit sacerdotem proximiorem e sua stirpe tam iii linea agnatitia quam cognatitia ; bona cappellaniae prohibuit quocumque modo alienari ; quoadusque vero vocatus ad cappellaniam sacerdos fieret, administratio et perceptio fructuum ex praefatis bonis manere debebat apud Marsilium Antonelli et apud filios Erminii Antonelli : hisque defunctis antequam Cappellanus sacerdos fieret, testator substituit filios quondam Caesaris Antonelli et in posterum eorum descendentes pro huiusmodi temporanea administratione, eisque imposuit onus trium missarum cum cantu quotannis, quamvis nihil constet de onere missarum vocatis cappellanis imposito.

An. 1871 die 13 Februarii per mortem ultimi investiti Francisci Traietti cappellania vacans effecta est. Pro hae obtinenda cappellania tres concurrentes adstiterunt apud Curiam Signinam, nempe sacerdotes Aloysius filius quondam Iosephi, Aloysius,, filius quondam Caroli Manui et Petrus Galante religiosus e Congregatione Passionis D. N. I. C. subnomine P. Aurelii a Virgine Perdolente. Curia Signina perpendens quod P. Aurelius erat proximior vocatus, huic contulit Cappellaniam. Sacerdotes Manni una cum quodam laico Tucci qui originem a familia testatoris ducebat recursum ad

S. Congregationem Episcop. et Regii!. contra factam nominationem habuerunt. Sed S. Congregatio a Curia Signina factam nominationem confirmavit.

P. Aurelius obtenta a familia pecunia dotem cappellaniae a Gubernio redemit et an. 1876 a S. Poenitentiaria facultatem postulavit aut vendendi partem dotis praedictae ut sua familia indemnis redderetur de soluta pecunia, aut saliera bona Cappellaniae pro certo tempore familiae utenda concedendi. Ex S. Poenitentiaria tribus successivis Rescriptis 18 Septembris 1876, 7 Ianuarii 1882 et 14 Apr. 1886 Ordinarius Signinus iam facultatem habuerat dandi bona Cappellaniae familiae P. Aurelii in redintegrationem expensorum, vel quatenus redintegratio hic et nunc urgeret permittendi venditionem bonorum pro indemnitate libellarum 2300 cum onere reliquam summam investiendi favore Cappellaniae. Sed res componi adhuc non poterat ob nonnullas exortas difficultates.

^acta tandem aestimatione a viro perito fundorum eorum valor compertus est in Libellis 3016,94 et pro hac summa Curia Signina utens facultatibus a S. Poenitentiaria concessis Ordinariis circa patronos, ea bona decreto diei 15 Iunii 1887 vendidit P. Aurelio qui pro cappellania tradidit libellas 716,94. An. 1899 ea bona a P. Aurelio cuidam Nardi divendita fuere pro libellis 5200.

De hoc edocti sacerdotes Manni per supplicem libellum coram S. Congregatione Episcoporum et Regularium insteterunt petentes ut nullum declararetur Decretum Curiae Signinae.

Disceptatio Synoptica.

IURA SACERDOTUM MANNI. Recurrentes Manni, praemisso quod iniuria legatum hoc appellatur cappellania cum nullum adsit onus missarum, observant quod rescriptum S. Poenitentiariae a P. Aurelio obtentum an. 1876 fuit nullum, quia preces laborabant vitio obreptionis et subreptionis. In his enim nulla facta fuit mentio de interesse habentibus, nempe de aliis vocatis ad legatum. Insuper dicunt recurrentes fa-

cia a Gubernio legati redemptio fuit arbitraria, nullum enim praecesserat fìsci praeceptum ad legatum redimendum, imo neque adesse poterat cum ageretur de simplici relicto facto a testatore ex bonis propriis, et non fundato cum bonis ecclesiasticis. Ideoque decreta compensatio in libellis 2300 a P. Aurelio fuit indebite percepta.

Tertio in facultatibus circa Patronos a S. Poenitentiaria Episcopo Signino tributis rescripto 16 Decembris 1886 tres aderant conditiones. I° Ut legati compositio fieret de *intelligentia interesse habentium.* 2° Ut ratio haberetur de valore reali fundorum. 3° Ut summae retractae ex compositione *etiam tenues* servarentur *favore* piarum causarum et ad nutum S. Sedis. Iam vero, pergunt recurrentes Manni, hae conditiones omnino pessumdatae sunt. Nam nemo ex vocatis ad legatum auditus fuit ; dos legati quae aestimata fuerat in redemptione pro libellis 3016,94 postea a P. Aurelio alienata fuit pro libellis 5200, et pro restituendo legato minima pars summae fuit oblata nempe lib. 716,94. Ergo decretum Curiae Signinae, concludunt Manni, prcrsus nullum dicendum est.

Demum recurrentes Manni impetunt decretum de nullitate ex alio capite. Testator, ut supra notatum fuit, expresse prohibuit alienationem fundorum legati. Ergo decretum Curiae Signinae hanc alienationem permittens utpote oppositum voluntati defuncti nullam vim explicare poterat.

RATIONES FAVORE P. AURELII A VIRGINE PERDOLENTE. Ex adverso observatur quod rescriptum Sacr. Poenitentiariae an. 1876 oppugnari non potest ex eo, quod recurrentes Manni auditi non fuerint. Siquidem actu vocatus ad Cappellaniam erat tantum P. Aurelius uti iam resolutum fuerat a S. Congregatione Episcoporum et Regul. sub die 22 Iulii 1876, et aliunde S. Poenitentiariae apprime nota erat dispositio testamentaria pii Institutoris : hinc ex hac parte nulla obreptio vel subreptio cadere poterat.

Ex rescriptis S. Poenitentiariae 7 Ian. 1882 et 14 Aprilis 1886 P. Aurelio impertiebatur facultas quotam dotem

cappellaniae alienandi pro compensatione expensarum iam in libellis 2300 factarum in redemptione legati. Sed quando Episcopus Signinus decreto 19 Iunii 1887 P. Aurelio adiudicavit omnia cappellaniae bona cum facultate de iis libere disponendi pro taxato a perito pretio libell. 3016,04, quarum libell. 2300 pro compensatione inserviebant, et reliquae 716,04 favore legati investiendae Curiae traditae sunt usus non est his rescriptis, sed facultatibus a S. Poenitentiaria concessis Ordinariis circa patronos die 16 Dec. 1886, ceu innuitur iu ipso decreto. Hae facultates ita sonant. - 2° *Indulgendi patronis qui bona iam a Gubernio vindicaverini ut ea libere alienare vel uti propria sibi habere valeant constituto tamen iusto pretio quod ipsi patroni detractis expensis pro vindicatione supportatis, Ordinario vel personae aut personis ab eo designatis tradere teneantur......* Hanc conditionem P. Aurelius iam executus est traditione in manibus Curiae libell. 716,04.

Demum incassum recurrentes Manni nituntur evertere decretum Curiae Signinae, causantes iniustum pretium. Facile enim hoc argumentum diluitur, si advertatur quod pretium fundorum cappellaniae non fuit arbitrarie statutum, sed iuxta peritiam probi et idonei decempedatoris ceu ex decreto ipso eruitur. Si autem progressu temporis an. nempe 1899 praefati fundi maiori pretio nempe libellis 5200 divenditi sunt, hoc repetendum est ex invectis meliorationibus uti P. Aurelius fassus est et probavit.

Hisce summatim enucleatis proposito

Dubio

An decretum Episcopi Signini diei 19 Iunii 1887 quo fit facultas P. Aurelio Passionistae a Virgine Perdolente, in saeculo Petro Galante, retinendi tamquam propria bona legati Antonelli pro soluto pretio libellarum 3016, 94 sustineatur in casu.

RESOLUTIO. S. Congregatio die 9 Augusti, re mature perpensa, respondit : *Affirmative.*

EX SECRETARIA BREVIUM

CONCESSIONES favore Sacerdotum Piae Associationis S. Bonifaci i.

LEO PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dilectus Filius Noster Georgius S. R. E. Presbyter Cardinalis Kopp retulit ad Nos sibi admodum in votis esse, ut sacerdotibus in piam associationem a Sancto Bonifacio rite adlectis facultatem de Nostra benignitate faciamus, quam Antistites Germaniae Fuldae coadunati flagitarunt, nempe altaris personalis privilegium et veniam tribuendi aegrotis in mortis articulo constitutis benedictionem cum plenaria indulgentia admissorum omnium; necnon benedicendi crucifixos, coronasque precatorias et parvas Sanctorum statuas, et nonnulla Scapularia benedicendi ac fidelibus consueto ritu imponendi. Nos autem, ut tam frugifera societas uberiora capiat in Domino incrementa, de omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, per praesentes concedimus, ut omnes et singuli sacerdotes nunc et in posterum dictam in associationem S. Bonifacii legitime adlecti, quandocumque pro anima cuiuscumque christifidelis in purgatorio detenta ad quodlibet altare missam celebraverint, missae sacrificium huiusmodi ter tantum qualibet hebdomada animae pro qua celebratum fuerit perinde suffragetur ac si ad altare privilegiatum fuisse peractum. Praeterea concedimus, ut quoties aliquem ex utroque sexu christifidelem in mortis articulo constitutum esse contigerit, si vere poenitens et confessus ac s. communione refectus, vel, quatenus id facere nequiverit, saltem contritus, nomen Iesu ore si potuerit, sin minus corde devote invocaverit, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienti animo susceperit, toties per quemcumque e presbyteris nunc et pro tempore existentibus in ipsa associatione benedictionem Apostolicam Nostro et Romani Pontificis pro tempore existentis nomine cum plenaria omnium peccatorum suorum indulgentia et remissione recipere, servatis servandis, queat, veniam insuper facimus, ut omnes et singuli presbyteri nunc et pro tem-

pore pariter in dicta S. Bonifacii societate inscripti, extra Urbem de loci respectivi Ordinarii consensu, cruces, crucifixos, sacra numismata, coronas precatorias et parvas Domini Nostri Iesu Christi, B. Mariae Virg., omniumque Sanctorum metallicas statuas cum indulgentiarum applicatione, quae in elencho edito typis S. Congregationis de Propaganda Fide die 23 Februarii 1878 numerantur, et quoad coronas precatorias, non excepta indulgentiarum applicatione S. Birgittae nuncupatarum, in forma Ecclesiae solita, tempore missionum dumtaxat atque spiritualium exercitiorum publice, aliis vero temporibus privatim benedicere possint. Tandem largimur ut ipsi presbyteri dictae associationis socii, dummodo consensus accedat Moderatorum Ordinum Religiosorum, ad quos similis facultas spectat, benedicere et imponere fidelibus queant scapularia SSmae Trinitatis, B. Mariae Virginis a Monte Carmelo, Septem Dolorum, Immaculatae Conceptionis, dummodo tamen ipsa scapularia confecta sint ad normam a S. Sede probatam et quoad ipsorum benedictionem et impositionem ea omnia serventur quae ab Ecclesiae legibus servanda praescribuntur. Non obstantibus Nostra et Cancellariae Apostolicae regula de non concedendis indulgentiis ad instar aliisque constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus perpetuo valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis et manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae praemonitis eadem prorsus adhibeatur fides quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 25 Martii 1901, Pontificatus Nostri vigesimo quarto.

Pro Domino **CARD**. MACCHI

NICOLAUS MARINI *Subst.*

BREVE quo Indulgentia plenaria conceditur visitantibus ecclesias Patrum Cappuccinorum in quibusdam anni diebus.

LEO PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Oblatis Nobis precibus benigne annuentes, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus et singulis ex utroque sexu Christifidelibus, qui vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti quamlibet ubique terrarum existentem ecclesiam Coenobiis adnexam Fratrum seu Monialium Ordinis Capulatorum diebus vigesimaquarta Martii, undecima ac trigesimaprima Maii, vigesimaseptima Iulii ac trigesima Octobris mensium, a primis vesperis usque ad occasum solis dierum huiusmodi singulis annis devote visitaverint ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo ex hisce die id egerint, Plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem etiam animabus fidelium in purgatorio detentis per modum suffragii applicabilem misericorditer in Domino concedimus. Praesentibus ad septennium valituris. Volumus autem ut praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae praemunitis eadem prorsus adhibeatur fides quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 2 Decembris 1901, Pontificatus Nostri anno vigesimoquarto.

Pro Domino Card. MACCHI
N. MARINI *Substitutus.*

BREVE quo conceduntur indulgentiae favore scapularis sacrorum Cordium Iesu et Mariae.

LEO PP. XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Ad fidelium cultum pietatemque erga divinum Cor Iesu atque purissimus Cor Deiparae Virginis magis fovendam et exci-

tandam, supplicationibus, quas Nobis adhibuere tum Venerabilis Frater Episcopus Massiliensis, tum religiosae Sorores ex Instituto Filiarum Cordis Iesu, libenter obsecundavimus, et per Decretum SS. Rituum Congregationis die 4 Aprilis 1900 datum, scapulare eiusdem S. Cordis Iesu in agonia positi nec non amantissimi Cordis Mariae perdolentis una cum proprio ritu et formula benedictionis et impositionis approbavimus. Quum vero nunc a Nobis postulatum fuerit ut nonnullas dicto scapulari indulgentias adnectere et applicare velimus, Nos ut etiam in hac re piis votis annuamus, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. eius auctoritate confisi, omnibus et singulis Christifidelibus in universo orbe degentibus, qui praedictum scapulare, dummodo sit confectum iuxta formam in supradicto Decreto descriptam, de manu Sacerdotis, cui ab Apostolica Sede facultas facta fuerit, receperint, si die receptionis vere poenitentes et confessi ad S. Synaxim accesserint, plenariam; item in cuiusque eorum mortis articulo, si vere etiam poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde, devote invocaverint etiam plenariam ; et si vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti quamlibet Ecclesiam seu Oratorium publicum solemnitate Sanctissimi Corporis Christi, feria sexta post octavam eiusdem solemnitatis, postrema dominica mensis augusti et festivitate Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis a primis vesperis ad occasum solis dierum huiusmodi quotannis devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praedictorum id egerint, plenariam similiter omnium peccatorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae praemunitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae; atque praesentium Litterarum, quod nisi fiat, nullas easdem esse volumus, exemplar ad Secretariam S. Congregationis Indulgentiis sacrisque Reliquiis praepositae deferatur, iuxta Decretum ab eadem S. Congregatione die 19 ianua-

rii 1706 latum et a S. M. Benedicto Papa XIV Praedecessore Nostro die 28 dicti mensis approbatum.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 17 martii 1901, Pontificatus Nostri anno vigesimo quarto.

ALOIS. Card. MACCHI.

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

DUBIUM quoad modum perficiendi processiones pro lucrando Iubilaeo.

Beatissime Pater,

Episcopus Baionensis in Gallia ad pedes Sanctitatis Vestrae humiliter provolutus, sequentis dubii solutionem suppliciter postulat.

Quidam Parochi, dum Iubilaei visitationes processionaliter exsequuntur, isto modo procedunt :

Ordinata ad designatas ecclesias processione, ut preces minori cum perturbatione effundantur, et insuper ne processionalis ordo distrahatur, clerus, praecedente Cruce, comitantibusque primis ex processione visitandam ecclesiam ingreditur, ceteri autem iuxta processionis seriem ad fores ecclesiae et per viam consistunt et tunc fit oratio communis, populo partim intra, partim extra ecclesiam permanente. Qua finita ad aliam ecclesiam proceditur eodem modo. Quaeritur an talis ecclesiarum visitatio, in qua populi maior pars minime in sacram aedem ingreditur, ad lucrandam Iubilaei indulgentiam sufficiat, etiamsi ecclesiae totum populum continere possint.

Sacra Poenitentiaria, de speciali et expressa Apostolica auctoritate circa praemissa rescribit et providet ut sequitur:

Pro sanatione quoad praeteritum; quoad futurum moderatores processionum curent, ut in Ecclesiam ingrediantur omnes qui in ea contineri possunt.

Datum Romae, in S. Poenitentiaria, die 18 octobris 1901.

B. POMPILI, S. *P. Corrector.*

EX 3. C. DE PROPAGANDA FIDE

FACULTAS condendi nova monasteria, sine Romani Pontificis venia, denegatur Episcopis.

Ulme ac Rffie Domine.

Quamvis probe sciat haec S. Congregatio de Propaganda Fide, ingentem provenire missionibus utilitatem ex ministerio Regularium; ita ut maxime in votis sit videre eorum domus ubique institui, curandum tamen est ut res ordinate et ad praestitutae disciplinae normam peragantur. Quamobrem duxit Sacra Congregatio per praesentes litteras in memoriam Ordinariorum locorum a se dependentium revocare sententiam, quam ut communem hodie et cui favet passim rerum iudicatarum auctoritas, tradit Constitutio SSmi D. N. Leonis XIII, quae incipit *« Romanos Pontifices »* nempe: non licere Regularibus, tam intra quam extra Italiam, nova monasteria aut conventus sive collegia fundare, sola Episcopi venia, sed indultam quoque a Sede Apostolica facultatem requiri. Cui legi cum aut semper aut ubique obtemperatum non fuisse videatur, ideo eius observantiam voluit S. Congregatio per praesentes urgere. Diligenter ergo in posterum abstineant Ordinarii omnes Sacrae Congregationi subiecti a licentia danda religiosis Institutis domum aperiendi in territorio propriae iurisdictionis, absque venia prius a praefata S. Congregatione obtenta. Quod vero attinet ad domus religiosas huc usque in iisdem territoriis, S. Congregatione inconsulta, forte erectas, etsi haec, Ordinariis flagitantibus, singulisque ponderatis casibus, propensa omnino sit ad legitimas habendas huiusmodi fundationes: tamen mandat ut de praedictis, si quae existant domibus, distinctus ab Ordinariis exhibeatur elenchus, ac simul pro iisdem canonica ratihabitio per supplicem libellum petatur.

Interim Deum precor ut Te diu sospitet.

Datum Romae ex Aedibus S. C. de Propaganda Fide die 7 Decembris 1901.

Amplitudinis Tuae

Addictissimus Servus
M. CARD. LEDOCHOWSKI PRAEF.

ALOISIUS VECCIA *Secret.*

ABUSUS vitandi in concessione dispensationum super matrimoniis.

Eme et Riñe Domine.

Sacrae huic Congregationi de Propaganda Fide relatum est, in quibusdam Dioecesibus Statuum Foederatorum Americae Septentr, quosdam abusus irrepsisse et nonnullas irregularitates committi in concessione dispensationum matrimonialium. Dicitur enim, alicubi vigere praxim, saltem pro casibus urgentioribus, non solum utendi via telegraphica ad obtinendas dispensationes matrimoniales, sed etiam supprimendi totaliter mentionem cuiuscumque causae canonicae in supplici libello; item, supprimendi hasce enuntiationes et circumstantias, quae Instructio S. Congregationis de Propaganda Fide die 9 Maii 1877 omnino necessarias declarat.

Dicitur etiam, quibusdam in locis, in casibus urgentioribus haberi praxim considerandi tamquam obtentam dispensationem, cuius libellus supplex iam fuerit proiectus in aream postalem.

Fertur insuper saepe non recte applicari principium, vi cuius baptismus dubius habendus est ut validus in ordine ad validitatem matrimonii. Contingit enim sacerdotem, cui incumbit inquirere utrum pars acatholica fuerit baptizata necne, totam suam inquisitionem limitare interrogationi factae parti acatholicae, utrum ipsa fuerit baptizata. Si haec respondit affirmative, nullo requisito documento aut probatione, habetur ut baptizata, et petita tantum dispensatione ab impedimento mixtae religionis, celebrantur nuptiae. Unde fit plura matrimonia sic contracta esse irrita propter impedimentum disparitatis cultus, quia pars acatholica non fuit baptizata, licet id affirmaverit.

Haec omnia Eminentiae Tuae significare opportunum censui, ut in proximo futuro annuali congressu Americanorum Archiepiscoporum istius regionis de his etiam pertractetur, et, siquidem opus fuerit, opportune provideatur.

Interim manus tuas humillime deosculor.

Eminentiae Tuae

Devmus et obsmus Servus

M. CARD. LEDOCHOWSKI PRAEF.

ALOISIUS VECCIA *Secretarius.*

EPISTOLA ENCYCLICA Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papae XIII De Sanctissima Eucharistia.

Mirae cantatis in hominum salutem exempla, quae a Iesu Christo praelucent, Nos quidem pro sanctitate officii inspicere et persequi adhuc studuimus, ad extremumque vitae spiritum, ipso opitulante, studebimus. Nam tempora nacti nimis acriter veritati et iustitiae infensa, quantum erat in Nobis, docendo, admonendo, agendo, prout nuperrima ad vos epistola Apostolica confirmavit, nequaquam intermisimus ea late praestare, quae sive ad multiplicem errorum contagionem depellendam, sive ad ñervos intendendos christianae vitae aptius conducere viderentur. In his autem duo sunt recentioris memoriae, omnino inter se coniuncta, unde Nosmetipsi opportunae consolationis fructum, tot prementibus aegritudinis causis, recolendo percupimus. Alterum, quum optimum factu censuimus augusto Cordi Christi Redemptoris universitatem humani generis peculiari ritu devoveri; alterum, quum omnes christianum nomen profitentes gravissime hortati sumus, ut Ei ipsi adhaererent, qui vel singulis vel iure sociatis *via, veritas, vita* divinitus est. — Nunc vero eadem ipsa, advigilante in Ecclesiae tempora, Apostolica caritate movemur ac prope impellimur ut aliud quiddam ad ea proposita iam confecta, tamquam perfectionem suam addamus, ut videlicet christiano populo maiorem in modum commendemus sanctissimam **EUCHARISTIAM**, quippe donum divinissimum ex intimo plane Corde prolatum eiusdem Redemptoris, *desiderio desideraiitis* singularem huiusmodi cum hominibus coniunctionem, maximeque factum ad salubérrimos fructus redemptionis eius dilargiendos. Quamquam in hoc etiam rerum genere nonnulla vel antehac Nos auctoritate et studio curavimus. Iucundumque memoratu est inter cetera legitima Nos comprobatione ac privilegiis auxisse Instituta et Sodalitia non pauca, divinae Hostiae perpetua vice adorandae addicta; operam item dedisse ut conventus eucharistici digna cum celebritate parique utilitate haberentur; iisdem praeterea similisque causae operibus patronum caelestem attribuisse Paschalem Baylon, qui mysterii eucharistici cultor extitit insigniter pius. — Itaque, Venerabiles Fratres de hoc ipso mysterio in quo tuendo illustrandoque constanter tum Ecclesiae sollertia, non sine praeclaris Martyrum palmis, elaboravit, tum praestantissimorum homi-

num doctrina, eloquentia variaeque artes splendide contenderunt, libet capita quaedam alloquendo complecti ; idque ut apertior atque expressior patescat eiusdem virtus, qua maxime parte se dat praesentissimam hisce necessitatibus temporum allevandis. Sane, quandoquidem Christus Dominus sub excessum mortalis cursus istud reliquit caritatis immensae in homines monumentum, idemque praesidium maximum *pro mundi vita* (1), nihil Nobis de vita proxime cessuris optare felicius possumus quam ut liceat excitare in omnium animis atque alere memoris gratiae debitaeque religionis affectum erga Sacramentum mirabile, in quo salutis et pacis, sollicitis omnium studiis quaesitae, spem atque efficientiam maxime niti arbitramur.

Quod saeculo, usquequaque perturbato et laboranti tarn misere, talibus Nos remediis adiumentisque ducimus praecipue consulendum, non deerunt sane qui demirentur, et fortasse qui dicta Nostra procaci cum fastidio accipiant. Id nempe est potissimum a superbia: quo vitio animis insidente, elanguescat in iis christiana fides, quae obsequium vult mentis religiosissimum, necesse est, atque adeo caligo de divinis rebus tetrius incumbat; ut in multos illud cadat: *Quaecumque ignorant, blasphémant* (2). Iam vero tantum abest ut Nos propterea ab inito avocemur consilio, ut certum sit contentiore potius studio et recte animatis lumen afferre et sancta vituperantibus veniam a Deo, fraterna piorum implorationes exorare.

Sanctissimae Eucharistiae virtutem integra fide nosse qualis sit, idem enimvero est ac nosse quale sit opus quod humani generis causa Deus, homo factus, potenti misericordia perfecit. Nam ut est fidei rectae Christum profiteri et colere summum effectorem salutis nostrae, qui sapientia, legibus, institutis, exemplis, fusoque sanguine omnia instaura vit; aeque est eumdem profiteri colere sic in Eucharistia reapse praesentem, ut verissime inter homines ad aevi perpetuitatem ipse permaneat, iisque partae redemptionis beneficia magister et pastor bonus, peracceptusque deprecator ad Patrem, perenni copia de semetipso impertiat. — Beneficia porro ex Eucharistia manantia qui studiose religioseque consideret, illud sane praestare atque eminere intelliget, quo cetera quaecumque sunt continen-

(1) **Ioann.** VJ, **52.**
(2) Iudae 10.

tur; ex ipsa nempe vitam in homines, quae vere vita est, influere: *Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita* (1). — Non uno modo, quod alias docuimus, Christus est *vita;* qui adventus sui inter homines causam professus est eam, ut afferret ipsis certam vitae plus quam humanae ubertatem: *Ego* •*veni ut vitam habeant, et abundantius habeant (2).* Statim namque ut in terris *benignitas et humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei* (3), nemo quidem ignorat vim quamdam continuo erupisse ordinis rerum prorsus novi procreatricem, eamque in venas omnes societatis civilis et domesticae permanesse. Novas inde homini cum homine necessitudines; nova publice et privatim iura, nova officia; institutis, disciplinis, artibus novos cursus: quod autem praecipuum, hominum animos et studia ad veritatem religionis sanctitatemque morum traducta, atque adeo vitam homini communicatam, caelestem plane ac divinam. Huc nimirum ea spectant, quae crebro in sacris litteris commemorantur, *lignum vitae, verbum vitae, liber vitae, corona vitae,* nominatimque *panis vitae.*

At vero, quoniam haec ipsa de qua dicimus vita expressam habet similitudinem cum vita hominis naturali, sicut altera cibo alitur atque viget, ita alteram sustentari cibo suo et augeri oportet. Apte hic facit revocare quo quidem Christus tempore ac modo moverit animos hominum et adduxerit ut panem vivum, quem daturus erat, convenienter probeque exciperent. Ubi enim manavit fama de prodigio quod ille, multiplicatis panibus in satietatem multitudinis, patraverat ad litus Tiberiadis, confestim plures ad ipsum confluxerunt, si forte par sibi obtingeret beneficium. Tum Iesus, opportunitate arrepta, similiter ac quum feminae Samaritanae, ab haurienda puteali aqua, sitim ipse iniecerat *aquae salientis in vitam aeternam* (4), •cupidae multitudinis sic erigit mentes, ut panem alium cupidius appetant *qui permanet in vitam aeternam* (5). Neque vero huiusmodi panis, instat Iesus admonere, est manna illud caeleste, quod patribus vestris per deserta peregrinantibus praesto fuit; neque ille quidem, quem ipsi nuper a me mirabundi accepistis;

(1) Ioann. VI, 52.
(2) Ioann. X, 10.
(3) Tit. III, 4.
(4) Ioann. IV, 14.
.(5) Ib. VI, 27.

verum egomet sum panis iste: *Ego sum panis vitae (i).* Idemque eo amplius suadet omnibus, et invitando et praecipiendo : *Si quis manducaverit ex hoe pane, vivet in aeternum ; et panis quem ego dabo earo mea est pro mundi vita* (2). Gravitatem porro praecepti ita ipse con vincit : *Amen amen dico vobis*, *nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis* (3). — Absit igitur pervagatus ille error perniciosissimus opinantium Eucharistiae usum ad eos fere amandandum esse qui vacui curis angustique animo conquiescere instituant in quodam vitae religiosioris proposito. Ea quippe res, qua nihil sane nec excellentius nec salutamus, ad omnes omnino, cuiuscumque demum muneris praestantiaeve sint, attinet, quotquot velint (neque unus quisquam non velle debet) divinae gratiae in se fovere vitam, cuius ultimum est adeptio vitae cum Deo beatae.

Atque utinam de sempiterna vita recte reputarent et provideant ii potissimum, quorum vel ingenium vel industria vel auctoritas tantopere possunt ad res temporum atque hominum dirigendas. At vero videmus deploramusque ut plerique cum fastu existiment se novam veluti vitam eamque prosperam saeculo indidisse, propterea quod ipsum ad omne genus utilia et mirabilia infiammato cursu contendere suo impulsu urgeant. Sed enim, quocumque aspexeris, humana societas, si a Deo aliena, potius quam quaesita fruatur tranquillitate rerum, perinde angitur et trépidât ut qui febri aestuque iactatur; prosperitati dum anxie studet eique unice fidit, fugientem sequitur, inhaeret labenti. Homines enim et civitates ut necessario ex Deo sunt, ita in alio nullo vivere, moveri, efficere boni quidquam, nisi in Deo per Iesum Christum queunt; per quem late profluxerunt et profluunt optima quaeque et lectissima. — Sed horum omnium fons et caput bonorum est potissimum augusta Eucharistia : quae quum eam alat sustentetque vitam cuius ex desiderio tam vehementer laboramus, tum dignitatem humanam quae tanti nunc fieri videtur, immensum auget. Nam quid maius aut optabilius, quam effici, quoad eius fieri possit, divinae participem consortemque naturae? At enim hoc nobis Christus praestat in Eucharistia maxime, qua evectum ad di-

(1) **Ioann. VI, 48.**
(2) Ib. 52.
(5) Ib. 54.

vina, gratiae munere, hominem arctius etiam sibi adiungit et copulat. Id enim interest inter corporis cibum et animi, quod ille in nos convertitur, hic nos in se convertit; qua de re Christum ipsum Augustinus loquentem inducit: *Nec tu me in te mutabis sicut cibum carnis tuae, sed tu mutaberis in me* (1).

Ex hoc autem praecellentissimo Sacramento, in quo potissime apparet quemadmodum homines in divinam inseruntur naturam, iidem habent in omni supernarum virtutum genere incrementa maxima. Et primum in fide. Omni quidem tempore fides oppugnatores habuit; nam etsi hominum mentes praestantissimarum rerum cognitione extollit, quia tamen, quae supra naturam esse aperuit, qualia sint celat, eo videtur mentes ipsas deprimere. Sed olim tum hoc tum illud fidei caput oppugnabatur; deinceps multo latius exarsit bellum, eoque iam perventum est ut nihil omnino supra naturam esse affirmetur. Iamvero ad vigorem fervoremque fidei in animis redintegrandum perapte est, ut nihil magis, mysterium Eucharisticum, proprie *mysterium fidei* appellatum : hoc nimirum uno, quaecumque supra naturam sunt, singulari quadam miraculorum copia et varietate, universa continentur : *Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus, escam dedit amentibus se* (2). Si Deus enim quidquid supra naturam fecit, ad Verbi retulit Incarnationem, cuius beneficio restitueretur humani generis salus, secundum illud Apostoli : *Proposuit . . . instaurari omnia in Christo, quae in caelis, et quae in terra sunt, in ipso* (3); Eucharistia, Patrum sanctorum testimonio, Incarnationis continuatio quaedam et amplificatio censenda est. Siquidem per ipsam incarnati Verbi substantia cum singulis hominibus copulatur; et supremum in Calvaria sacrificium admirabili modo renovatur; id quod praesignificavit Malachias: *In omni loco saerificatur et offertur nomini meo oblatio munda* (4). Quod miraculum, unum omnium in suo genere maximum, miracula comitantur innumerabilia; hic enim omnes naturae leges intermissae: tota substantia panis et vini in corpus et sanguinem Christi convertitur; panis et vini species, nulla re subiecta, divina virtute sustentantur ; corpus Christi tam mul-

(1) Conf. I. VII, c. X.
(2) Ps. CX, 4-5.
(3) Eph. I, 9-10.
(4) I, 11.

ta simul loca nanciscitur, quam multis simul in locis Sacramentum perficitur. Humanae autem rationis quo magis erga tantum Mysterium intendatur obsequium, quasi adiumento suppetunt prodigia, in eiusdem gloriam, veteri memoria et nostra patrata; quorum publica exstant non uno loco eaque insignia monumenta. Hoc igitur Sacramento videmus fidem ali, mentem enutriri, rationalistarum commenta dilui, ordinem rerum quae supra naturam sunt maxime illustrari.

Sed ut divinarum rerum fides languescat, non modo superbia, quod supra attigimus, sed etiam depravatio facit animi. Nam si usu venit ut quo melius quisque est moratus, eo sit ad intelligendum sollertior, corporis autem voluptatibus mentes obtundi ipsa ethnica dispexit prudentia, divina sapientia praemonet (1); tanto magis in divinis rebus voluptates corporis obscurant fidei lumen, atque etiam, per iustam Dei animadversionem, exstinguunt. Quarum quidem voluptatum insanabilis hodie cupiditas flagrat, omnesque late tamquam contagio quaedam morbi vel a primis aetatulis inficit. Verum teterrimi huius mali praeclarum in divina Eucharistia praesto est remedium. Nam, omnium primum, augendo caritatem, libidinem coercet; ait enim Augustinus: *Nutrimentum eius (caritatis) est imminutio eupiolitatis; perfectio, nulla cupiditas* (2). Praeterea castissima Iesu caro carnis nostrae insolentiam comprimit, ut Cyrillus monuit Alexandrinus : *Christus enim existens in nobis sopii saeoientem in nostris membris carnis legem* (3). Quin etiam fructus Eucharistiae singularis et iucundissimus est quem significavit propheticum illud: *Quid bonum eius* (Christi) *est, et quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum et vinum germinano virgines ?* (4) videlicet sacrae virginitatis forte et constans propositum, quod, vel diffluente deliciis saeculo, latius in dies uberiusque in catholica Ecclesia florescit : quanto quidem ubique cum religionis ipsiusque humani convictus emolumento et ornamento est probe cognitum. — Accedit quod huiusmodi Sacramento spes bonorum immortalium, fiducia auxiliorum divinorum, mirifice roboratur. Beatitatis enim studium, quod omnium animis insitum atque innatum est, terrestrium bonorum

(1) Sap. I, 4.
(2) De diversis quaestionibus LXXXIII, quaest. XXXVI.
(5) Lib. IV, c. 2 in loann. VI, 57.
***(i)* Zach. IX, 17.**

fallacia, iniusta flagitiosorum hominum vi, ceteris denique corporis animique molestiis magis magisque acuitur. Iam vero augustum Eucharistiae Sacramentum, beatitatis et gloriae causa idem et pignus est, idque non animo tantum sed etiam corpori. Quum enim animos caelestium bonorum copia locupletat, tum iis perfundit suavissimis gaudiis, quae quamlibet hominum aestimationem et spem longe superent; in adversis rebus sustentat, in virtutis certamine confirmat, in vitam custodit sempiternam, ad eamque tamquam instructo viatico perducit. Corpori autem caduco et fluxo Hostia illa divina futuram ingenerai resurrectionem; siquidem corpus immortale Christi semen inserit immortalitatis, quod aliquando erumpat. Utrumque istud et animo et corpori bonum inde obventurum Ecclesia omni tempore docuit, Christo obsecuta affirmanti: *Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam: et ego resuscitabo eum in novissimo die* (1). — Cum re cohaeret magnique interest id considerare, ex Eucharistia, quippe quae a Christo instituta sit tamquam *passionis suae memoriale perenne* (2), christiano homini castigandi salutariter sui denuncian necessitatem. Iesus enim primis illis sacerdotibus suis : *Hoc facite,* inquit, *in meam commemorationem* (3), idest hoc facite ad commemorandos dolores, aegritudines, angores meos, meam in cruce mortem. Quapropter huiusmodi sacramentum idem et sacrificium assidua est in omne tempus poenitentiae, ac maximi cuiusque laboris adhortatio, itemque voluptatum, quas homines impudentissimi tantopere laudant et efferunt, gravis et severa improbado: *Quotiescumque manducabais panem hunc, et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat* (4).

Praeter haec, si in praesentium maiorum causas diligenter inquiras, ea reperies inde Auxisse, quod hominum inter ipsos caritas, caritate adversus Deum frigescente, deferbuerit. Dei se esse filios atque in Iesu Christo fratres obliti sunt; nihil, nisi sua quisque, curant; aliena non modo negligunt, sed saepe oppugnant in eaque invadunt. Inde crebrae inter civium ordines turbae et contentiones : arrogantia, asperitas, fraudes in potentioribus; in tenuioribus miseriae, invidiae, secessiones. Quibus

(1) Ioan. VI, 55.
(2) S. Thomas Aquin. *opuse.* LVII: *Offic, de festo Cor p. Christi.*
(3) Luc. XXII, 19.
(4) I Gor. XI, 26.

quidem malis frustra a providentia legum, a poenarum metu, a consiliis humanae prudentiae quaeritur sanatio. Illud est curandum enitendumque, quod plus semel Ipsi fusiusque commonuimus, ut civium ordines mutua inter se concilientur officiorum coniunctione, quae a Deo profecta, opera edat germanum Iesu Christi spiritum et caritatem referentia. Hanc terris Christus intulit, hac omnia inflammari voluit, utpote quae una posset non modo animae sed etiam corpori beatitatis aliquid vel in praesens afferre: amorem enim immoderatum sui in homine compescit et divitiarum cohibet cupiditatem, quae *radix omnium maiorum est* (1). Quamquam vero rectum est omnes iustitiae partes inter ordines civium convenienter tutari; praecipuo tamen caritatis praesidio et temperamento id demum assequi licebit ut in hominum societate salutaris ea quam Paulus suadebat, *fiat aequalitas* (2), facta conservetur. Hoc igitur Christus voluit, quum augustum hoc Sacramentum institueret, excitanda caritate in Deum, mutuam inter homines fovere caritatem. Haec enim ex illa, ut perspicuum est, suapte natura exsistit, et sua veluti sponte effunditur; neque vero fieri potest ut ulla ex parte desideretur, quin immo incendatur et vigeat oportet, si Christi erga ipsos caritatem perpendant in hoc Sacramento ; in quo, ut potentiam suam et sapientiam magnifice patefecit, sic *divitias divini sui erga homines amoris velut effudit* (3). Tam insigni ab exemplo Christi, omnia sua nobis largientis, sane quantum ipsi inter nos amare atque adiuvare debemus, fraterna necessitudine quotidie arctius devincti! Adde quod vel signa ipsa quibus huiusmodi constat Sacramentum, peropportuna coniunctionis incitamenta sunt. Qua de re sanctus Cyprianus : *Denique unanimitatem christianam firma sibi atque inseparabili caritate connexam etiam ipsa dominica sacrificia declarant. Nam quando Dominus corpus suum panem vocat de multorum granorum adunatione congestum, populum nostrum quem portabat indicat adunatum: et quando sanguinem suum vinum appellat de botris atque acinis plurimis expressum atque in unum coactum, gregem item nostrum significat eommixtione adunatae multitudinis copulatimi (i).* Simili-

(1) I Tim. VI, 10.
(2) II Cor. VIII, 14.
(5) Conc Trid. sess. XIH, *De Euchar.* c. II.
(4) Ep. 69. ad Magnum n. 5 (al. 6).

ter Angelicus Doctor ex Augustini sententia (1) haec habet: *Dominus noster corpus et sanguinem suum in eis rebus commendavit, quae ad unum aliquid rediguntur ex multis; namque aliud, scilicet panis ex multis granis in unum constat, aliud, scilicet vinum in unum ex multis acinis confiuit; et ideo Augustinus alibi dicit: O Sacramentum pietatis, o signum unitatis; o vinculum caritatis* (2). Quae omnia confirmantur Concilii Tridentini sententia, Christum Eucharistiam Ecclesiae reliquisse « tamquam symbolum eius unitatis et caritatis, qua Christianos « omnes inter se coniunctos et copulatos esse voluit... symbo- « lum unius illius corporis, cuius ipse caput exsistit, cuique « nos, tamquam membra, arctissima fidei, spei et caritatis connexione adstrictus esse voluit » (3). Idque edixerat Paulus: *Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus* (4). Illud enimvero pulcherrimum ac periucundum est christianae fraternitatis aequalitatisque socialis specimen, promiscue ad sacra altaria circumfundi, patritium et popularem, divitem et pauperem, doctum et indoctum, eiusdem aeque participes convivii caelestis. — Quod si merito in Ecclesiae fastis hoc primordiis eius vertitur propriae laudi quod *multitudinis credentium erat cor unum et anima una,* (5), sane eos tam eximium bonum debuisse consuetudini mensae divinae, obscurum non est; de ipsis enim commemoratur!) legimus: *Erant perseverantes in doctrina Apostolorum et in communicatione fractionis panis* (6). — Mutuae praeterea inter vivos caritatis gratia, cui a Sacramento eucharistico tantum accedit roboris et incrementi, Sacrificii praesertim virtute ad omnes permanet qui in sanctorum communione numerantur. Nihil est enim aliud sanctorum communio, quod nemo ignorat, nisi mutua auxilii, expiationis, precum, beneficiorum communicatio inter fideles vel caelesti patria potitos vel igni piaculari addictos vel adhuc in terris peregrinantes, in unam coalescentes civitatem, cuius caput Christus, cuius forma caritas. Hoc autem fide est ratum, etsi soli Deo Sacrificium augustum offerri liceat, ta-

(1) Tract. XXVI, in Ioann. n. 15, 17.
(2) *Summa theol.* III p. q. LXXÍX, a. 1.
(3) Sess. XIII, *De Euchar.* c. II.
(4) I Cor. X, 17.
(o) Act. IV, 52.
(6) Act. II, 42.

men etiam honori Sanctorum in caelis cum Deo regnantium, *qui illos eoronavit,* celebrari posse ad eorum patrocinium nobis conciliandum atque etiam, ut ab Apostolis traditum, ad labes fratrum abolendas, qui iam in Domino mortui, nondum plane sint expiati. — Sincera igitur caritas quae, in salutem utilitatesque omnium, omnia facere et pati assuevit, prosilit nempe ardetque actuosa ex sanctissima Eucharistia, ubi Christus adest ipse vivus, ubi suo erga nos amori vel maxime indulget divinaeque impulsus caritatis impetu suum perpetuo sacrificium instaurat. Ita facile apparet undenam hominum apostolicorum ardui labores, unde tam multae variaeque apud catholicos institutae benemerendi de humana familia rationes sua ducant auspicia, vires, constantiam, felicesque exitus.

Haec pauca quidem in re perampla minime dubitamus quin abunde frugifera christiano gregi accidant, si opera vestra, Venerabiles Fratres, sint opportune exposita et commendata. At vero tam magnum et virtute omni affluens Sacramentum nemo satis unquam, proinde ac dignum est, nec eloquendo laudaverit, nec venerando coluerit. Ipsum sive pie mediteris, sive rite adores, sive eo magis, pure sancteque percipias, tamquam centrum existimandum est in quo christiana vita, quanta usquam est, insistit; ceteri quicumque habentur, pietatis modi demum in id ipsum conducunt et desinunt. Atque ea Christi benigna invitatio benigniorque promissio: *Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos* (1), in hoc praecipue mysterio evenit et quotidie impletur. — Ipsum denique est velut anima Ecclesiae, ad quod ipsa sacerdotalis gratiae amplitudo per varios ordinum gradus dirigitur. Indidemque haurit habetque Ecclesia omnem virtutem suam et gloriam, omnia divinorum charismatum ornamenta, bona omnia: quae propterea summam curarum in eo collocat ut fidelium animos ad intimam cum Christo coniunctionem per Sacramentum Corporis et Sanguinis eius instruat et adducat: ob eamque rem caeremoniis sanctissimis ipsum ornando facit venerabilius. — Perpetuam hoc etiam in genere providentiam Ecclesiae matris ea praeclarius commendat hortatio, quae in sacro Tridentino Concilio edita est, mirificam quamdam caritatem pietatemque redolens, plane digna quam populus christianus a Nobis accipiat

(1) Matth. XI, 28.

ex integro re vocatam: « Paterno affectu admonet Sancta sy-
« nodus, hortatur, rogat et obsecrat per viscera misericordiae « Dei nostri, ut omnes et singuli, qui christiano nomine censen- « tur, in hoc unitatis signo, in hoc vinculo caritatis, in hoc con- « cordiae symbolo iam tandem aliquando conveniant et concor- « dent, memoresque tantae maiestatis, et tam eximii amoris Ie- « su Christi Domini nostri qui dilectam animam suam in no- « strae salutis pretium, et carnem suam nobis dedit ad man- « ducandum, haec sacra mysteria corporis et sanguinis eius ea « fidei constantia et firmitate, ea animi devotione ac pietate et. «cultu credant et venerentur, ut panem illum supersubstan- « tialem frequenter suscipere possint, et is vere eis sit animae «vita et perpetua sanitas mentis; cuius vigore confortati, ex « huius miserae peregrinationis itinere ad caelestem patriam « pervenire valeant, eumdem panem Angelorum, quem modo « sub sacris velaminibus edunt, absque ullo velamine mandu- « caturi » (1). — Porro testis historia est, christianae vitae cultum vulgo floruisse melius, quibus temporibus esset Eucharistiae perceptio frequentior. Contra non minus est exploratum consuevisse, ut quum caelestem panem négligèrent homines et veluti fastidirent, sensim elanguesceret christianae professionis vigor. Qui quidem ne prorsus aliquando deficeret, opportune cavit in Concilio Lateranensi Innocentius III, quum gravissime praecepit, ut minimum per solemnia Paschatis nemo christianus a communione Dominici Corporis abstineret. Liquet vero praeceptum huiusmodi aegre datum, ac postremi remedii loco : semper enim id fuit Ecclesiae in votis, ut cuique sacro adessent fideles de divina hac mensa participes. « Optaret sa- « crosancta Synodus ut in singulis Missis fideles adstantes non « solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistiae « perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi huius sa- « orificii fructus uberior proveniret » (2).

Et uberrimam quidem salutis copiam non singulis modo sed universis hominibus paratam hoc habet augustissimum mysterium, ut est Sacrificium: ab Ecclesia propterea *pro totius mundi salute* assidue offerri solitum. Cuius sacrificii, communibus piorum studiis, fieri ampliorem cum existimatione cultum

(1) Sess. XIII, *De Euchar.* c. VIII.
(2) **Conc. Trid. sess. XXII, c. VI.**

addecet; hac aetate vel maxime, oportet. Itaque multiplices ipsius virtutes sive latius cognosci sive attentius recoli velimus. — Principia lumine ipso naturae perspicua illa sunt: supremum esse absolutumque in homines, privatim publice, Dei creatoris et conservatoris imperium; quidquid sumus quidquid privatim publiceque habemus boni, id omne a divina largitate profectum: vicissimque a nobis Deo testandam et summam, ut Domino reverentiam, et maximam, ut beneficentissimo, gratiam. Haec tamen officia quotusquisque hodie invenitur, qui qua par est religione colat et observet! Contumaces in Deum spiritus haec, si unquam alia, prae se fert aetas: in qua rursus invalescit adversus Christum ea vox nefaria: *Nolumus hunc regnare super nos* (1), nefariumque propositum, *Eradamus eum* (2); nec sane quidqam tam vehementi impetu complures urgent, quam ut ex civili atque adeo ex humana omni consortione pulsum segregent Deum. Quo consceleratae dementiae quamquam usquequaque non proceditur, miserabile tamen est quam multos teneat divinae Maiestatis beneflciorumque eius, partae praesertim a Christo salutis, oblivio. Iamvero hanc tantam vel nequitiam vel socordiam sarciat oportet auctior communis pietatis ardor in cultu sacrificii eucharistici; quo nihil Deo esse honorabilius, nihil iucundius potest. Nam divina est, quae immolatur hostia; per ipsam igitur tantum augustae Trinitati tribuimus honoris, quantum dignitas eius immensa postulat; infinitum quoque et pretio et suavitate munus exhibemus Patri, Unigenitum suum; eo fit ut benignitati eius non modo agamus gratiam, sed plane referamus. -- Duplicemque alium ex tanto sacrificio insignem fructum licet et necesse est colligere. Maeret animus reputando, quae flagitiorum colluvies, neglecto, ut diximus, contemptoque Dei numine, usquequaque inundaverit. Omnino humanum genus magnam partem videtur caelestem iram devocare: quamquam ipsa illa quae insidet, malarum rerum seges, continet iustae animadversionis maturitatem. Excitanda igitur in hoc etiam pia fidelium contentio, ut et vindicem scelerum placare Deum, et auxiliorum eius opportunitatem calamitoso saeculo conciliare studeant. Haec autem videant maxime huius ope Sacrificii esse quaerenda. Nam divinae tum iustitiae rationibus satis cumu-

(1) Luc. XIX, 14.
(2) Ier. XI, 19.

lateque facere, tum dementiae large impetrare munera possunt homines sola obitae a Christo mortis virtute. Sed hanc ipsam virtutem sive ad expiandum, sive ad exorandum voluit Christus integram permanere in Eucharistia, quae mortis ipsius non inanis quaedam nudaque commemoratio, sed vera et mirabilis, quamquam incruenta et mystica, renovatio est.

Ceterum, non mediocri Nos laetitia afficimur, libet enim profiteri, quod proximis hisce annis fidelium animi ad amorem atque obsequium erga Eucharistiae Sacramentum renovari coepisse videantur, quod quidem in spem Nos erigit temporum rerumque meliorum. Multa enim id genus et varia, ut initio diximus, sollers induxit pietas, sodalitates praesertim vel eucharisticorum rituum splendori amplificando, vel Sacramento augusto dies noctesque assidue venerando, vel illatis eidem contumeliis iniuriisque sarciendis. In his tamen acquiescere, Venerabiles Fratres, neque Nobis licet neque vobis; etenim multo plura vel provehenda restant vel suscipienda, ut munus hoc omnium divinissimum apud eos ipsos, qui christianae religionis colunt officia, ampliore in luce atque honore versetur, tantumque mysterium quam dignissima veneratione colatur. Quapropter suscepta opera acrius in dies urgenda; prisca instituta, sicubi exoleverint, revocanda, ut sodalitia eucharistica, supplicationes Sacramento augusto ad adorandum proposito, sollemnes eius circumductae pompae, piae ad divina tabernacula salutationes, alia eiusdem generis et sancta et saluberrima; omnia praeterea aggredienda, quae prudentia et pietas ad rem suadeat. Sed in eo praecipue est elaborandum, ut frequens Eucharistiae usus apud catholicas gentes late reviviscat. Id monent nascentis Ecclesiae quae supra memoravimus, exempla, id Conciliorum decreta, id auctoritas Patrum et sanctissimorum ex omni aetate virorum; ut enim corpus, ita animus cibo saepe indiget suo; alimoniam autem maxime vitalem praebet sacrosancta Eucharistia. Itaque praeiudicatae adversantium opiniones, inanes multorum timores, speciosae abstinendi causae penitus tollendae; ea enim agitur res, qua nihil fideli populo utilius tum ad redimendum tempus e sollicitis rerum mortalium curis, tum ad christianos revocandos spiritus constanterque retinendus. Huc sane magno erunt momento praestantiorum ordinum hortationes et exempla, maximo autem cleri navitas et industria. Sacerdotes enim, quibus, Christus Redemptor Cor-

poris et Sanguinis sui mysteria conficiendi ac dispensandi tradidit munus, nihil profecto melius pro summo accepto honore queant rependere, quam ut Ipsius eucharisticam gloriam omni ope provehant, optatisque sacratissimi Cordis eius obsequendo, animos hominum ad salutíferos tanti Sacramenti Sacrificiique fontes invitent ac pertrahant.

Ita fiat, quod vehementer cupimus, ut praecellentes Eucharistiae fructus quotidie uberiores proveniant, fide, spe, caritate, omni denique christiana virtute, feliciter accrescente; idque in sanationem atque emolumentum rei quoque publicae: fiat, ut providentissimae Dei caritatis magis magisque eluceant consilia, qui tale mysterium *pro mundi vita* constituit perpetuum.

Quarum Nos rerum erecti spe, Venerabiles Fratres, auspicem munerum divinorum caritatisque Nostrae testem, Apostolicam benedictionem et singulis vobis et vestro cuiusque clero ac populo peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxvni Maii, in praeludio solemnitatis Corporis Christi, anno **MDCCCCII**, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

LEO PP. XIII.

EX ACTIS CONSISTORIALIBUS

SSmus die 9 Iunii 1902 publicum habuit Consistorium ut pileum rubrum traderet Emis Cardinalibus Martinelli, Skrbenski et Puzyna; creatis et publicatis in Consistorio diei 15 Aprilis 1901.

Dein habuit sequentem Allocutionem :

Venerabiles Fratres,

Volvitur Nobis annus per intermixta magnis curis tempestiva solatia. Nam si labores, si sollicitudines circumstant, at certe patrocinii tutelaeque caelestis non modo testimonium Nobis, sed quoddam quasi pignus haec est tam insueta Pontificatus maximi, in summa praesertim senectute, prorogatio. Insigne admodum ac memorabile beneficium; de quo gratia quidem providentissimo auctori Deo propter id habenda maior, quod

eventum privatae rei voluit esse cum honore nominis sui aliqua ratione coniunctum. Etenim quid haec sibi denique volunt gratulantium et consalutantium effusa undique quartum iam mensem studia? Altius profecto, quam ad Nos privatim, ista pertinent. Nimirum cives et advenae certant illi quidem obsequio circa personam Nostram, sed mentis oculis in vicaria Iesu Christi potestate defixis: hanc maxime amplexantur, huic honorem venerabundi habent. Itaque in istiusmodi studiis signiflcationibusque cum privatis, tum publicis, si quid Nos delectat, omnino animorum talis affectio delectat, laudanda hoc tempore et probanda magis, quam unquam fortasse alias. Siquidem, quando pollent tanta vi exempla prava, ac tam perniciosis artibus nituntur oppugnatores religionis avitae, non contemnendae virtutis est profiteri christianos sensus in luce civitatum, aperteque et libere prae se ferre devotam Apostolicae Sedi voluntatem : quin etiam spem inde ac velut augurium non inepte capias maioris aliquando salutis futurae. — Verum inter haec memoratu iucunda, urget aliunde, idque e proximo, rerum imago molestissimarum. Facillime coniicitis, quo deflectat oratio. Circumiecta Pontifici incommoda, eaque varia atque aspera, saepe hoc ipso loco, ut oportuit, conquesti sumus. Unum hodie denuntiamus sine intermissione ingravescens vehementerque ad cogitationem acerbum, utpote quod cum discrimine sempiternae multorum salutis copulatur; scilicet multiplices pietati publicae aut acceptas, aut metuendas in Urbe iacturas. Rem attingimus plus nimio cognitam. In hac sede principe eademque arce catholici nominis provisa constitutaque divinitus, cernere est ad perniciem catholici nominis grassantes impune teterrimas cupiditates, eodemque tempore, qui locum in republica altiorem obtinent, institutorum christianorum oblivione aut taedio captos. Hinc tamquam magnum aliquid adepturi, cogitatione relabuntur ad miseram vetustatem, Christi Redemptoris beneficio depulsam : quodque indiciis apparet non paucis neque dubiis, expetunt iam et, quantum in ipsis est, conantur refingere ingenium Urbis, christianaque obscurandâ sensim forma, ritus ac mores ethnicorum restituere. Utique defensurus a civitate sua est Deus optimus maximus infandum malum; interea tamen tradita populo romano divina fides, cuius incolumitas tot laboribus stetit ac tanto sanguine, pessimo cuique ludibrium quotidianum relinquitur. Hic, in oculis prope Nostris, pravarum

haereseon uberiora contagia: concionatorum popularium adversus augustissima dogmata licentia solutior: impiarum ephemeridum nullo nec pudore nec modo exultans audacia. Ad ludos scenicos, in scholis, per compita, per vias, quacumque vestigium ponas, parata licentius pietati populari discrimina, iniuriasque rerum sanctissimarum inultas videas. Atqui fidem dederant, debitam religioni verecundiam, salvam per ipsos in Urbe fore. In hoc rerum tam ancipiti statu, reputet quisque apud se, nihil unquam adeo exitiosum esse, quam indormientes periculo animos. Equidem novimus romanam civitatem, nec sumus ignari longe plurimos et vigilare, et abhorrere omni ab re profana, neque facile eripi sibi quicquam de religione avita passuros. At vero non vigilantia hoc tempore, non fortitudo ulla potest esse tanta, quin oporteat pro magnitudine periculi adhibere maiorem. Quod Nostrarum est partium, hoc certe in primis agimus, atque in hoc magna pars curarum laborumque Nostrorum evigila t, ut summum bonum, quod est catholica sapientia, populo romano religiosissime tueamur. Atque in re tanti momenti non consilium prudentiamque Nobis vestram, venerabiles fratres, non Cleri urbani operam studiumque ullo tempore defuturam, certo scimus. Ceterum, in primis et maxime benignitati patrocinioque omnipotentis Dei confidimus, quippe qui almam hanc urbem ex omni aeternitate delegit, cui tam excelsa ac salutaria munera uni ex omnibus ipse aliquando mandaret

Tandem proposuit Ecclesias quae sequuntur :

***Cathedralem Ecclesiam Tiraspolen.* vacan, per resignationem R. P. D. Antonii Zerr ultro libenterque in manibus SANCTITATIS SUAE peractam ab Eademque admissam, favore R. D. Eduardi De Ropp, Presbyteri dioeceseos Samogitiensis.**

***Cathedralem Ecclesiam Lamacen.* vacan, per obitum bo. me. Antonii Thomae da Silva Leitao e Castro, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Francisci Iosephi Ribeiro de Vieira et Brito, Episcopi Angrensis, ad praefatam Lamacen. Ecclesiam ex benignitate SANCTITATIS SUAE per Apostolicas Litteras in forma Brevis expeditas, translati, ad praesentationem Serenissimi Caroli I Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi.**

***Cathedralem Ecclesiam Urgellen,* vacan, per obitum bo. me. Raymundi Riu et Cabanas, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Ioannis Iosephi Laguarda et Fenollera, Episcopi titularis Titopolitani, ad eamdem Urgellen. Ecclesiam ex benignitate SANCTITATIS SUAE transferendi, ad praesentationem Serenissimae Reginae Catholicae Regentis.**

***Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Gortynen.* certo modo vacat., favore R. P. D. Francisci Trotta, Episcopi Aprutini, ad eamdem Ecclesiam Gortynen.**

ex benignitate SANCTITATIS SUAE promoti per Apostolicas Litteras in forma Brevis expeditas.

Cathedralem Ecclesiam Antioquien. in Columbiana Republica, vacat, per renuntiationem R. P. D. Francisci Mariae Ioannis Nepomueeni Rueda ac per obitum bo. me. Iosephi Mariae Villalba postremi electi Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Emmanuelis Antonii Lopez de Mesa, Presbyteri dioeceseos Medellensis, ad eamdem Antioquien. Sedem per Apostolicas Litteras in forma Brevis ex benignitate SANCTITATIS SUAE promoti.

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Stauropolitan., vacat, per obitum bo. me. Alexandri de Risio, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Aureli i Zonghi, Episcopi Aesini, ad eamdem Ecclesiam Stauropolitan. ex benignitate SANCTITATIS SUAE promoti per Apostolicas Litteras in forma Brevis expeditas.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Arethusin. sub Archiepiscopo Apameno, vacat, per translationem R. P. D. Antonii Iosephi Gomes Cardoso ad Sedem Cathedralem Angolensem et Congensem, favore R. P. D. Sigismundi de Ow-Felldorf, Presbyteri dioeceseos Ratisbonensis, ad eamdem Ecclesiam Arethusin. ex benignitate SANCTITATIS SUAE per Litteras Apostolicas in forma Brevis expeditas promoti ac deputati in Auxiliarem R. P. D. Ignatii de Senestrey, Episcopi Ratisbonensis, ad pontificalia ceteraque pastoralia munia de eius consensu ac lubito illa in civitate et dioecesi salubriter ac fructuose in Domino obeunda.

Cathedralem Ecclesiam Petropolitanam in Brasiliana Republica, vacat, per translationem R. P. D. Francisci do Rego Maia ad Sedem Cathedralem Belemensem de Para, favore R. D. Ioannis Francisci Braga, Presbyteri dioecesis S. Petri Fluminis Grandensis.

Ecclesiam Chihuahuensem in Mexicana Republica Americae Septentrionalis vacat, per promotionem R. P. D. Iosephi a Iesu Ortiz ad Sedem Metropolitanam Guadalaxarensem, favore R. P. D. Nicolai Perez Galivan, Presbyteri Durangensis.

Cathedralem Ecclesiam Tergestin. ac Iustinopolitan. invicem perpetuo canonice unitas vacan, per obitum bo. me. Andreae Sterk, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Francisci Nagl, Presbyteri dioeceseos S. Hippolyti, ad easdem Ecclesias ex benignitate SANCTITATIS SUAE promovendi, ad nominationem, vigore Indulti Apostolici, Sacrae Caesareae Maiestatis Francisci Iosephi Primi, Austriae Imperatoris, Bohemiae et Hungariae Regis Apostolici.

Cathedralem Ecclesiam de Comayagua in Republica Hondurensi Americae Centralis, vacat, per obitum bo. me. Emmanuelis Francisci Velez, postremi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iosephi Mariae Martínez Cabanas, Presbyteri dioeceseos Comayaguensis, ad eamdem Sedem ex benignitate SANCTITATIS SUAE promoti per Apostolicas Litteras in forma Brevis expeditas.

Cathedralem Ecclesiam Uladislavien. seu *Calissien.* vacan, per resignationem R. P. D. Alexandri Casimiri Beresniewicz, ultro libenterque in manibus praefatae SANCTITATIS SUAE peractam ab Eademque admissam, favore R. D. Stanislai Casimiri Zdzitowiecki, Presbyteri dioeceseos Uladislavien. seu Calissien.

Cathedralem Ecclesiam Caiacen. seu *Calatin.* vacan, per obitum bo. me. Felicis De Siena, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Friderici De Martino, Presbyteri archidioeceseos Surrentinae.

Cathedralem Ecclesiam Bobien. **vacan, per obitum bo. me. Ioannis Baptistae Porrati, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Paschalis Morganti, Presbyteri archidioeceseos Mediolanensis.**

Cathedralem Ecclesiam Maceraten. ac Tolentin. **invicem perpetuo canonice unitas, vacan, per translationem R. P. D. Ioannis Baptistae Ricci ad Sedem Cathedralem Aesinam, favore R. P. D. Rainerii Sarnari, Episcopi Ripani, ad primodictas unitas Ecclesias ex benignitate SANCTITATIS SUAE translati.**

Cathedralem Ecclesiam Aesin. **vacan, per promotionem R. P. D. Aurelii Zonghi ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Stauropolitanam, favore R. P. D. Ioannis Baptistae Ricci, Episcopi Maceraten. et Tolentin.**

Cathedralem Ecclesiam Aprutin. **vacan, per promotionem R. P. D. Francisci Trotta ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Gortynensem, favore R. P. Fr. Alexandri Beniamini Zanecchia-Ginnetti, ex Ordine Carmelitarum Excalceatorum, Presbyteri dioeceseos Tusculanae.**

Cathedralem Ecclesiam Angren. **vacan, per translationem R. P. D. Francisci Iosephi Ribeiro de Vieira ad Sedem Cathedralem Lamacensem, favore R. P. D. Iosephi Emmanuelis de Carvalho, Episcopi Macaonensis, ad eamdem Angren. Ecclesiam ex benignitate SANCTITATIS SUAE translati, ad praesentationem Serenissimi Caroli Portugalliae et Algarbiorum Regis Fidelissimi.**

Cathedralem Ecclesiam Tlascalen. seu Angelopolitan. **in Mexicana regione, vacat, per obitum bo. me. Iosephi Perfecti Amezquita, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Iosephi Raymundi Ibarra, Episcopi de Chilapa.**

Titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Oxyrynchien. **vacat, per successionem R. P. D. Ioannis Iosephi Kain ad Sedem Metropolitanam S. Ludovici, favore R. P. D. Dominici Mariae Valensise, Episcopi Neocastrensis.**

Cathedralem Ecclesiam Minoricen. **vacan, per translationem R. P. D. Salvatoris Castello te et Pinazo ad Sedem Cathedralem Giennensem, favore R. D. Ioannis Torres et Rivas, Presbyteri Ibusensis.**

Cathedralem Ecclesiam Ripari, **vacan, per translationem R. P. D. Rainerii Sarnari ad unitas Ecclesias Cathedrales Maceraten. ac Tolentin., favore R. D. Aloisii Boschi, Presbyteri archidioeceseos Firmanae.**

Metropolitanam Ecclesiam Beneoentan. **vacan, per obitum clar. me. Donati Mariae S. R. E. dum viveret Presb. Card. dell'Olio, ultimi illius Archiepiscopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Benedicti Bonazzi, Abbatis Cavensis.**

Titularem Ecclesiam Episcopalem Caesarien. in Mauritania, **vacan, per promotionem R. P. D. Blasii Pisani ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Naupacten., favore R. P. D. Petri Maffi, Presbyteri dioeceseos Papiensis.**

Metropolitanam Ecclesiam Ravennaten, **vacan, per obitum clar. me. Augustini S. R. E. dum viveret Presb. Card. Riboldi, ultimi illius Archiepiscopi, extra romanam curiam defuncti, R. P. D. Guidonis Mariae Conforti, Presbyteri dioeceseos Parmensis.**

Cathedralem Ecclesiam Augustan. **vacan, per obitum bo. me. Petri Hoetzl, ultimi Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Maximiliani Lingg, Presbyteri dioecesis Augustanae.**

Cathedralem Ecclesiam de Chiapa **in Republica Mexicana vacat, per obitum bo. me. Michelis Mariani-Luque, ultimi illius; Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Francisci Orozco Iimenez, Presbyteri Zamorensis.**

Titularem Ecclesiam Episcopalem Thermen, sub Archiepiscopo Caesariensi, vacan, per obitum bo. me. Aloisii Canestrari, ultimi illius Episcopi apud romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Michaelis Lucibello, Presbyteri Amalphitana ad eamdem Ecclesiam Thermen, ex benignitate SANCTITATIS SUAE promovendi ac deputandi in Auxiliarem R. P. D. Henrici De Dominicis Archiep. Amalphitana

Titularem Ecclesiam Episcopalem Capitolien. sub Archiepiscopo Scythopolitan., vacan, per obitum bon. me. Paschalis Appodia, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Ioannis Festa, Presbyteri Abellinensis, ad eamdem Ecclesiam Capitolien. ex benignitate SANCTITATIS SUAE promovendi ac deputandi in Auxiliarem R. P. D. Raphaelis Morisciano, Episcopi Squillacensis.

Ecclesiam de Aguas Calientes in Mexicana Republica, per Decretum Çonsistoriale incipiens *Apostolica Sedes* die 27 augusti 1899 editum ad Cathedralis honorem evectam et a primaeva sua erectione vacantem, favore R. P. D. Iosephi Mariae a Iesu Portugal, Episcopi Saltillensis.

Metropolitanam Ecclesiam Goritien, seu *Gradiscan.* vacan, per obitum clar. me. Iacobi S. R. E. dum viveret Presbyteri Card. Missia ultimi illius Archipraesulis, extra romanam curiam defuncti, favore R. P. D. Andreae Iordan, Presbyteri Goritiensis.

Titularem Ecclesiam Episcopalem Eudoxiaden. sub Archiepiscopo Pessinuntio, vacan, per translationem R. P. D. Francisci de Costanzo ad Cathedralem Ecclesiam Monopolitanam, favore R. D. Antonii Di Tommaso, Presbyteri dioeceseos Suliiionensis.

Cathedralem Ecclesiam Monopolitan. vacan, per promotionem R. P. D. Francisci d'Albore ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Pompeiopolitanam, favore R. P. D. Francisci de Costanzo, Episcopi titularis Eudoxiaden.

Cathedralem Ecclesiam Lycien. vacan, per obitum bo. me. Evangelistae Di Milia, ultimi illius Episcopi, extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Ianuarii Trama, Presbyteri Neapolitani.

Cathedralem Ecclesiam Macaonen. vacan, per translationem R. P. D. Iosephi Emmanuelis de Carvalho ad Sedem Cathedralem Angrensem, favore R. D. Joannis Paulini de Azevedo e Castro, Presbyteri dioeceseos Angrensis.

Cathedralem Ecclesiam Carcassonen, vacan, per obitum bo. me. Felicis Arsenii Billard, ultimi illius Episcopi extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Pauli Felicis Beuvain de Beauséjour, Presbyteri archidioeceseos Bisuntinae.

Cathedralem Ecclesiam Annecien. vacan, per obitum bo. m. Aloisii Isoard, .ultimi illius Antistitis extra romanam curiam defuncti, favore R. D. Luciani •Campistron, Presbyteri archidioeceseos Auxitanae.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

PARISIEN.

NULLITATIS MATRIMONII

Die 26 Aprilis 1902.

Sess. 24, cap. 1, De ref. matr.

COMPENDIUM FACTI. Ioachim ex Brasilia una cum uxore et filióla Anna, quae ortum auxerat in urbe S. Pauli anno 1866 ad finem vertente, in Galliam venit die 15 Octobris 1875, ac exceptus fuit in domo soceri nomine Martin, qui et ipse e Brasilia in Galliam lares transtulerat, eosque fixera t in pago vulgo Pointis-Inard dioecesis Tolosae. Quinque vero vel sex elapsis mensibus, familia d' Oliveira ad oppidum Estadens se contulit, ibique in domo, quam sibi comparavit, commorata est usque ad annum 1879, quo, ut paternam haereditatem adirent, Annae parentes Brasiliam petierunt, ibique perbrevi temporis spatio uterque diem obiit, supremum.

Annae tutelam, testamento designatus, patruus assumpsit, qui Brasiliae, ubi summa rerum Annae reperiebatur,, domicilium habebat.

Animadvertere autem hic praestat, Annam usque a mense Octobris 1876, Conservatorum Monialium des Feuillants, prope Tolosam, ingressam fuisse, ibique usque ad matrimonium permansisse, exceptis feriis paschalibus et autumnalibus, quo tempore antea apud parentes à Estadens postea apud avum maternum à Pointis-Inard se conferre consueverat.

Ita res se habebant, quando Annam, in aetate 16 annorum constitutam, in uxorem petiit Hadrianus Condere, 24 annos tunc natus in parochia Gaillac (Tarn) domicilium fovens.

Paucos post menses, praemisso actu, quem civile vocant matrimonium, necnon habitis publicationibus pro viro à

Saint-Pierre de Gaillac, pro muliere à Pointis-Inard, matrimonium die 1 Decembris 1883 coram parocho Ecclesiae de Pointis-Inard celebratum fuit, quin ulla, uti videtur, petita ideoque obtenta fuerit delegatio sive a Parocho de Gaillac, sive a parocho Tolosae.

Matrimonio celebrato, ac duplici suscepta prole, mulier ob viri indignos vivendi modos, separationem iudicialem, postea vero, auctoritate ecclesiastica prius consulta, divortium petiit. Obtenta die 7 Maii 1896 favorabili divortii sententia, ac edocta postea de vitio clandestinitatis sui matrimonii, ad Parisiensem Archiepiscopum supplicem misit libellum, nullitatem putati coniugii enixe eiflagitans.

Curia Parisiensis, exceptis Oratricis precibus, ac constituto de more tribunali, processus acta confecit, omnibusque rite perpensis, per sententiam diei 27 Decembris 1901 nullitatem matrimonii d'Oliveira-Couderc ex defectu formae Tridentinae declaravit.

Cum autem ab huiusmodi sententia Defensor vinculi Parisiensis appellaverit ad S. C. C. hodie vestro sapienti iudicio causa definienda proponitur.

Disceptatio Synoptica.

DEFENSIO MULIERIS. Mulieris patronus demonstrare contendit parochum de Pointis-Inard haud esse parochum proprium alterutrius sponsi ad tramites Concilii Tridentini.

Sed antequam gradum faciat ad probationem directam, inquiramus, ait, an matrimonio adstiterit fortuito parochus proprius alterutrius coniugis, vel alius sacerdos ex eius ordinariae delegatione. Porro delegatio exquiritur quum aliquis de propria iurisdictione dubitat. Iamvero Parochus de Pointis-Inard, qui de propria iurisdictione minime dubitabat nullam petiit delegationem. Id patet ex fide scripta matrimonii ab ipso exarata. In hac fide, quae in actis prostat, Annam velut suam parochianam renuntiat. Id sufficit, pergit orator, ad excludendam quamlibet suppositionem delegationis. Et sane nec Parochus actualis de Pointis, nec Pa-

rochus d'Estadens, nec ullus sacerdos, nec quisquam alius loquitur de delegatione. Quaelibet igitur delegatio omnino excludenda est. Delegatio enim a nemine petita fuit, a nemine data.

Alia ex parte, observat patronus, nullus alius sacerdos matrimonio adstitit praeter Parochum de Pointis-Inard; quapropter inutile est quaerere an fortasse coniuges consensum praebuerint adstante aliquo sacerdote competente. In primis nullus aderat sacerdos de Gaillac, vel d*Agen, ergo nec proprius Parochus Hadriani. Praeterea nullus adstabat tolosanus sacerdos; nec aderat Parochus paroeciae, ubi monasterium de Saint-Maur des Feuillants reperitur. Immo nullus sacerdos adstabat. Et sane actrix percontanti iudici respondit: « S'il y avait, ce que je ne crois pas, des prêtres assistant au mariage, certainement, ni le curé de Gaillac, ni le curé de l'autre paroisse de M.[x] Cudere (domicile paternel), ni l'aumônier de mon couvent n'y assistaient ».

Ex parte sua Hadrianus iurat : « Le mariage a été béni par Mr. le curé de Pointis, il y avait une dizaine de prêtres de paroisses voisines, mais ni le curé de Gaillac , ni. celui de Toulouse, ni celui d'Agen n'y étaient! »

Et tunc, ait advocatus, nihil nostra refert, si decem vel duodecim sacerdotes paroeciarum propinquarum, velut Hadrianus autumat, adstabant.

Ceterum Parochus actualis de Pointis, in litteris ad Archidiaconum Tolosanum missis scribit : « A la question que vous avez posée, tendant à établir si quelque prêtre, autre que Mr le curé de Pointis-Inard assistait au mariage de Mr. Couderc et de Mlle d'Oliveira, j'ai l'honneur de répondre que l'acte de mariage n'en mentionne pas, et d'après les renseignements que j'ai pris, il n'y en avait aucun ».

Quod si nullus sacerdos competens matrimonio adstitit, arguit orator, si nulla delegatio petita fuit, tota quaestio ad iurisdictionem Parochi de Pointis-Inard reducitur. Atqui, urget iste parochus competens non erat, quia non erat parochus proprius alterutrius coniugis, et parochus proprius.

non erat, quia nec Hadrianus, nec Anna domicilium , vel quasi domicilium in eius parochia habebant. Quod attinet ad Hadrian um res evidens est.

Ad Annam vero quod attinet, contendit orator, ipsam pariter nec domicilium, nec quasi domicilium habuisse in parochia de Pointis-Inard. Quod revera actrix non habebat domicilium in parochia de Pointis-Inard, ita probat orator.

Compertum exploratumque in iure est, inquit patronus, ^ filios minores nullum aliud domicilium habere posse quam illud patris, vel matris, vel demum tutoris. Hoc principium, ab antiquis et nostrae aetatis legum latoribus, communiter receptum fuit. Et ratio in patulo est. Filii enim minores, unam emdemque familiam cum parentibus constituunt, ac proinde eosdem lares habent, eosdem penates. Domicilium autem pupilli apud tutorem nihil est aliud quam extensio et imitatio domicilii eiusdem pupilli apud parentes. Tutor enim in patris potestatem succedit, pupilli personam perficit, illum protegit atque tuetur.

« Tutela est enim, ut Servius definivit, ius ac potestas in capite libero ad tuendum eum qui se propter aetatem defendere nequit, iure civili data ac permissa. Tutores autem sunt qui eam vim ac potestatem habent ex qua re ipsa nomen coeperunt. Itaque appellantur tutores quasi tuitores et defensores ».

Quapropter, arguit patronus, velut filiusfamilias patris habet domicilium, ita et pupillus tutoris habet domicilium.

Unde liquet, ait orator, minores et pupillos non émancipâtes domicilium proprium habere non posse. Si enim minor vel pupillus emancipatus fuerit, sui iuris fit, ac proinde domicilium proprium acquirere potest, conditionibus ad illud acquirendum necessariis recurrentibus. Cum autem, urget orator, pater, mater vel tutor in aliqua parochia necessario residere debeant, consequitur ipsos (et cum ipsis minores vel pupillos) domicilium habere in ea parochia in qua commorantur, dummodo animum habeant ibi perpetuo permanendi. Quare domicilium canonice definitur « habitatio

in parochia cum animo ibi perpetuo permanendi, si nihil inde avocet ».

Inutile autem putat advocatus animadvertere pupillos tutela (et cum tutela domicilio) carere non posse. Quando enim tutor a parentibus designatus non fuit, a lege datur. Ob hanc rationem tutela dicitur « iure civili data ac permissa ».

Praeterea, inquit orator, domicilium minorum apud parentes, pupilli apud tutorem appellatur necessarium, quia nullum aliud domicilium illi substitui potest, usque dum minor e patria potestate vel tutela emancipatus non fuerit; nec indiget probatione, quia ex lege scatet, unde dicitur etiam legale, seu iuris.

Haec principia certa sunt, nec ullam controversiam, iuxta patronum, admittunt.

Sic d'Annibale: « Uxor mariti, filius familias sub cuius potestate est, qui sub tutela est tutoris necessarium domicilium sequitur ». Cf. Gasparri, *De matrim., n. 925;* Laurin, *Tract, de domicilio :* « profecto filii vel filiae minores habent domicilium necessarium vel legale in domo paterna vel materna ». Cf. *I. 4-, Dig. De his qui sui 1, 6;* Instr. Card. Rauscher, § *41 etc.*[1]*;* Instr. Austriaca: « uxor ubi maritus, minorennes ubi parentes, tutor, verum habent domicilium ».

Ex hucusque dictis, prosequitur patronus, veluti prono alveo fluit, Annam prius domicilium habuisse, veluti omnes minores, apud patrem (vel in Brasilia, vel à Estadens parvi interest), idque per totum temporis spatium, quo sub paterna potestate degit. Patre demortuo, in potestatem matris ipso facto transiit, quod quidem speciem non mutat, quia uxor habet domicilium mariti. Matre demortua, patria potestas ad tutorem transivit et cum patria potestate, domicilium pupillae. Si vero tutor in Brasilia morabatur, quod in dubium revocari nequit, necessario sequitur domicilium iuris Annae, parentibus vita functio, fuisse in Brasilia apud patruum.

Ut Anna domicilium habere posset apud avum maternum, à Pointis, necesse erat, inquit orator, ut illa huiusmodi domicilium per actum personalem acquisivisset, praevia emancipatione. Iamvero non solum nemo loquitur de hac emancipatione, sed emancipatio excluditur omnino, observat patronus, ex eo quod Anna consensum petiit a tutore ut matrimonium civile contraheret.

Unde, arguit, quum emancipata non esset, etiamsi voluisset, domicilium habere apud avum maternum non potuisset. Quapropter, concludit, non solum Anna domicilium non habebat apud avum maternum, sed ne illud quidem habere poterat..

Haec res adeo evidens est, prosequitur, ut operam perdere censeremus in ea diutius insistendo, vel testimonia adducendo ex quibus meridie clarius eruitur Annae tutorem domicilium in Brasilia habuisse.

Haud loquitur advocatus de domicilio originis vel de domicilio facti. Non de primo: hoc enim, ipse ait, nobis suffragatur. Non de secundo, hoc est de domicilio facti, seu habitationis, ut aliqui aiunt. Etenim cum minores voluntati parentum et tutoris subiiciantur, non possunt habere domicilium proprium ab ipsis seiunctum, quia non possunt habere animum perpetuo manendi seorsum in aliquo loco. Quare domicilium facti, quoad minores, recidit, iuxta patronum, in quasi domicilium, si dimidium anni praetergreditur. Anna vero, urget orator, non solum, quatenus minor, domicilium facti seu habitationis à Pointis-Inard non habebat, sed illud habere non potuit. Et revera licet in facto ibi matrimonii tempore moraretur, animum habere non poterat perpetuo manendi. Probe enim Anna noverat, matrimonio contracto, se ad alias regiones cum marito esse migraturam.

Sed praeterea nec quasi domicilium in parochia de Pointis-Inard habebat Anna, inquit patronus.

Et sane, inquit, quasi domicilium definitur « habitatio in parochia cum animo ibidem manendi per maiorem anni

aut aliquot annorum partem ». Haec notio, ait Gasparri, magis recepta erat, et certa omnino evasit ex epistola S. C. S. Officii 7 Iunii 1867 ad Episcopos Angliae et Foederatorum Statuum Americae. *De matr. n. 916.*

Ex hac definitione eruitur quasi domicilium, non secus ac domicilium, duobus elementis acquiri, scilicet facto commorationis in parochia et animo ibidem manendi per maiorem anni partem. Unum sine altero non sufficit, sed cum ambo concurrunt, quasi domicilium confestim acquiritur, quod instructio S. C. S. O. citata hisce terminis dicit: « Ex eo primum die, quo haec simul concurrunt, nimirum et huiusmodi animus et actualis habitatio, iudicandum est quasi domicilium acquisitum fuisse ».

Animus manendi, prosequitur advocatus, colligitur praecipue ex ratione commorationis, ex qua, pluribus saltem in casibus, manifestum apparet si quis manere debeat in aliquo loco per maiorem anni partem vel transitorie.

Iamvero, ait orator, puellae, quae conservatorium ingrediuntur educationis causa, protinus ibi acquirunt quasi domicilium, quia commoratio in domibus educationis usque ad novem vel decem menses perducitur, seu ad maiorem anni partem. Sed ibi non acquirunt domicilium, quia animum non habent perpetuo manendi.

Anna igitur in conservatorio Sororum Monialium de Saint-Maur recepta, protinus ibi quasi domicilium acquisivit. Et quoniam ibi manere debebat per plures annos, idest usquedum educationis curriculum absolveret, huiusmodi quasi domicilium per se ipsum perpetuabatur, et nullimode feriarum tempore interrumpebatur.

Iamvero ut quasi domicilium acquireret à Pointis-Inard necesse erat, iuxta patronum, ut Anna duabus conditionibus a iure quaesitis satisfaceret : scilicet ut ibi resideret, et intentionem haberet manendi per maiorem anni partem.

Per eos annos, qui matrimonium praecesserunt, inquit orator, haec intentio omnino impossibilis erat. Hoc evidens est, nam puella apud avum se conferebat feriarum tempore;

quum autem feriae, ad duos vel tres menses producuntur, ipsa animum habere non poterat ibi manendi per maiorem anni partem.

Manifestum igitur apparet, Annam quasi domicilium apud avum maternum, usque ad annum matrimonii habere non potuisse. Sed, urget orator, actrix, nec acquirere potuit quasi domicilium à Pointis, eo anno quo ibi matrimonium contraxit, quia ipsa non habuit, nec habere potuit animum ibi permanendi per maiorem anni partem.

Et revera, posthabita etiam quaestione utrum Anna, feriis autumnaiibus transactis, redire deberet in Conservatorum, si negotiationes matrimoniales in irritum cessissent, cum in facto Anna conservatorum non amplius petierit, sed manserit apud avum maternum à Pointis, ob hanc rationem quia nempe eius matrimonium cum Hadriano statutum fuerat, impossibile est alium Annae animum tribuere, quam ibi manendi usque ad celebrationem nuptiarum ; quaestio est de sensu communi, quae non eget demonstratione.

Iamvero, pergit advocatus, huiusmodi animus haud sufficit ad constituendum quasi domicilium, idque ob duplicem rationem. Prima ratio est, quia animus manendi usque ad celebrationem matrimonii, nullam habet relationem cum quolibet temporis spatio. Etenim, iuxta patronum, animus manendi per maiorem anni partem, ex regula colligitur a ratione commorationis. Iamvero arguit, si affirmari potest, puellam quae conservatorum ingreditur educationis ergo, ibi confestim quasi domicilium acquirere quia annus scholasticus, causa commorationis, ultra sex menses protrahitur, impossibile est affirmare quod puella, quae aliquo in loco manet ad nuptias expectandas, animum habeat ibi manendi per maiorem anni partem. Immo, iuxta patronum, contrarium affirmari debet. Et sane, cum temporis spatium quod intercedere solet inter matrimonii pactionem eiusque celebrationem, duos vel tres menses, ad summum, non excedat, praesumendum est, usque ad contrariam probationem, animum manendi per maiorem anni partem, a fine, seu ob-

iecto matrimonii celebrandi excludi. Hoc autem in casu verius est, urget orator, quia avus maternus, puellula, et procul dubio Hadrianus, licet ob diversas causas, desiderio flagrabant, huiusmodi matrimonium quam celerrime celebrandi. Et probatio evidentissima exurgit ex eo, quod non obstantibus litteris in Brasiliam missis, et ex Brasilia receptis, vix menses duo cum dimidio inter matrimonii pactionem eiusque celebrationem intercesserunt.

Altera ratio, prosequitur advocatus, quae absolute valere debet in casu, in eo consistit quod animus matrimonium expectandi, nullam rationem habebat cum loco, in quo expectabatur, ideoque nullam determinationem in animum inducere poterat, per maiorem anni partem ibi commorandi. Et revera intentio requisita ad constituendum quasi domicilium, continet evidenter relationem quamdam inter locum in quo transigi vult maior anni pars. et rationem quae determinat ad eo veniendum. Hinc fit quod intima relatio intercedat inter causam ob quam discipulus deserit domum paternam, et locum in quem se confert ad annum scholasticum absolvendum. Is ibi manet ubi athenaeum frequentare potest et studia perficere, quae causa extiterunt ut domum paternam relinqueret.

Sed, ait patronus, intentio quam solam admittere possumus in Anna, idest manendi à Pointis usque ad matrimonium, nullam habet relationem cum loco. Ipsa expectare poterat quolibet in loco; eodem modo finem assequuta fuisset. Quapropter intentio matrimonii celebrandi talis profecto non est ex qua praesumi possit quasi domicilium, sive quia ipsa nullam habet relationem cum animo manendi per maiorem anni partem, sive quia ipsa non continet relationem directam cum quolibet loco, immo contrarium affirmari debet. Concludendum igitur est, iuxta patronum, quod ad facta nos unice referre debeamus.

Iamvero, prosequitur, heic facta se exhibent sub certitudinis ineluctabilis aspectu. Et sane initium commorationis à Pointis locum habuit mense Augusti ineunte, seu post

solemnem praemiorum distributionem, et feriarum initium; finis commorationis datur a celebratione matrimonii, die prima Decembris 1883. Inter unam et alterum quatuor menses intersunt. Ergo, concludit orator, nec in intentione manendi, nec in facto commorationis possibile est reperire maiorem anni partem, seu semestre spatium necessarium ad quasi domicilium constituendum.

Principia hactenus exposita, inquit orator, recens Congregationum doctrina non derogat, immo confirmat. Et revera, si in Statibus Americae septentrionalis, quasi domicilium acquiri potest per unius mensis commorationem in parochia, haec exceptio est quae regulam confirmat. « Ius particulare, inquit Gasparri *de matr. n. 216,* viget in Statibus Unitis Americae septentrionalis ; nam Concilium plenarium ultimum Baltimorense expostulavit a R. P. mediante S. C. de Prop. Fide, ut, in Foederatis Statibus Americae septentrionalis, qui ex una dioecesi transeunt in aliam, obtineant quasi domicilium per unius mensis commorationem. S. C. de Prop. Fide postulatum remisit ad S. Cong. S. Officii quae feria V, loco IV, 6 Maii 1886 decrevit : Concilio Baltimorensi supplicante postulandum SSmo ut decernere dignetur in Statibus Americae Confoederatis se transferentes e loco ubi viget caput *Tametsi,* in alium locum dummodo ibi continuo commorati fuerint per spatium saltem unius integri mensis, et status sui libertatem, ut iuris est, comprobaverint, censendos esse ibidem habere quasi domicilium in ordine ad matrimonium, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per maiorem anni partem. SSmus vero feria IV, 12 Maii J886 praedictum EE. PP. decretum suprema sua auctoritate ratum habere et confirmare dignatus est, contrariis quibuscumque non obstantibus ».

Agitur itaque, notat orator, de iure singulari, singularissimae mobilitati populorum Americae consentaneo.

Quoad urbem Parisiensem, prosequitur advocatus, S. C S. O. die 9 Novembris 1898, super dubio ab Officiali dioe-

cesano proposito, respondendum mandavit « se conferentes in civitatem Parisiensem ex alio loco vel paroecia dummodo ibi commorati fuerint in aliqua paroecia, per sex menses, censendos esse ibidem habere quasi domicilium in ordine ad matrimonium, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per maiorem anni partem, facto verbo cum Sanctissimo ». Quam resolutionem SSmus D. N. die 11 eiusdem mensis et anni approbavit et confirmavit.

Supradictum S. C. responsum, notat patronus, regulam generalem confirmat, quippe quod privilegium constituit urbi dumtaxat Parisiensi concessum, et facto verbo cum SSmo, quod significat per illam concessionem iuri communi derogatum fuisse.

Conditio autem sine qua non, ut quasi domicilium Parisiis acquiratur, quin animus investigetur, est commoratio per sex menses in aliqua parochia. In casu autem nostro, ait orator, Anna commorata erat à Pointis-Inard (non Parisiis) per quatuor menses dumtaxat. Unde concludit neque ob locum, neque ob tempus commorationis, dispositionem S. C. S. O. ei applicari posse.

Neque casui nostro, urget defensor, applicari potest praesumptio de qua Benedictus XIV in sua constitutione *Paucis abhinc* secundum quam, commoratio unius mensis talis esse potest, ex qua, post factum, praesumatur animus manendi per maiorem anni partem. Nam praeterquamquod haec praesumptio est iuris tantum, ad personas se refert, quae deliberato animo locum residentiae relinquunt et alio se conferunt, ut legibus loci subditi fiant, ibique matrimonium contrahant, quod in propria residentia contrahere nolunt.

Sed nihil huiusmodi in casu nostro, inquit patronus; etenim Anna numquam cogitavit acquirere, vel non acquirere domicilium vel quasi domicilium ad matrimonium contrahendum. Ipsa nihil egit, ut suum statum vel commorationem mutaret, vel quidquam faceret in fraudem legis aut parochi. Locus igitur non est, iuxta patronum , praesumptioni Benedicti XIV, ob casus, toto caelo diversos, inve-

ctae. Ceterum, non obstante huiusmodi constitutione S. C. Conc., constanter tenuit quasi domicilium non acquiri nisi animo permanendi per maiorem anni partem; ceu videre est in Parisiensi *Matrimonii* 14 Decembris 1899 , in qua matrimonium nullum declaratum fuit, licet mulier, ipso matrimonii anno, quatuor circiter mensibus à Epinay commorata fuerit. Praeterea inutile ducit orator tempus absumere in verbis interpretandis, quibus nonnulli testes usi sunt circa domicilium Annae apud avum maternum.

Ceterum, ait, verba a testibus adhibita facile explicantur, si domicilium eo sensu accipiatur, quo in familiaribus sermocinationibus accipi solet.

Sententia Curiae Parisiensis loquitur de Statutis tolosanis ; sed huiusmodi statuta, iuxta patronum, nullimode causam de qua agitur respiciunt, non solum quia, ut ait sententia, interpretanda non sunt nisi secundum ius commune, vel quia non regunt nisi personas, quae domicilium in dioecesi tolosana, prius acquisitum retinuissent, non autem illas quae domicilium vel quasi domicilium numquam habuissent, aut acquisitum amisissent; qui casus Actrici convenit ; sed quia eorum dispositio minime ad casum nostrum se refert.

Et sane haec statuta *art. 4, n. 377,* inquiunt: « I° domicilium ad matrimonium requisitum sola habitatione statim acquiritur, si publica sit et cum animo manendi. 2° Illi qui domicilium retinentes in aliqua parochia (dioecesis) in altera ad tempus versantur, possunt matrimonium contrahere sive coram parocho domicilii, sive coram parocho loci in quo residentiam actualem habent, si spatio saltem unius mensis ibi iam commorati fuerint ».

Prima dispositio, inquit orator, nihil nostra refert. Ad aliam vero quod attinet, observat, secundum hanc dispositionem, qui domicilium retinent in aliqua parochia et in altera ad tempus versantur, possunt ibi matrimonium contrahere, si spatio saltem unius mensis ibi commorati fuerint. Et possunt ibi contrahere matrimonium, quia spatio

Ullius mensis quasi domicilium ibi acquisivisse retinentur. Nam|matrimonium contrahi nequit sine domicilio, vel quasi domicilio. Iamvero, prosequitur, haec dispositio, quamquam erronea et iuri communi contraria, non repugnat, quia aliquis habere potest domicilium in aliqua parochia et quasi domicilium in altera. Sed, praeterquamquod statuti verbis minime responderet, absurda esset, iuxta patronum, si casui nostro applicari vellet. Re etenim vera, Anna in conservatorio non habebat domicilium, quia non habebat animum ibi perpetuo manendi, sed quasi domicilium ; quapropter acquirere non poterat quasi domicilium in altera parochia, seu *à Pointis* per unius mensis commorationem ; nam ut omnes cognoscunt, haberi nequeunt duo quasi domicilia, sed haberi potest domicilium in una, et quasi domicilium in alia parochia (Gasparri, *De matr. n. 916).*

Statutis igitur tolosanis, concludit advocatus, heic non esse locum.

Ceterum, urget, non obstantibus hisce statutis dioecesanis, quae in Gallus innumera existunt, semper et constanter quaestiones nullitatis ex defectu formae tridentinae S. C. Conc. ad tramitem iuris communis iudicavit, ut videre est in Resolutionum Thesauro.

Tandem orator praetermittit quaestionem utrum, Anna quasi domicilium, quod in conservatorio habebat, amiserit mense Augusti eius anni in quo cum Hadriano matrimonium inivit. Nam, inquit, cum praesens controversia non secundum statuta dioecesana, sed secundum ius commune iudicanda sit, parvi interest utrum Anna quasi domicilium amiserit vel non amiserit. In primo enim casu, sub iurisdictione parochi domicilii tutoris in Brasilia remanebat ; in altero sub iurisdictione illius, ratione domicilii, et sub iurisdictione Parochi Conservatorii, ratione quasi domicilii. Numquam igitur Parochus de Pointis competens fuisset.

Quapropter concludit, quum validitas matrimonii initi inter Annam d'Oliveira et......Haclrianum Condere, statui non possit nec per delegationem parochi ordinarii ve alterutrius

coniugis proprii ; nec per praesentiam parochi proprii alterutrius coniugis ; quumque Parochus de Pointis-Inard competens non fuerit, quia Anna non habebat nec habere poterat domicilium, nec iuris nec facti, apud avum maternum, nec quasi domicilium, quia numquam animum habuit permanendi per maiorem anni partem à Pointis-Inard, et in facto ibi commorata sit non ultra quatuor menses ; consequens est matrimonium, de quo agitur, nullum esse ex defectu formae Tridentinae, uti declaravit Archiepiscopalis Curia Parisiensis.

ANIMADVERSIONES S. VINCULI DEFENSORIS. Vinculi Defensor ex adverso animadvertit Annam non solum minime probare matrimonium celebratum fuisse contra praescriptum legis; sed invincibilia duplicis generis argumenta luculenter demonstrare celeberrimo S. Concilii Tridentini capiti *Tametsi* in celebratione praesentis matrimonii apprime satisfactum fuisse.

Sane inquit, nec contradictores infìciari audent, Annae avo materno parochum proprium fuisse rectorem paroeciae oppiduli Pointis-Inard. In promptu est iurisperitus Alphonsus Marseaux Delevigne, qui iurat : « C'est à Pointis-Inard que le grand-père (Annae) habitait toujours, été comme hiver; c'est là qu'il avait sa maison . . . . Le grand-père de Mlle d'Oliveira était, je le répète, établi à Pointis-Inard avec sa petite fille depuis sept ou huit ans, au moment ou se fit le mariage ». Concinunt Emmanuel de Bast-Brusley, Dna Roccas et Sac. Boube Parochus loci.

Iam vero, inquit orator, quidquid sit de quasi-domicilio Annae apud sanctimoniales de Saint Maur des Feuillants, facile est demonstrare verum eius domicilium a tempore obitus parentum ad matrimonii celebrationem fuisse apud avum maternum. Non enim scimus Annam alios proximiores avúnculo materno habuisse. Iure autem pupillorum domicilium censetur esse apud proximiores. Et sane *Lex i Cod. Ubi pupilli educari debeant* (ibi): «Educatio pupillorum nulli magis quam matri eorum, si non vitricum eis

induxerit, committenda est. Quando autem inter eam et cognatos et tutores super hoc orta fuerit dubitatio, aditur praeses provinciae, qui inspecta personarum qualitate et coniunctione perpendet ubi puer educari debeat. Sin autem aestimaverit apud quem educari debeat, is necessitatem habebit hoc facere quod praeses iusserit ». Insuper *Lex 2 Cod. eod. tit.* (ibi): « Utrum nepos tuus ex filia apud te, an apud patruum suum morari debeat, ex singulorum affectione et qui magis ad suspicionem ex spe successionis prior sit, aestimabitur ». Item *Lex 1 ff. eod. tit.*

Quocirca, arguit vinculi defensor, dum de pupillae Annae domicilio quaerimus, inspicere praeprimis debemus, quid hac de re statuerint, non tutor, sed proximiores ex eius propinquis, seu avus maternus; ac an et quid decreverit praetor seu tolosanae provinciae praeses. Tolosana namque in provincia morabatur Anna, quando orbata est parentibus; tolosana in provincia sedem habebat avus maternus, sibi proximior, qui Annae semper exhibuit, ceu prostat in actis, luculentissima dilectionis argumenta. Quinimo tolosana in provincia nempe in pago *Estadens* domicilium ab anno 1876 habebant ipsi Annae parentes.

Certe, pergit orator, omnia signa voluntatis acquirendi domicilium, ceu tradit Rota *decis. 172, n. 3, part. 8 recent.*, sunt habitatio familiae ac bonorum stabilium emptio. Iam vero pater Annae ad memoratum locum *Estadens* se transtulit cum familia ac domum ibidem emit. Etenim Maria Rendu ait : « Estadens, propriété dont Mlle d'Oliveira avait hérité de son père ». Concinunt Dna Roccas, Dna Bertranda Estrade et Sac. Cortese, parochus emeritus loci.

Neque negotium facessit, urget orator, quod parentes Annae tributum naturae solverint in Brasilia. Eo namque reversi, fuerant non animo ibi permanendi, sed peculiare tantum negotium, aditionem scilicet paternae haereditatis, expediendi. Profecto ipsamet Anna iurat: « Mes parents sont restés là (à Estadens) jusqu'en 1879, époque où mon père et ma mère retournèrent au Brésil pour régler la suc-

cession de mon grand-père paternel. Ils y moururent tous deux en un an.' 1879-1880 ».

Quapropter inter aegrae somnia mentis amandanda sunt, iuxta vinculi defensorem, omnia quae ex adverso obiiciuntur de pupillae Annae domicilio Brasiliensi. Et reipsa, praeterquam quod veri prorsus absimile est quod Annae parentes filiolam, duodecim annorum, in Gallia reliquerint, si ad Brasiliam animo permanendi remeassent; mortuis parentibus, Anna patriam, Brasiliam, statim reperisset, si quod antiqui brasiliensis domicilii reliquium superfuisset. Dum de matrimonii celebratione egit, municipii praeses actum, ut aiunt, civilem minime permisisset, consule brasiliensi inaudito. At Anna, prosequitur sacramenti vindex, per quatuor illos annos qui inter parentum mortem et celebrationem matrimonii intercesserunt, ne somnio quidem cogitavit Brasiliam ; nec magis de brasiliensi consule cogitavit praeses municipii, cum actum illum quem nuncupant civile matrimonium, explevit. Et Anna expletis nuptiis una cum viro ad loca primum Gaillac, dein Estadens, postea Pointis-Inard ac demum Paris penates asportavit. Quoad Brasiliam Anna ingenue fatetur: « Je ne suis pas retournée au Brésil, si ce n'est après mon mariage, en 1895, pour un voyage dans ma famille ». - Alibi : - « Je fis un voyage de trois mois pour aller au Brésil chez mon tuteur ». Ex postremis hisce verbis colligitur, notat orator, praesto Annae in Brasilia haud fuisse non solum domicilium sed nec propinquos, sin minus patruo tutore proximiores.

Nihilo tamen secius, ait vinculi defensor, reverendissimus Parisiorum iudex inquit : « Attende ates domicilium necessarium puellae aetate maioris apud patrem et matrem esse, eisque vita functis apud tutorem translatum esse ac proinde in casu, de quo agitur, puellam d'Oliveira in Statu Brasilii domicilium necessarium post mortem matris habuisse ».

At huiusmodi parisiensis iudicis assertio est aequa lance pensanda, quia pendet ab ea, inquit orator, iustitia vel iniu-

stitia sententiae adversus matrimonium ab ipso editae. Ideoque orator testamentum petit, quo patruus dicit tutor Annae a patre datus. Et testamentum illud actis in primis, inserendum est, quia, prosequitur, matrimonii nullitas decerni non licet, nisi certa sit, ceu planum est, tutoris constitutio, cui nullitas matrimonii inniteretur. Deinde, addit videndum est an decreto iudicis constet tutorem recte datum esse. Videndum postremo est an patruus datus sit tutor principaliter personae, seu potius ad expedienda negotia, v. g. paternam haereditatem ab ipso aditam, ad res fortasse in Brasilia sitas vel ad alia huiusmodi. Nam *lege 15 ff. de testam. tutel.* cavetur: '« Si tamen tutor detur rei africanae vel syriacae, utilis datio est. Hoc enim iure utimur ».

Aliquid adsimile contigisse in praesenti causa liquet vel ex quo pacificum est, ait orator, actum civilem expletum fuisse absque saepedicti patrui consensu, quamvis gallicae leges districte vetent actum illum, quem per summam iniuriam vocant matrimonium civile, absolvi sine consensu parentum aliorumve vicem eorum gerentium ; cum res est prouti in praesenti, de minorennibus. Nec putandum est, inquit, nisi argumentis idoneis demonstretur, municipii praesidem ignorasse aut spernere ausum fuisse legem lippis et tonsoribus notam et communitam severis poenis contra transgressores.

Sed fìnge paulisper, pergit vinculi defensor, datum fuisse tutorem absolute, non tam rebus quam pupillae Annae personae ; non tamen exinde consequitur apud tutorem translatum esse in Statu Brasilii domicilium necessarium pupillae. Scitissimum namque est tutelam et educationem inter se diversas esse, ut advertit Rota in *decis. 271, n. 9, joart. S recent.* Pupillis enim pater tutorem dat quemcumque etiam extraneum : ubi autem iidem degere debeant, praeses provinciae decernit auditis proximioribus, uti probatur *ex leg. 1 Cod., Ubi jpupil. etc.* et *ex leg. 2 C. eod. tit.: Utrum nepos.*

Quam doctrinam italicus codex (artic. 278) ita perstringit: « Il consiglio di famiglia qualora la tutela non sia esercitata dall' avo paterno o materno potrà deliberare sul luogo in cui il minore debba essere allevato e sull' educazione che convenga dargli, sentito lo stesso minore, quando abbia compiuto l'età di anni dieci».

Praeterea, erga pupillam Annam maiorem affectionem esse in avo materno quam in patruo non solum sanguinis coniunctio, sed praesertim facta eloquentissima demonstrant. Dum enim ignoramus omnino, ait vinculi defensor, quibus Annam beneficiis ornaverit patruus, de avo materno ;Anna profitetur: « Nous nous sommes installés chez nous dans une propriété de mon grand-père à Estadens ». Quae verba innuere videntur ea oppiduli Estadens bona, quae in dominium parentum Annae transierunt, non tam empta quam donata fuisse. Annae vero vir in suis ad Emum S. C. C. Praefectum uteris die 23 Februarii 1902 scribit: «Elle (Anna) a vécu chez son grand-père, qui l'a élevée, recueillie, mariée et dotée ».

Quapropter considerandum etiam est, advertit orator, num versemur in casu expenso a Rota in *decis. 12, n. 1, part. 9 rec.* dum docet : « Permissum est pupillo eligere sibi domicilium ad effectum obtinendi tutorem in eo loco in quo domicilium contrahere voluit, cum hic actus non videatur tendere in illius detrimentum, sed potius respicere eius utilitatem, eo quia commodum illi sit habere tutorem in pluribus locis, et hoc etiam voluit Azzotus.... et probat hoc a simili, quia sicuti potest pupillus adrogari sine tutore et occasione dictae adrogationis sortitur domicilium patris adrogatoris, ita etiam censeri debet illi licitum esse domicilium eligere sine tutoris auctoritate ».

Sed quid sibi volunt parisienses actorum moderatores, quaerit sacramenti vindex, dum castra ponunt in verbis « domicilium necessarium - domici! de droit »? Nonne compertissimum est in quaestionibus de proprio alicuius parocho attendi solummodo domicilium facti seu habitationis ?

Ad domicilium duo necessaria omnino sunt, animus et factum, si alterutrum desit, domicilium exulat. Quocirca tum arbitrari poteris domicilium Annae d'Oliveira tempore initi matrimonii translatum fuisse apud tutorem, cum tibi demonstratum fuerit Annam antequam nuberet, domum patrui pedem admovisse, et cum nupsit, animum retinuisse ibi manendi. Profecto ne ipsum quidem originis domicilium in pretio habetur, si nupturiens ab eo recesserit.

Ad rem Sánchez *de matrim, disp. 23, n. 7 :* « Tenendum est parochum solius originis non censeri proprium ad coniungendos aliquos matrimonio. Probatur, quia *Tridentum,. sess. 34, cap. 1 de reform, matrim,* petit assistentiam proprii parochi ad matrimonii valorem: illa autem dicitur propria parochia et dioecesis alicuius, in qua habet domicilium habitationis, et proinde nomine domicilii, in dubio non venit originis domicilium , sed habitationis. Secundo, quia non origo, sed habitatio constituit aliquem parochianum, et ita canonica portio, quae ius quoddam parochiale est, non datur parochiae originis, sed habitationis ».

Lambertini seu Benedictus XIV in *XXXIII Instruct, ad clerum bononien., num. 6,* docet: « La seconda (fra le cose risolute dalla Sacra Congregazione, e nelle quali concordano gli autori) si è, che nella materia del matrimonio il proprio parroco sia quello del domicilio e non quello dell' origine. Nella materia dell' ordinazione essendo proprio ordinario non meno quello del domicilio che quello dell'origine, lasciavasi luogo al dubbio, se ciò ancora dovesse dirsi nella materia del matrimonio; in tal maniera che per assistere ad esso dovesse aversi per proprio parroco non meno quello del domicilio che quello dell'origine. Ma essendosi considerato che, secondo il senso ovvio delle parole, il proprio parroco s'intende quello del domicilio, e che, quando i sacri canoni hanno voluto comprendere sotto le dette parole anche quello dell' origine, 1' hanno espresso, com' è succeduto nella materia dell' ordinazione, e non è succeduto nella materia del matrimonio, a questi fon-

damenti è appoggiata la comune opinione suddetta, che, nella materia del matrimonio, il proprio parroco sia quello del domicilio, e non quello dell' origine. E questa opinione fu abbracciata dalla Sacra Congregazione del Concilio in una causa *Mutìnen. matrim,* ai 18 di Novembre del 1702, come può vedersi nel lib. 52 de' Decreti alla pag. 403, e come può vedersi nel voto della sempre eh. mem. del signor Cardinale Bandino Panciatici, Prefetto in quel tempo della Sacra Congregazione, in cui dottamente sostenne, doversi seguitare l'opinione, che il parroco del matrimonio non sia quello dell'origine, ma quello del domicilio ».

Hac ob oculos habita doctrina suo quisque intellectu facile percipit, pergit orator, Annam d'Oliveim anno 1,875, necdum aetatem decem annorum adeptam amisisse brasiliense originis domicilium, ineunte anno 1876 quaesivisse domicilium in pago Estadens cum parentes eius una cum filia lares ibi fixerunt. Exeunte anno 1876, Anna, cum collocata est in gynaeceo monialium de Saint-Maur des Feuillants, si quasi domicilium inibi adepta sit, non tamen amisit domicilium in Estadens, quo tempore vacationum revertebatur non tam animo rusticandi quam animo manendi apud suos.

Anno 1880, cum Anna orbata est parentibus, ad saepedictum Martin, avum maternum, sive quia ipse puellam a parentibus commendatam habebat, sive quia erat ex propinquis Annae proximior, sive quia ipse in affectione erga pupillam erat nemini secundus, spectabat educationi et habitationi pupillae consulere. Exinde factum est ut pro educatione perseveraret in gynaeceo; pro domicilio autem nec avo nec Annae nec aliis propinquis placere poterat ut pupilla instructam domum in Estadens haberet. Sed tam amor avi in neptem, quam neptis voluntas et utilitas fuerunt, ut pupilla ad domum avi materni transferret penates. Quod reipsa factum est; et Anna, parentibus vita functis a gynaeceo tempore vacationis re vertebatur ad avum maternum eodem prorsus animo, quo antea pergebat in Estadens ad parentes.

Reque vera spectatissimus sacerdos Honoratus Boube, parochus pagi Pointis-Inard testatur: « Quant au dom.icil réel de Mlle d'Oliveira, l'opinion dans la paroisse est qu'elle le possédait à Pointis-Inard auprès de son grand-père, qui remplaçait les parents défunts auprès de sa petite fille en la faisant instruire et en la dotant ». Et praeses monialium de Saint Maur des Feuillants aeque iurat: « Quant au domicile de fait Mlle d'Oliveira avait été confiée par ses père et mère au grand-père maternel Mr Martin ». Ipsamet actrix obtorto collo fatetur: « Pour moi, les bans ont été publiés à Pointis ».

Marchionissa du Crozet, testis ab actrice inducta, iureiurando affirmât : « Si on nous avait demandé où elle demeurait en France, nous aurions certainement repondu : chez son grand-père, soit à Toulouse, soit à Pointis suivant l'époque de l'année ». Concinunt Hadrianus Couderc, Annae vir, Marreaux Delavigne, et Rosa Couderc Tien de Bart-Brusley, quae, sacramento interposito, testatur: « Arrivée du Brésil à l'âge de neuf ans, Mlle d'Oliveira, confiée par ses parents à son grand-père maternel, Mr Martin, demeura avec ce dernier à Pointis-Inard jusqu'au moment de son mariage, sauf le temps passé à la pension ».

« On a établi que Mlle d'Oliveira avait domicile à Pointis-Inard, parce qu'elle y vivait avec son grand-père depuis sa jeunesse, et qu'elle en était considérée comme héritière ».

Tametsi, urget orator, fìnge actricem tempore initi matrimonii nequaquam lares habuisse à Pointis-Inard, habuisse quasi domicilium apud moniales de Saint Maur, et adhuc retinuisse domicilium in pago Estadens ; matrimonii nihilominus valor, iuxta oratorem, aeque subsisteret.

Etenim diebus nostris cum passim contingat ut incolae, famuli praesertim ac adolescentuli habitationem immutent atque de una ad aliam se transferant paroeciam, prudentiores parochi atque ordinarii locorum, in verbis cap. *Tam-*

etsi Conc. Trid. « de ipsius parochi seu ordinarii licentia » remedium quaesierunt contra nullitates matrimoniorum, quae bona sive mala nupturientium fide ex immutatione parochiae facile consequi possunt.

Siquidem Tolosana dioecesis inter statuta haec habet : « Ut omne tollatur dubium de parocho qui matrimonio interesse debet, haec pro nostra dioecesi in praxi tenenda decernimus: I° domicilium ad matrimonium requisitum sola habitatione statim acquiritur si publica sit et cum animo manendi. 2° Illi qui domicilium retinentes in aliqua parochia (dioecesis) in altera ad tempus versantur, possunt matrimonium contrahere sive coram parocho domicilii sive coram parocho loci in quo residentiam actualem habent si spatio saltem unius mensis ibi iam commorati fuerint ».

Recitatas cautiones, ait vinculi defensor, plenam roboris firmitatem obtinere > praeterquam quod liquet ex quo tridentini patres dum induxerunt christifidelibus, ut matrimonium celebrarent coram quocunque sacerdote de parochi seu Ordinarii licentia, haud certam formam praescripserunt, qua parochi sive ordinarii licentiam illam concedere deberent ; sed contenti fuerunt verbis : « de parochi seu ordinarii licentia ». Iamvero luculentissimum memorat documentum Vinculi Defensor editum a, S. C. C. in *Colonien, diei 18 Martii 1893(1)* quo in rescripto S. C. C. ratam habuit praxim admittendi ad matrimonium rite ineundum iuxta formam Conc. Trid. etiam nupturientes ab uno vel ab altero mense in paroeciae morantes ; et haec praxis probata est, quatenus *mutua delegatio* concessa intelligitur inter parochos alicuius civitatis, annuente Episcopo. Sane in citata Colonien, dubium : « *An constet de nullitate matr h nonio r iun quae contrahuntur iuxta praxim de qua in casu ab Buio Archiepiscopo Coloniensi proposito* » dimisit responso : « *Negative et ad mentem* ». Mens autem est ut eidem Emo Archiepiscopo Colonien, scribatur quod, ad evi-

(1) Recole Vol. XXV, 641.

tanda incommoda ex enunciata praxi utcumque oritura, opportunum foret in ea servari modum a consultore theologo traditum: scilicet ut mutua illa generalis delegatio parochis non sit permissa nisi accedente Ordinarii approbatione et delegatione una cum facultate etiam subdelegandi : insuper ut eadem mutua generalis delegatio limitanda sit ad casum quo res per petitionem proclarnationum factam non iam est integra, idest restringenda ad solos parochos domicilii a sponsis relicti, et quoad durationem ita determinanda sit ut expiret si a die ultimae proclamationis (exclusive) elapsi sint duo menses sive 60 dies completi, vel tot dies completi quot iuxta dioecesana statuta requiruntur ut denuo fiant proclamationes, si intra illud tempus matrimonium hoc fuerit celebratum: optandum vero ut Emus Archiepiscopus utatur huiusmodi facultate tantummodo pro maioribus suae archidioecesis civitatibus ».

Concludit vinculi Defensor animadvertens, posse se impune concedere, citra oompertissimam veritatem, Annam in parochia Pointis-Inard minime domicilium habuisse. Etenim cum nemo inficiari audeat in paroecia Pointis habitasse ultra mensem antequam matrimonium iniret, et in tolosana dioecesi commoratam constanter fuisse ab anno 1875, primum in paroecia Pointis, deinde in parochia Estadens ac apud moniales de Saint Maur; valor matrimonii aeque consisteret.

Hisce animadversis, propositum fuit enucleandum

Dubium

An sententia Curiae Archiepiscopalis Parisiensis diei 27 Decembris 1901 sit ***COÌI****firmanda vel infirmanda in casu.*

RESOLUTIO. S. C C . re disceptata sub die 26 Apr. 1902 censuit respondere: *Constare de nuditate matrimonii.*

EX S. CONGREG. INDULGENTIARUM

DECRETUM Urbis et Orbis; quo Christifidelibus, qui sive publice sive privatim, mense iunio, oraverint in honorem SSmi Cordis Iesu, nonnullae conceduntur Indulgentiae.

Quo cultus erga Sacratissimum Cor Iesu per Catholicam Ecclesiam tam late diffusus adhuc maiora incrementa susciperet f. r. Pius IX per Decretum S. Congregationis Indulgentiarum d. d. 8 Maii 1873, nec non SSmus Dnus Nr. Leo Pp. XIII per literas Emi S. Rituum Congregationis Praefecti sub die 21 Iulii 1899 ad universos Episcopos transmissa^ eum morem in pluribus Ecclesiis iam obtinentem, ut per integrum mensem iunium varia pietatis obsequia divino Cordi praestarentur quam maxime commendarunt, eique Indulgentias adnexuerunt.

Quoniam vero de eisdem Indulgentiis ab utroque Pontifice concessis pro memoratis piis exercitiis, mense Iunio peragendis aliquod dubium obortum fuerit, ad illud removendum, immo ut fideles amplioribus etiam collatis gratiis spiritualibus ad cultum eiusdem SS. Cordis validius excitentur, Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita, utendo facultatibus a SSmo Dno Nro. specialiter tributis ea decernit quae sequuntur.

Omnes Christifideles, qui sive publice, sive privatim peculiaribus precibus devotique animi obsequiis in honorem SS. Cordis Iesu mense Iunio corde saltem contrito vacaverint, Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum semel singulis dicti mensis diebus lucrentur.

Qui vero Christifideles privatim tantum singulis dicti mensis diebus praefata obsequia praestiterint simulque una die vel intra memoratum mensem vel ex octo prioribus mensis Iulii vere poenitentes, confessi ac S. Synaxi refecti aliquam Ecclesiam vel publicum Oratorium visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis pias preces effuderint, Plenariam Indulgentiam consequentur.

Quam quidem plenariam Indulgentiam etiam ii fideles lucrentur, qui saltem decem in mense vicibus eiusmodi exercitiis publice peractis interfuerint itemque supra memorata pia opera adimpleverint.

Quas omnes Indulgentias eadem S. Congregatio etiam animabus igne purgatorio detentis fore applicabiles declarat.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die 30 Maii 1902.

L. * S. S. CARD. CRETONI, *Praefectus.*

f FRANCISCUS SOGARO Archiep. Amiden., *Secretarius.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

DECRETUM. Iaceen. Confirmationis cultus praestiti servae Dei Eurosiae Virg. et Mart. Sanctae nuncupatae.

Eurosiam Virginem virtute ac progenie praeclaram saeculo octavo floruisse refert traditio non paucis documentis firmata. In quodam specu pagi de Yebra prope Iaccam in Hispania aliquandiu latuit, ut catholicam Fidem sancte servaret neve cum illius detrimento in manus saracenorum incideret. Detecta vero, ducis eorum blanditiis aeque ac minis spretis, se fidelem Christi sponsam ostendit, Deumque inter cruciatus confessa, brachiis,,pedibus et capite amputatis, martyrii palmam et virginitatis coronam adepta est. Sacrum Corpus, Fidelium pietate collectum primo atque reverenter humatum, providente Deo, anno circiter 1072 in lucem editum singulariter honorari coepit. Sepulcro enim mire reperto, Sanctae Martyris exuviae solemni pompa et devoti cleri populique frequentia ad Iaccensem Ecclesiam Cathedralem translatae, ibidem honorifice conditae fuerunt; relicto tamen venerando capite ipsi Ecclesiae praedicti pagi de Yebra. Quum vero ab illa reliquiarum translatione cultus huic Virgini et Martyri praestitus per tot saecula absque interruptione perse vera verit; neque solum intra Hispaniae fines sed etiam ad alias Europae regiones praesertim Italiae propagatis, magis in dies auctus fuerit, maxime penes ruricolas caelestem eius opem invocantes, ad pluviam praesertim congruentem supra agros et fractus impetrandam, hodiernus Iaccensis

Episcopus cum Capitulo suae Cathedralis Ecclesiae a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII, per Decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei 30 Augusti 1901, attentis specialibus praefati cultus circumstantiis, a Processu Ordinario conficiendo dispensationem obtinuit ea tamen sub lege, ut casus exceptus a Decretis Urbanianis per authentica documenta comprobaretur. Quibus documentis rite perquisitis, exhibitis praeloque impressis, inter quae eminent Apostolica Indulta Summorum Pontificum Gregorii XIII, et Leonis XII super memorato cultu, praemissa eisdem prouti de more iuridica informatione ad instantiam ipsius Rmi Dñi Episcopi Iaccensis vota etiam Capituli ceterique cleri et populi sibi commissi promentis infrascriptus Cardinalis Sacrae Rituum Congregationi Praefectus et Causae Relator in Ordinario eiusdem Sacri Consilii Coetu, subsignata die, ad Vaticanum habito, sequens dubium discutiendum proposuit : « *An constet de casu excepto a Decretis sa. me. Urbani Papae VIII, nempe de cultu ab immemorabili tempore praestito Sanctae Eurosiae V. et M. ?* » Et Emi ac Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus mature perpensis atque audito R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, respondendum censuerunt : « *Affirmative seu constare* » Die 22 Aprilis 1902.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni PP. XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua resolutionem eiusdem Sacrae Congregationis ratam habuit et confirmavit, die prima Maii, eodem anno.

D. CARD. FERRATA, *S. R. C. Praef.*

L. * S.

f D. PANICI Archiep. Laodicen., *Secret.*

DECRETUM. Cochinchinen., Tunquinen. et Sinarum Beatificationis seu declarationis martyrii VV. Servorum Dei Stephani Theodor! Cuénot Episcopi Meteliepoiitani et Sociorum in odium fidei interfectorum.

Instante Rmo P. Petro Xaverio Cazenave Societatis Missionum ad exteros Postulatore Generali, super Causa Cochinchinen., Tunquinen. et Sinarum Beatificationis seu Declarationis Martyrii Venerabilium Servorum Dei Stephani Theodor! Cuénot

Episcopi Metellepolitani et Sociorum, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Caietanus Aloisi-Masella huiusce Causae Ponens in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis Rotalibus subsignata die ad Vaticanum habitis iuxta Apostolicas dispositiones annis 1878 et 1895 editas, sequens Dubium discutiendum proposuit : « An constet de validitate Processuum Apostolica Auctoritate constructorum necnon Inquisitionum ab Ordinariis locorum habitarum, item de obedientia praestita decretis sa: me: Urbani Papae VIII super non cultu in casu et ad effectum de quo agitur? » Sacra porro eadem Congregatio, omnibus accurato examine perpensis audito etiam R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, respondendum censuit: « Affirmative ad utrumque, adiectis interrogatoriis quae desunt in Apostolicis processibus Tunquini Occidentalis et Cambodiae: et supplicandum Sanctissimo tam pro sanatione ob defectum iurisdictionis in Ordinario Processu Tunquini Occidentalis, quam ut documenta authentica ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide et ad Parisiensem Societatem Missionum ad exteros transmissa quae in Causae Introductione Ordinariorum Processuum loco ex Apostolica Venia admissa sunt, habeantur in linea aequalis probationis cum Processibus Apostolicis, reliqua vero ut adminicula ». Die 18 Martii 1902.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostri Leoni PP. XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis, Sanctitas Sua petitae sanationi ceterisque postulatis benigne indulgens, resolutionem Sacrae eiusdem Congregationis probavit, die prima Maii eodem anno.

D. CARD. FERRATA, *S. R. C. Praef.*

L. * S.

f DIOMEDES PANICI Archiep. Laodicen., *Secret.*

DECRETUM. Leodien. Confirmationis Cultus ab immemorabili tempore praestiti Servae Dei H e vae Sanctimonia!! reclusae S. Martini Leodiensis Beatae [et Sanctae nuncupatae.

Heva Leodiensis Virgo, quae saeculo XIII vixit, arctissimo foedere cum B. Iuliana Virgine Cornelionensi ita coniuncta fuit, ut ambae ad cultum erga suavissimum Eucharistiae sacramentum per orbem diffundendum collatis viribus impensissimo ege-

rint. Adhuc puella ad solitariam vitam a divino sponso vocata, in montem penes Ecclesiam S. Martini secessit. Sancti propositi constantia ab hoste maligno aliquantum tentata, sapientibus Iulianae monitis et sancta conversatione confirmata fuit. Opus quod haec in vita iuxta revelationem, uti perhibent, in coenobio montis Cornelii prope Leodium habitam, strenue aggressa fuerat, Heva superstes feliciter perfecit. Ea enim instantissime flagitante, Festum Corporis Christi anno 1246 a Roberto Episcopo Leodiensi introductum, et anno 1252 a Cardinali Hugone a S. Charo, Legato Alemanniae approbatum, in universa Ecclesia quotannis Feria V post Octavam Pentecosteos cum Officio et Missa a S. Thoma Aquinate compositis celebrari iussit Summus Pontifex Urbanus IV. Qui ipsimet Hevae nuntium et gratulationes ea de re suavissimis litteris significavit; in quibus haec emicant verba: « *Magnificat anima tua Dominum et eocultet spiritus tuus in Deo salutari tuo, quia viderunt oculi tui sulutare tuum, quod paravimus ante faciem omnium populorum: Laetare insuper quia Omnipotens Dominus tribuit tibi desiderium cordis tui et voluntate labiorum tuorum non fraudava te caelestis gratiae plenitudo* ». De ortu, vita ac gestis Ancillae Dei praecipua documenta periisse mirandum non est, quum ipsa Ecclesia S. Martini penes quam Heva vitam usque ad exitum duxit, anno 1468 a militibus ducis Caroli de Burgundia devastata fuerit. Attamen in Processu Informativo Leodiensi nuperrime confecto et Sacrorum Rituum Congregationi exhibito plurima congesta sunt documenta ex quibus deprehenditur Dei Famulam virtutibus et meritis ornatam, quadraginta post annos ab inito recessu S. Martini, ibidem in Christo quievisse, eiusque corpus solemni pompa et Fidelium concursu ad Ecclesiam deductum, in ea honorifice fuisse conditum, apposita ad monumentum a Canonicis imagine Ancillae Dei una cum tabulis laudationis. Quod sacrum corpus deinceps, antiquo templo diruto et saec. XVI novo et ampliori suffecto, in hoc usque in praesens religiose asservatur et colitur. Quum vero iudex delegatus ab Episcopo Leodiensi, absoluto Processu, favorabilem protulerit sententiam super cultu immemoriali, magis in dies increbescente, praedictae Servae Dei exhibito; instante Rmo Dno Felice M. de Neckere Archiepiscopo Melitensi et Causae Postulatore, atque attentis litteris postulatoriis Rmorum Antistitum Belgici Regni, praeeunte Emo ac Rmo Dno

Cardinali Petro Goossens Archiepiscopo Mechliniensi, necnon Rmi Capituli Ecclesiae Cathedralis Leodiensis, hodierni Parochi decani Basilicae S. Martini atque Antistitae generalis Instituti Belgici Adorationis perpetuae SSmi Sacramenti, Emus et Rmus Dnus Cardinalis Vincentius Vannutelli, Episcopus Praenestinus et eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis S. R. C. Comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: *«l^An sententia lata a iucliee delegato in Processu Ordinario Leodiensi super cultu ab immemorabili tempore praestito praefatae Servae Dei, seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII sit confirmanda in casu et ad effectum de quo agitur ?* » Atque Emi et Rmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus accurate perpensis auditoque R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuerunt : « *Affirmative seu sententiam esse confirmandam* » Die 22 Aprilis 1902.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habuit et probavit, die prima Maii, eodem anno.

D. **CARD**. FERRATA, S. R. C. *Praef.*

L. % S.

D. **PANICI**, Archiep. Laodicen. *Secret*

DECRETUM. Tunquinen. seu Ordinis Praedicatorum Beatificationis seu Declarationis Martyrii VV. Servorum Dei Hieronymi Hermosilla Ep. Miletopolitani Ord. Praed. Vicarii Ap. Tunquini Orientalis, Valentini Berrio-Ochoa Ep. Centuriensis Ord. Praed. Vicarii Ap. Tunquini Centralis, Petri Almato Sacerdotis Missionarii eiusdem Ordinis et Iosephi Khang indigenae in odium fidei interemptorum.

Per decretum Sacrorum Rituum Congregationis diei 21 Ianuarii 1869 Pius Papa IX fel. rec. indulsit, ut dubium de Causa *Tunquinen. seu Ordinis Praedicatorum* introducenda quorundam Servorum Dei qui ab anno 1856 ad annum 1862 in Tunquinensi Regione, imperante Tu Due, ob catholicam Fidem, uti perhibetur, necati fuerunt, in peculiari eiusdem Sacrae Congregationis Conventu proponeretur, habitis, loco Processus Informativi, relationibus authenticis ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide a Vicariis Apostolicis transmissis, et audito

in scriptis voto pro veritate R. P. D. Sanctae. Fidei Promotoris. Ob peculiares tamen rationes Rmus P. Maurus M. Kaiser Ordinis Praedicatorum Postulator Generalis a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII per Decreta 4 Martii etil Aprilis vertentis anni obtinuit, ut quatuor Servorum Dei a ceteris seiunctorum Causa quantocius et seorsim ageretur. Quorum tres in Hispania orti sunt et ad Sancti Patris Dominici Familiam pertinent; nempe: *Hieronymus Hermosilla* qui patria S. Dominici Calecatensis, dioeceseos Lucroniensis, relicta, Valentinam civitatem concesserat ubi, auspice et curante Archiepiscopo, ad pietatem et ad litteras informatus primaevam transegit aetatem. Adolescens Dominicianum Institutum ibidem amplexus, religiosis votis nuncupatis, ad Insulas Philippinas transmigravit. Sacerdotio initiatus atque in Tunquinenses regiones missus, brevi post Vicarius Ap. Tunquini Orientalis renunciatus, Episcopus Miletopolitanus consecratur. Apostolici muneris atque verae Fidei observantissimus, quum sexagesimum primum aetatis annum iam attigisse!, ab infideli milite proditus in Orientalis Provinciae Metropolim traductus est. Forma iudiciali vix servata, in carcerem atque in vincula coniectus tandem capite caesus fuit una cum sodalibus, die prima Novembris anno 1861. — Alter in dignitate, in officio, in religione et in passione socius *Valentinus Berrio-Ochoa* in oppido *Elorrio*, dioecesis Victoriensis, die 14 Februarii 1827 natus et in Seminario Lucroniensi excultus, de conscientiae suae moderatoris consilio, die decima sexta Octobris an. 1853, Ocaniam se contulit Familiam S. Dominici ingressurus. Tyrocinio expleto, ad Insulas Philippinas profectus est, et anno 1858 in Tunquinum transmeavit. Perspecta eius virtus effecit ut a Vicario Apostolico Tunquini Centralis statim in adiutorem pastoralis officii eligeretur. Illo ab ethnicis interfecto, hic episcopali infula ornatus, eidem missioni praefectus, munus sibi concreditum sedulo adimplevit. In Orientalem Tunquini Vicariatum ab ethnica insectatione compulsus, dum ibi ministerium apostolicum occulte quidem sed pro viribus gerebat, in iisdem naviculis in quibus quatriduo ante Hieronymus Hermosilla captus fuerat, ab ethnico medico proditus, die 25 Octobris a satellitibus comprehensus est. Canga et catenis onustus et ad civitatem Hai Duong deductus, postea stipiti alligatus capitalem poenam, eadem die prima Novembris, pro Christi Fide, fortiter subiit. — Tertius in agone sistit *Petrus Al-*

mato in pago Sancti Felicis-Saserra, dioecesis Vicensis, anno 1830 natus et in Collegio Ordinis Praedicatorum Ocaniae institutus. Quem Ordinem religiosum, consulente suae conscientiae moderatore Ven. Antonio Maria Claret, ingressus, sacris disciplinis operam dedit. Superiorum deinceps mandatis parens ad Insulas Philippinas migravit, ubi sacerdos effectus Dei proximique amore flagrans Tunquini missioni se operarium obtulit, atque, praehabita venia, anno 1855 illuc appulit. Ob infirmam tamen valetudinem qua laborare coepit et propter persecutionis acerbitatem quae filum latere coegit, Missioni opem assiduam afferre non potuit, prouti animo exoptabat. Ethnici delatoris iudicio defectus et in carcerem quo antistites Hermosilla et Berrio-Ochoa detinebantur, missus gloriosam pro Christo mortem eodem tempore oppetiit. — Quartus adest Christi athleta *Iosephus Khang* indigena, anno 1832, in oppido Tra Vi, Provinciae Nam Dinh, ex christianis parentibus ortus. Quum tredecim esset annorum in disciplinam et famulatum sacerdotis Nañg traditus, penes illum moribus regionis aliquantisper indulgens decennium transegit. Annum agens decimumquartum latinis litteris bonisque moribus incubuit, transiens ob excita tam persecutionem in pagum Mot, ubi antistes Hermosilla illum in alumnum et famulum suscepit. Una cum suo Praesule captus et vinctus, post carcerem et verbera, ut a Fide descisceret, eisdem die et anno quibus ceteri tres, licet ab iis seiunctus, postquam, sicut ipsi, crucem conculcare, in signum defectionis, praecise renuisset, sanguinis effusione Deum coram hominibus confessus est. Haec et alia testantur tum supradictae Informationes ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide transmissae, tum Processiculi subsequentes in variis Tunquini partibus Ordinaria Auctoritate conditi, atque speciales Inquisitiones Additionales annis 1893 et 1894 intra fines Vicariatus Tunquinen. Orientalis, Centralis et Septentrionalis confectae. Eapropter, instante praelaudato Postulatore, atque attentis litteris postulatoriis quorundam Emorum S. R. E. Cardinalium atque Ririorum Antistitum aliorumque ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, Emus et Rmus [Dnus Cardinalis Caietanus Aloisi-Masella huius Causae Relator in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis Comitiis, subsignata die, ad Vaticanum habitis, sequens dubium discutiendum proposuit: *«An sit signanda Commissio Introductionis Causae in*

casu et ad effectum de quo agitur ». Et Sacra eadem Congregatio, omnibus accurate perpensis, audito etiam voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde Sanctae Fidei Promotore, rescribendum censuit: *«Affirmative seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit* ». Die 22 Aprilis 1902.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni "Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae eiusdem Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae praefatorum quatuor Venerabilium Servorum Dei, die prima Maii eodem anno.

DOMINICUS CARD. FERRATA, 5. *R. C Praefectus.*

1. * S.

f D. **P**ANICI, Archiep. Laodicen., 5. *R. C Secret.*

»MagfjD---

FODIANA Beatificationis et Canonizationis Servae Dei Sor. Mariae Caelestis Crostarosa Fundatricis Monasterii a SS. Salvatore nuncupati in Fodiana civitate **(1).**

Divinis humana testimonia sese addidere. Cum enim, Falcoia impellente, Neapoli Theologorum conventus habitus sit, qui de tota hac re iudicaret, hi omnes concordi suffragio in conscriptis regulis operam Dei admirandam esse censuerunt. Paulo post S. Alphonsus, qui Mariam Caelestem primo Satanae astubus circumventam indicaverat, inde re melius perspecta, eam a divino Spiritu permotam declaravit. Qua re cognita, ipse Scalensis Episcopus [auctoritate sua novas illas regulas ratas atque confirmatas voluit. Moniales vero omnes, illa prae primis, quae simultatum princeps tantum Famulae Dei bellum indixerat, ipso suadente S. Alphonso, mira voluntatum consensione die Pentecostes anni 1731 regulas excipiunt, ac solemniter profitentur, quin tamen usque ad diem illum exaratis regulis aliquid scripti Falcoia ex suo penu adiecisset, quemadmodum, haud historice quidem, R. Patri Berthe asserere visum est. Hoc unum pro certo habendum est, Falcoiam, qui

(1) Recole huius Vol. XXXIV, pag. 432, 356 seqq. ut integrum processum tiabeas Sor. Mariae Caelestis Crostarosa.

iam regularum causa bis suum animum a Famula Dei averterai, tandem haud invitum in istorum omnium ivisse sententiam-

Famulam suam, post acceptas in monasterio Scalensi regulas, pacato tranquillitatis otio perfrui non sivit Deus. Gravia enim rerum discrimina saevioresque vexationes eam manebant, quibus illius virtutes magis magisque probarentur, et omnium oculis conspicuae apparerent. Divino afflante Numine, praedixerat ipsa Alphonso a Ligorio illum Sodalitii virorum futurum fundatorem, quod a SS. Redemptore esset nuncupandum. Aderat vero Scalensi in aiede novitia quaedam, quae, decepta ipsa Falcoiam moderatorem assentationibus suis decipiebat, illud prae primis vaticinata, eum, non vero Alphonsum, instituendae Congregationi fore praepositum : id se divinitus edoctam affirmabat. Huic levioris ingenii adolescentiae paullo libentius suas accommodât aures Falcoia, atque ita ipsius consiliis se duci patitur, ut ad eius monita Servae Dei conscientiam moderari non dubitet. Quae divinitus iussa, renuit se diutius illo suae conscientiae moderatore uti posse, atque Sacerdotem unum sibi satis esse asserit, qui a consuetis Monialium confessionibus excipiendis erat. Tantae hinc in Falcoiae animo irae exarserunt, ut monasterium universum in Servam Dei commoveret. Omnes- eam fatuam, vel diabolica fraude irretitam pronunciant: in laquear monasterii, tamquam in carcerem, eam coniiciunt: aegrotae nullam adhibent curationem : humano consortio et omni solatio excludunt: ab ipso germanarum sororum adloquio prohibent: quod gravius adhuc est, quominus coelesti pabulo reficiatur vetant: tandem ad generalem Monialium conventum eam adducunt: votum emittere iubent, se nullo non tempore conscientiae suae arbitrum Falcoiam habituram. Negante se id posse facere, quod Deo non probaretur, illam e monasterio, religiosis exutis vestibus, per summam iniuriam, eiiciunt.

Haec omnia Censorem nostrum solertissimum adeo non fugiunt, et ea sub numeris Animadversionum suarum 25 et 2fi- commemoret, eadem usus narratione, quam in Processu testes XXVIII et LXII prodidere. Verum ita inde argumentatur ad num. 27. « Sed enim haec indubitanter, uti putant testes, de R. P. Falcoia asserere non licet, iis enim, quae de praeclaris praestantissimi viri virtutibus maxime in positione super virtutibus tunc Ven. Alphonsi de Ligorio passim traduntur, aperte pugnant et sapientissimo praesertim iudicio contradicunt, quod

de eodem S. Alphonsus tulit, qui R. P. Falcoia obitum excipiens, a lacrimis temperare nequivit». Id primum Adversarium rogare mihi fas sit, ne inflexuoso itineri sese committat, cum simplex atque directissima ipsi pateat via. Agimus nimirum de facto historico: facta autem historica non coniecturis nimis longe petitis, sed veridicis documentis ac certis testimoniis assequi debemus. Atqui huiusmodi documenta vel testimonia abunde nobis in causa suppetunt. Iis igitur, non obliquis speciosisque argumentis, rem nostram dirimamus.

Sane quod, Falcoia potissimum auctore, gravissimis vexationibus obnoxia iverit Dei Famula atque, ipso demum iubente, e Scalensi monasterio eiecta fuerit, res est adeo certa, ut eam non modo testes XXVIII et LXII, quos Censor compellat, sed et alii plures unanimi consensu disertissime affirmare non dubitent. Audi quaeso, exempli gratia, quae testis I habet: « Poiché un'altra Religiosa aveva anche sentito quello, che la Serva di Dio aveva confidato alla maestra delle novizie e questa aveva cominciato a dire di essere state anche a lei fatte le stesse rivelazioni, il Rmo Falcoia ingannato dalle false rivelazioni di questa, dirigeva lo spirito della Serva di Dio per mezzo dei suggerimenti di questa ultima stessa, e tanto più che questi quasi credendo alla profezia di dover essere il capo della nuova Congregazione, e non S. Alfonso de'Liguori, come diceva (e -si avverò) la Serva di Dio; per un certo spirito di amor proprio favoriva e Credeva veritiere le parole della prima, e non quelle della Crostarosa... Però dalla vita stessa rilevasi, che, uscita da detto monastero per le persecuzioni avute, ed essendosi consigliata con altri Padri Spirituali, questi meravigliaronsi di aver così lungamente sostenuto di farsi dirigere dal P. Falcoia, quale era giunto fino a pretendere giuramento di non allontanarsi mai dalla sua direzione». Testis XXXIII ita fatur: « Intanto succeduto un nuovo Padre Spirituale a S. Alfonso, nè volendo la Serva di Dio avvalersi di lui nella direzione del suo spirito, per motivo di coscienza, andò incontro per opera dello stesso Padre Spirituale a penitenze, ad isolamenti, e finalmente perchè non volle giurare di valersi della direzione dello stesso Padre Spirituale, come in pieno capitolo avevano deliberato le Religiose, fu dalla comunità espulsa ». In idem reddunt quae a teste XL VI asseruntur : « La Serva di Dio, leggesi nella vita, che non volle più dipendere per motivi di coscienza dàll'istesso

Falcoia, ma dal suo ordinario confessore. Questo fatto fece nascerle continua ed aspra persecuzione, fino a farla cacciare dal monastero di Scala ». Eadem fere habet testis LXIII. Inquit enim : « Nessuna causa la Serva di Dio, nessun motivo diede ella alle sue persecuzioni : fu l'inganno del confessore che facendo odiare la Serva di Dio, che non voleva di lui servirsi per direzione dello spirito, sol perchè si accorse che egli voleva regolare la sua anima secondo i dettati di una novizia, che ella conosceva illusa, pose in capo di tutte le Religiose a perseguitare la Serva di Dio, dando loro ad intendere che questo esigeva il verace zelo cattolico e la gloria del Signore ». Atque iterum : « Però mentre andava prospera la prima opera, quella cioè del monastero di Scala, ed era per mandarsi ad effetto l'altra per la Congregazione degli uomini, cominciò l'opera tenebrosa dell'Inferno a destarsi con più vigore contro la Serva di Dio: le si mosse una fiera persecuzione nella comunità, alla cui testa le fu nemico lo stesso Padre Spirituale, sol perchè non volle essa servirsi di lui nella direzione dello spirito ecc. ».

Huc accedit quod ipsa Dei Famula in suae vitae commentario, quem suorum moderatorum iussu tam nativo animi candore atque tanta veritate exaravit, illa eadem tribuat Falcoiae, quae de ipso indubitanter, uti putat Censor egregius, asserere non licet. Confer enim huius commentari capita 51, 52, 53, 54, 55; tota gravissimarum illarum vexationum historia, sane dolenda, tibi obversantur, quas animo adeo demisso atque penitus Deo fidenti perpessa est Maria Caelestis, quaeque a Falcoia, vel imperante vel suadente, inlatae ipsi sunt. De ipso enim haec scribit: « Queste lettere della consaputa Religiosa posero tanto fuoco di zelo nel cuore di quel Padre Spirituale, che ordinò alle Monache ed alla Superiora che mortificassero quella Religiosa, e che la privassero della comunione, e che niuno più vi parlasse ». Vel etiam.... « una di quelle tre Religiose, che avevano mossa questa tribolazione col Padre Spirituale delle monache...». Atque iterum: «Intanto cominciarono a minacciare la consaputa Religiosa, ed era del tutto avvisato dalle monache il consaputo Padre Spirituale ». Alibi: « All'incontro il consaputo Padre Spirituale, essendo uomo di senno e prudenza, in questo caso tanto il demonio lo offuscò d'intelletto, che perde ogni prudenza». Praeterea: «Vollero di propria loro volontà cacciarla col capitolo da esse fatto per consiglio

del Padre Spirituale». Nec non: «Ma fatte che ebbero tutte queste operazioni (nempe quod Famulam Dei in carcerem detruserint, atque eam omni humano adloquio prohibuerint) « le Religiose per ordine del consaputo Padre Spirituale... ». Ad haec: « Le altre Religiose, che non avevano colpa, ma erano state tirate dalla Superiora e dal Padre consaputo... ». Demum: .... e quasi tutte non avevano avuto parte alcuna in questa tribolazione, ma venivano forzate dal Padre Spirituale ». Haec quidem adeo perspicua sunt, ut nulla commentatione ea indigere existimem.

Quid quod ipse R. P. Berthe, licet in rebus a Falcoia gestis laudandis nimius plerumque sit, haec eadem tamen silentio praeterire non potuerit, et verbis non obscuris tot aerumnarum, quas Maria Caelestis patientissime toleravit, ipsum Falcoiam fuisse auctorem inficiari non auserit? Inquit sane: « Cette résistance irrita les supérieurs (Falcoiam intellige), qui trouvèrent bon pour l'amener à résipiscence ou du moins lui ôter toute influence, de la confiner dans sa cellule (non de eius cellula, sed de carcere in laqueari posito actum est) et d'interdire tout rapport avec elle. Bien que très souffrante de corps, Marie-Céleste accepta cette nouvelle épreuve avec la plus grande soumission ». *(Op. cit. tom. I, lib. II, cap. II. pag. 139).* Atque paucis interiectis : « Pour mettre fin à cette tourmente, Falcoia, qui n'admettait pas les demi-moyens, décida qu'il fallait frapper un grand coup. Par son ordre, ou du moins par ses conseils, la mère supérieure fit savoir à la soeur qu'elle serait exclue du couvent, si elle refusait de souscrire à l'une des trois conditions suivantes: la première, de cesser toute correspondance avec Tosquez; la seconde de signer de sa main les règles élaborées par Mr. Falcoia; la troisième enfin, de s'engager par voeu à lui confier comme auparavant la direction de sa conscience. Sur les deux premiers points Marie-Céleste ne fit aucune observation, mais elle ne crut pas pouvoir accepter la troisième... parce que de graves motifs de conscience l'empêchaient et l'empêcheraient toujours de se lier par un pareil vœu» *(Op. cit. tom. I, ibid. pag. 139, 140).* Cum igitur traditionis atque historiae documenta ita se habeant, a veritate ne abscedere videbimur, si factum hocce adeo lucide iisdem documentis consignatum asserere non dubitemus?

Sed enim haec aperte pugnant, inquit eruditissimus Censor,

cum iis, quae de praeclaris praestantissimi viri virtutibus maxime in positione super virtutibus tunc Ven. Alphonsi de Ligorio passim traduntur. Absit quidem, ut quid vel minimum de virtutum ac doctrinae laude eximii illius viri demere nobis in animo sit. At nonne fieri potest ut praestantissimi etiam viri in errorem iudicii aliquando inducantur ? Nonne ita omnis homo est a natura comparatus, ut aliquid humani interdum patiatur? Advertas autem velim, quod si paullo severior sententia illa videri poterit, quae in allatis documentis continetur, ea modo tantum obiectivo, ut scholae loquuntur, accipienda est, non vero ratione habita ad actum voluntatis, prouti quid formalis mali animo intendatur. Quod quidem haud subtile commentum nostrum est, sed in ipsa historica veritate fundamentum habet. Certissimum enim est non modo testes nullum verbum in narratione sua protulisse, quod pravam hominis voluntatem denotet, sed ipsam Mariam Caelestem adeo caute, et tanto caritatis studio, rem hanc totam pertractasse, ut quos sibi tot insectationum causam fuisse cognoverat, perpetuo excusatos vellet, nil aliud illos sibi proposuisse existimans, nisi animarum sanctitatem atque divinae gloriae obsequium: «... solo si è qui detto quello, che con spirito di verità è succeduto, così dell'Opera del Signore come delle frodi dell'inimico, lasciandone il giudizio a Colui, che è giudice dei vivi e dei morti » (*Vita di Suor Maria Celeste Crostarosa, lib. I, cap. 48).* Et alibi: «Indi più sensitivo le faceva vedere che dai suoi più cari ed intrinseci amici perseguitata e calunniata, contradetta dai Servi di Dio e da persone dabbene, che ciò facevano con zelo, credendosi di operare per gloria di Dio » *(Ibid. cap. oí).* Et paullo post: « Tutto questo lo facevano per zelo, e per fine al loro parere giustificato... » *(Ibid. cap. 61).* Adhuc: « Ma il tutto per fine di zelo, stimando fare sagrifìcio a Dio, cosi disponendo il Signore...» *(Ibid. cap. Oí).* Atque etiam: «Sebbene non con male intenzioni, perchè in verità le anime erano buone » *(Ibid. cap. 63).* Quid plura? Adeo Dei Famula nefas sibi duxit, ut vel minimum alienam famam ipsa laederet, ut iam e monasterio Scalensi egredi iussa, cum de hac re octogenarium parentem certiorem facere cogeretur, memorandum illud epistolium ipsi miserit, in quo quid magis mireris, perfectissimam ne eius animi demissionem, an singularem erga proximos caritatem, dubium tibi sit. « Vi dò avviso come queste buone Religiose del mona-

stero per le mie imperfezioni mi hanno licenziata e vogliono che io esca da questo loro monastero, così disposto da Dio. La prego far ritrovare un monastero per essere ivi conservata sino a tanto che Dio disporrà, e perchè non è bene di stare a casa secolare. La prego a non affliggersi, che Dio provvedere; e mi benedica, e le bacio i piedi ». *(Ibid. cap. 54).* Adeo simplici narratione veritati illa obsequuta est, ut caritati etiam sanctissime consultum voluerit!

Ceterum nihil auspicatius accidere nobis poterat, quam ut egregius Fidei Adsertor mentionem faceret in Animadversione hac sua de Positione super virtutibus tunc Ven. Alphonsi de Ligorio. Si enim in Positione tunc Ven. Alphonsi de Ligorio praeclara de Falcoiae virtutibus inveniuntur, multo praeclariora in Processibus tum Ven. Alphonsi de Ligorio, tum Ven. Gerardi Maiellae, quoad virtutes ac sanctimoniam Mariae Caelestis Crostarosae traduntur. Nam passim de illa haec praedicant testes: « religiosa di ottimo spirito; religiosa di santa vita, e morta in concetto di santità; religiosa di santa vita e dotata di doni soprannaturali; religiosa di santissima vita, e da Dio favorita con doni soprannaturali, già morta in concetto di santità ; — ceteras inter easdem Virgines vitae sanctitate ac coelestibus charismatibus eminebat — gran Serva di Dio; — ceteras eas Virgines vitae sanctitate ac coelestibus charismatibus praecellebat, quae... decessit sanctitatis fama commendatissima; - morì in assai conto di santità ; molto prezzata per la perfezione cristiana e religiosa; donna di molta perfezione; donna che fu chiara pel suo nome e per le sue virtù talmente, che anche oggi con molta lode si commemora; donna molto inoltrata nella perfezione, e che si compiaceva assai dei consigli e della direzione degli uomini di Dio; nel medesimo collegio di Caposele, stando Gerardo in mezzo ai suoi congregati disse : — oggi se n'è volata al cielo la bell'anima della Madre Suor Maria Celeste in Foggia —. Ciò avvenne nei dì dell'ultima sua malattia, quindi pensarono di verificarlo, e fu trovato verissimo, come Gerardo aveva detto ».

Haec profecto, ni mea me fallit opinio, non quidem praeclara, sed praeclarissima sunt, et quantae aestimatione Famulae Dei sanctitas omnibus semper fuerit, et quanti etiam nunc habenda sit, facile demonstrant. Quod si mens nobis non est, ut haec tam illustria testimonia cum iis comparentur, quae de

Falcoia prolata sunt, siquidem invidiae obnoxia omnis comparatio est, id saltem iure nostro petimus, ut eadem argumentatione uti nobis liceat, quam clarissimus Fidei Vindex pro Falcoia nititur adhibere. Et sane, te iudice, nihil in illum virum oggerere fas est, quia eius prudentiae et doctrinae a pluribus testibus in Positione tunc Ven. Alphonsi laudatur. At virtuti et sanctitati Mariae Caelestis gravioris culpae notam inurere impune poteris, etsi heroicam illam virtutem et sanctissimam vitam tum in eadem Positione tum in altera tunc Ven. Gerardi Maiellae multo plures testes illustriora praedicent testimonia? Id sane Censorem nostrum sibi voluisse quis dixerit, ea nimirum si coniunxerit num. 27, quae in sequenti proxime numero continentur. Absit igitur ut non eadem lance rem eamdem pensemus.

Nunc vero illud superest diluendum, quod adhuc opponit Censor referens quo moerore affectus sit Alphonsus Falcoiae obitus nuncio accepto, quodque iudicium de viro sibi carissimo ipse tulerit. Haec quidem non inficiamur. At videas num ab hac praemissa conclusio illa multo latior sequatur, quam se derivare posse existimat clarissimus Adversarius. Equidem intelligo cur factum sit, quod moderatorem suae conscientiae, sibi morte praereptum, lugeret Alphonsus; nec diffiteor hunc Falcoiae virtutem pluris fecisse. At quomodo inde nobis suadeas Alphonsum ita in Falcoiae sententiam ivisse, ut ea omnia probaverit, quae ab illo contra Dei Famulam gesta sunt, plane non video. Neque ad auctoritatem R. P. Berthe confugito. Ipse enim hac in re tibi adversatur, utpote qui postquam afflictationes Mariae Caelestis atque eius e monasterio expulsionem narratione sua persequutus sit, haec habet, quae oculis amplissimorum nostrorum Iudicum subiicio. « Alphonse était absent lors de ces tristes débats. Au retour de ses courses apostoliques, il ne trouva plus au monastère cette âme privilégiée, qu'il avait pu croire un moment dans l'illusion, mais à laquelle il porta toujours le plus vif intérêt. On peut conjecturer que présent à Scala il eût donné le sage conseil de ne pas exiger de la sœur un voeu, que repoussait sa volonté, exigence qui parait contraire à la prudence aussi bien qu'à la justice». *(Op. cit. tom. I, lib. II, pag. 140).* Neque mirum sane quod ita se gessisset Alphonsus, atque ideo Falcoiam minime probasset, si Scalae tunc temporis degisset. Quippe sanctus ille vir, ea-

tholicae doctrinae adsertor adeo strenuus, ut, qui inter Ecclesiae Doctores recenseretur, meritus sit, probe noverat quid votum sit, quaque ratione illo coram Deo homo obstringi debeat. In sua enim Theologia Morali haec cum D. Thoma, Sánchez, Layman et Salmanticensibus docet: «Votum est promissio facta Deo deliberate de bono possibili et meliori ». Cui definitioni illa addit : « Cum voti obligatio sit gravissima, requiritur intentio, deliberatio et libertas perfecta, qua quis libere et directe in se voluerit promittere cum animo se obligandi». *(Vol. I, lib. III, Tract. II, Cap. 3, pag. 347 Edit. Taurin.).* Quo iure igitur tanto hoc vinculo Mariam Caelestem alligari voluit, aut cur votum hoc renuentem, e monasterio Scalensi amandari Falcoia eam imperavit? Porro, ut iam diximus, nequaquam nobis in animo est ut, si Falcoiam imprudenter atque iniuste hac in re contra Dei Famulam egisse contendimus, aliquid tanto viro de S. Alphonso optime merito detrahamus. At si illum in controversia, quam habuit, obiective loquendo, sui muneris fines praetergressum fuisse afflrmamus, nihil sane nos asserere dicendum esse arbitror, quod a re ipsa atque ab historiae veritate abesse videatur.

Quare magna ex parte nos preoccupasse conclusionem existimamus, quam ex modo disputatis inferre studet egregius Fidei Promotor, haec scribens : « Queis positis, potius dicamus oportet, omnis simultatis caput unam Ancillam Dei fuisse, quae, ut nimium quam par esset revelationibus tribueretur, quas sibi a Deo factas asserebat, novis regulis a se propositis nihil admodum adiici posse contendebat: ideoque praesertim de Rev. P. Falcoia diffidere incepit ». Maria ne Caelestis omnis simultatis caput extitit? At non ipsa calumnias struxit, sed iis lacessita fuit. Non contumelias et obiurgationes ipsa iactavit, sed iis affecta fuit. Aegrotos curatione numquam prohibuit, eam morbo laborantem omni remediorum ope destitutam ac solitudini relictam vidimus. Humanum divinumque solatium nemini ipsa denegavit, sed eo illam undequaque fuisse interceptam pro comperto habemus. Mortalium nullum quominus libero perfrueretur aere impediit, ipsam in carcerem coniectam esse historica documenta certissime referunt. Alienae conscientiae obstacula haud paravit; ipsa iniusto voto se devinciri posse negans, e monasterio pulsa fuit. Haec sane, quae superius sat fuse probata sunt, illud unum demonstrant luculentissime, Famulam

Dei, quin dolendae illi simultati causam ullam ea attulerit, ipsius simultatis innocentem victimam extitisse.

Neque quid minimum veritati refragantur, quae ex R. P. Berthe exscribit diligentissimus Adversarius. Quaero enim: nonne verissimum est cum Falcoiam, tum Alphonsum a Ligorio, tum clarissimum Scalae Episcopum Santoro, tum alios bene multos, vitae probitate et doctrina illustres, Theologos, divinitus esse factum pronunciasse, quod ea a Maria Caelesti panderentur, quae tum de novis regulis tum de nova virorum condenda Congregatione agi deberent? At si verissimum id fuit, quis culpae Dei Famulae vertat, si, cum regulas funditus immutari atque virorum Sodalitium in discrimen adduci cerneret, suos questus de hac re ipsi Falcoiae [illa detulerit? Sane cum tibi de divina voluntate certo constet, non culpae sed observantiae tuae erga Deum argumentum erit, quod, quantum ex te est, studeas ac efficias ut ipsius iussis obtemperetur. Atqui id praestitit Maria Caelestis, quae de se ipsa hoc scriptum reliquit, quod et R. P. Berthe ita gallice versum refert: « Aussi longtemps qu'on délibérait pour savoir si les révélations avaient Dieu pour auteur, je me crus obligée au silence; mais l'œuvre ayant été déclarée divine, je crus devoir resister, dans l'exécution de cette œuvre, aux entreprises, qui me paraissaient entraver ou dénaturer les desseins de Dieu; non pas pour me faire valoir, ce que j'ai en horreur, mais par respect pour la vérité» *(Op. cit. lib. II, cap. II, pag. 133).* Nil igitur mirandum est, si Dei Famula « depuis un certain temps souffrait intérieurement de voir l'évêque de Castellamare interpréter, à sa façon la règle, que Dieu avait révélée. Si Dieu a vraiment inspiré cette règle, disait-elle, comme Alphonse et Falcoia le reconnaissent, il ne doit être permis d'en altérer substantiellement les dispositions » *(Loc. cit. cap. I, p. 121, 122).*

Ad Falcoiam vero quod spectat, illud rogaverim: quomodonam subsequentibus iis verbis, quae ab eodem R. P. Berthe subduntur, ipsum sibimet constitisse tuearis? Mariae enim Caelesti respondentem illum audimus: « qu'après tout ses révélations n'étaient peut-être que des illusions, ce qui mettait à la torture la conscience de la pauvre sœur» *(Ibid. pag. 122).* Atqui licet heic dilemmate isto argumentan. Vel praestantissimus ille vir numquam sibi persuaserat Famulam Dei divinam voluntatem, quoad novas regulas novumque Sodalitium con-

dendum, manifestasse: vel pro certo habuerat eam caelesti afflatu, quoad utrumque, loquutam fuisse. Si id numquam sibi suaserat, cur praeter quam aliis, de Famula Dei ipsi Alphonso testatus est « che quella Religiosa, essendo di santa vita e dotata di doni soprannaturali, ciò tutto aveva saputo con lume superiore»; atque iterum: «che i lumi di quella buona religiosa erano dal cielo »; atque etiam: « che Dio aveva ispirato la Religiosa ». Si vero pro certo habuerat divinitus eam factam fuisse, cur postea certam hanc suam opinionem reprobavit, omnesque Famulae Dei revelationes veluti aegri somnia erroresque ei a Daemone iniectos damnavit? Porro quae R. P. Berthe ad rem hanc exaravit, quaeque clarissimus Fidei Promotor hoc loco in sua Animadversione attexuit, nonnihil commentationis accipiant necesse est ex iis, quae ipsa Famula Dei in sua autobiographia scripsit: «Ma in queste cose non si univano i pareri di tutti i fratelli, e vi cominciarono delle molte contradizioni tra di loro, ed andavano e venivano dal monastero, lamentandosi del consaputo Padre Spirituale, perchè voleva farsi capo di tutti i fratelli e che ognuno fosse stato da lui dipendente e soggetto al suo parere... Il P. D. Vincenzo Mannarini ed il P. D. Giovan Battista Di Donato con il consaputo gentiluomo (Tosquez) divoto si fecero di contrario sentimento a queste cose. Indi ricorrevano al monastero delle Monache e raccontavano tutte quelle controversie, che vi erano tra di loro lamentandosi di tante aggiunte di cose, che faceva il consaputo Padre Spirituale delle Monache. Quel gentiluomo secolare era di parere, che siccome il Signore si era servito di quella consaputa Religiosa per la manifestazione dell'Opera sua, così la medesima consaputa dovesse decidere questa disparità di parere in queste cose dubbie tra i fratelli. Ma i Padre Spirituale niente contento di altro espediente, voleva che tutti unitamente soggiacessero a quello, ch'egli avea determinato. Indi cominciarono le cose a pigliare disparità e contradizioni per qualche tempo, con aggiunta di parole forti, e cominciò ad ^esservi qualche disturbo tacito tra i congregati » *(Op. cit. cap. 47).* Queis illa addenda esse puto, quae paullo inferius leguntur: « Indi (Falcoia) tanto si sdegnò, che diede per sospetta l'Opera del Signore, ed insieme lo spirito della consaputa Religiosa, dopo tanti anni che era già posta in piedi la regolare osservanza del monastero, e da poi che s'era otte-

mito il Decreto dal Vescovo ordinario del luogo per mezzo di quel gentiluomo divoto, siccome nei Capitoli passati si è detto. Indi quando cominciò il consaputo Vescovo a sentire rumore e controversie tra i Fratelli e tra le Monache, per opposto molto si turbò, e temè grandemente di quanto aveva prima fatto, e nel sentire illusioni e distinzioni perde il concetto dell'Opera non solo, ma la stima ed il concetto della Religiosa, e temè grandemente perchè egli era slato quello che aveva confermato con tanto vantaggioso decreto le regole consapute. Indi fece sentire alle Monache che gli restituissero detto Decreto... » *(Op. cit. cap. 49).* Neque haec praetermittenda sunt. « La consaputa Religiosa ancor ella cominciò a temere d'esser stata ingannata. Se le oscurò quell'interno lume del Signore totalmente, e sebbene ella nella passata tribolazione, prima d'effettuarsi l'Opera di Dio, patì le persecuzioni e tribolazioni, siccome si è scritto nei capitoli scorsi, allora però fu un flore di travaglio, perchè allora ebbe ella dal Signore tante confìrmazioni interne, e tutte le Religiose in suo favore, ed il P. Spirituale che l'assicurava. Ma in quest'ultima tribolazione non fu così, perchè non solo nell'interno non fu dal Signore illustrata, ma sentiva dentro dell'anima dense tenebre ed oscurità. Indi più sensitivo le faceva vedere, che dai suoi più cari ed intrinseci amici perseguitata e calunniata, contradetta dai Servi di Dio, e da persone dabbene, che ciò facevano con zelo, credendosi di operare per gloria di Dio. Indi dal monastero cominciarono le battaglie di tutte quelle Religiose compagne per'volontà di Dio, e da intime amiche di carità le si cambiarono in tanti rigorosi giudizi severi, così disposti dal Signore. Tutto questo lo facevano per zelo e per fine al loro parere giustificato, perchè talmente s'imbrogliarono le cose per opera dell' inimico, che non vi era stata azione minima che non fosse stata giudicata e condannata rea, senza sinistro appreso dalle consapute Religiose.... Intanto la Religiosa suddetta Vedendo non esser fuoco da potersi smorzare, si ritirò nella sua cella in silenzio ai piedi del Signore orando, ed umiliandosi nel suo nulla, perchè ella pensava essere stata causa di queste tribolazioni per le sue imperfezioni» *(Ibid. cap. 51).* Profecto haec omnia perspicuum faciunt, ex qua parte prudentia atque caritas desiderata sit. Hoc etiam patet, si quid humani ac minus laudan-, dum tot simultatum tempore interfuit, non quidem Dei Ancillae,

sed iis, qui ipsi adversad sunt, tribuendum esse. Et re sane vera, haud ipsa domi forisque turbas excitavit, aut profanorum hominum ludibrio Dei Opus obiecit, aut immoderatius aliqua in re se gessit. Nihil quippe contra aliquem meditans, neque cuiuslibet opinioni ita umquam iudicio adhaerens, ut ceteros minori in Christo amore diligeret aut minori animi coniunctione amplecteretur, « tutta si abbandonò, quemadmodum ipsa de se testatur, nelle braccia della divina Provvidenza, aspettando in pura ed oscura fede ciò, che Dio ne volesse cavare da una sì tenebrosa battaglia, che il suo interno era così derelitto da ogni lume di consolazione così divina che umana » *(Ibid. cap. öl).*

Neque egregio Adversario nostro assentire possumus, qui postquam simultatum caput unam Ancillam Dei fuisse adeo immerito pronunciaverit, quia, inquit, novis regulis a se propositis nihil admodum adiici posse contendebat; hac eadem de causa praesertim factum esse affirmat, quod Maria Caelestis de R. P. Falcoia diffidere inceperit. Quod profecto dici non potest, utpote quod non modo gratuitum, sed plane iniuriosum Famulae Dei est, de se scribenti se, si quid egerit in tuendis regulis, eo spectasse ut veritati quidem, minime vero ut suae aestimationi consuleret, a qua maxime abhorrebat. « Non pas pour me faire valoir, ce que j'ai en horreur, mais par respect pour la vérité ». Quae sane verba haud dici potest oblitum esse humanissimum Censorem nostrum, siquidem et ipsum ea ex R. P. Berthe remasse vidimus. Ceterum nihil nobis opus est, ut interpretando divinandoque nos ipsi causas effingamus, cur Maria Caelestis de Falcoia primum diffidere, mox illi, ne amplius in posterum suam conscientiam moderaretur, nuncium remittere coacta est. Rem enim hanc totam pandunt testes; potissimum vero testes I, LXII, XXVIII, XXXIII, LXIII. Ipsa vero Dei Famula eo, quo solet animi candore, illius facti causas in sua autobiographia enarrat: quarum haec prima fuit, quod ancipiti saepe animo haerentem atque varias inter dubitationes nutantem se ipsi praeberet Falcoia, ita ut qua via incedendum, quaeve consilia ipsi capienda, haud satis viro, ceteroquin egregio, innotescere viderentur. « Ella aveva sofferto un'interna battaglia d'allora che il Signore le rivelò l'Opera del nuovo Istituto, che le durò sino a questo ultimo tempo; che erano passati ben cinque anni col consaputo Padre Spirituale,

da cheterà principiata l'Opera del Signore sino a questo tempo della divisione dei Fratelli... Così tenne egli la consaputa Religiosa sempre in pena, croci, timori, e perplessità di spirito. D'allora che quel suo compagno (P. Filangieri) sopra narrato pubblicò tante cose, e fece tante consulte in Napoli contro l'Opera del Signore, disapprovando lo spirito della consaputa anima, sempre il detto Padre restò vacillante». *(Op. cit. cap.* 47J. Altera causa fuit, quod quaedam iunior Monialis tum temporis in monasterio Scalensi commorabatur, quae revelationes visionesque iactitans, Falcoiae adeo assentabatur, ut illud etiam secum Deum communicasse asseveraret, ipsum non vero Alphonsum instituendae Congregationi "praefuturum. Iam vero « era questa giovane molto approvata dal P. Spirituale delle Monache, e tanto si avanzò nel concetto di questo direttore, che era quella che regolava detto P. Spirituale per la guida delle altre Religiose del monastero, dicendo che aveva avuto dal Signore il discernimento degli spiriti. Onde entrava alla manifestazione di molti segreti di coscienza per via di rivelazioni. Era amata singolarmente dal P. Spirituale delle Monache, ed era stimata anima semplice, che Dio vi si comunicava, e con questo concetto era approvata del tutto... Fu tale, che il P. Spirituale pigliava i suoi consigli per regolare la consaputa Religiosa nei suoi dubbii, che le venivano circa lo spirito di quell'anima, che aveva ricevuto le regole ecc. » *(Op. cit. cap. 48).* Atqui Mariae Caelesti sat indiciorum fuerat, cur iunioris huius Monialis dictis fidem prudenti iudicio non tribueret. Qua in re eam non fefellisse suam opinionem eventuum exitus probavit. Ut cetera enim missa faciam, Congregatio cui a Sanctissimo Redemptore inditum est nomen, unum Alphonsum a Ligorio Conditorem ac Patrem suum habuit atque coluit. Ad Mariam Caelestem quod attinet, haec ipsa de se adhuc refert: « All'incontro vedendo la consaputa Religiosa, che aveva ricevute le regole del Signore, che quel Padre Spirituale andava a turbare l'Opera del Signore, e l'unione tanto necessaria dei Fratelli, ricorse al Signore nell'orazione, e gli fece sentire che non sarebbe stato più suo Padre Spirituale, e che ella se ne ritirasse, perchè non era sua volontà che fosse suo direttore » *(Ibid. cap. 47).* Non igitur ulciscendi se causa, quia regulis a se propositis nihil admodum adiici patiebatur, vel quia ipsi hoc erat in votis ut nimium quam par esset suis revelationibus tribueretur, sed ob causas

(sequitur)

longe alias Dei Famula id cepit consilii, ut Falcoiae fidem suam minueret, ipsumque conscientiae moderatorem non amplius adhiberet.

Sed inquies : non ita se gessit S. Alphonsus a Ligorio, qui parendi Falcoiae quoad omnia votum emisit. Et quidem rectissime- atque sanctissime id egisse reponam, cum eius adiuncta alia forent, ut ad maiorem gloriam Deo, maiusque sibi bonum comparandum, illud votum ipsi suaderent. Quid ni plurimum laudes? Deo certe impellente id fecit. At immane quam diversa Mariae Caelesti adiuncta, quam diversa conditio! Illa enim, Falcoia rectore, eo se adductam fatebatur, ut non modo ipsius menti ille lucem non afferret, sed noctis veluti tenebras ei perpetuo offunderet: non modo animi moerorem vel anxietates non demeret, sed praeposteram in significationem eius ipsa responsa accipiens, eam novas in angustias coniiceret. Haec quidem vox divina non esse videbatur, quae ipsam ad Falcoiam diutius sequendum invitaret; multo minus vocem divinam dixerim, quae illam ad se totam Falcoiae voto devinciendam compelleret. Neque vero mirandum est quod vir aeque doctus ac pius Famulae Dei gubernandae minus aptus iudicaretur. Non raro enim in Sanctorum historiis legimus Sacerdotes, doctrina et pietate valde laudandus, in uno vel altero Dei Famulo in viis Domini ducendo suo muneri impares fuisse. Qua in re testem appellasse sufficiat Theresiam a Iesu, Virginem sanctissimam, quae gravissima se perpessam esse enarravit ob illos, qui, vel eius confessiones excipiendo, vel eius conscientiam moderando, neque abditiora multoties atque singularia ipsius animi introspiciebant, neque eas semitas intuebantur, quibus eam progredi debere Deus portendebat.

Age vero: quod Maria Caelestis conscientiae suae negotia haud amplius cum Falcoia communicaret, iniquissime accidit Alphonso, qui Dei Famulam vehementer improbavit celeberrima illa epistola ad eam missa, quam tandem in lucem prodere ab egregio Fidei Vindice iubemur. Eius dicto audientes, libentissime id facimus. Illam igitur epistolam una cum epistola responsionis Mariae Caelestis in adiecto Summariolo edidimus, quibus et nonnulla alia documenta addimus, quorum alia ab humanissime Censore exquiruntur, alia sponte damus, utpote certe utilia quae in hac causa ob oculos habeantur. Haec sane documenta a RR. PP. a Sanctissimo Redemptore accepimus, ipso-

rumque pro iis urbanitati gratias quam plurimas habemus. Verum ad subiectas documentis notulas quod spectat, monemus nonnihil nos a clarissimo earum scriptore in una alterave re historica dissentire.

At nullum causae obstaculum opponi inde posse ipsam S. Alphonsi epistolam atque temporum adiuncta, queis illa scripta fuit, perpendenti, facile patebit. Primum enim reputes velim S. Alphonsum numquam voluntatis culpam, sed iudicii errorem in Dei Famula coarguere voluisse. Ab ipso S. Alphonso id disertissime docemur hisce verbis: «che io non mai ti ho condannata nella volontà, come già ti ho scritto, ma solo nel giudizio proprio ». Illud etiam advertendum est, S. Alphonsum maximi fecisse Famulae Dei auctoritatem, utpote quam plurimum valere posse existimabat ad dissidentium animos sedandos, eosque Falcoiae conciliandos. Quare nihil intentatum reliquit, quo illam ad Falcoiae partes pertraheret. Postremo hanc vehementiorem epistolam ei misit, ut, quod maxime habebat in votis, assequi niteretur. « Cette détermination de Marie-Céleste mit Alphonse dans une véritable désolation. Il portait un immense intérêt à cette âme comblée des dons les plus précieux, et dont Dieu s'était servi pour lui faire connaître sa vocation. D'un autre côté, cette démarche de la soeur allait doubler les forces de ses compagnons dans leur opposition à Falcoia. Il employa tous les moyens pour la faire revenir sur sa résolution. A son instigation la mère supérieure du couvent et d'autres soeurs attachées à Marie-Céleste essayèrent, mais en vain, de modifier ses dispositions. C'est alors qu'Alphonse lui écrivit une admirable lettre, dans laquelle il établit clairement le principe fondamental, qui domine toute cette discussion, c'est-à-dire l'absolue nécessité de s'en rapporter, pour terminer les divisions, à l'autorité de Mr. Falcoia » *(B. P. Berthe, op. cit. lib. Il, cap. II, pag. 133, 134).* Illud etiam historice certum est, Falcoiae in primis deberi, quod Alphonsus tum temporis Scalam se conferret, Mariam Caelestem hortaturus, ne ab illius spirituali ductu abscederet. Quae vero, cum morbo correpta lectulo sic detineretur, ut ne pedem quidem e cubiculo efferre posset, a sanctissimi viri adloquio abstineri coacta est. Interim per monisterium iniuriosus rumor, quarum opera mitto quaerere, volitabat, eam haud aegritudine corporis laborare, sed pietate frigescere. Quo rumore ipso Alphonso

forte decepto, aliqua suspicio ei suboriri potuit, Mariam Caelestem non impedimento morbi, sed defectu humilitatis secum colloqui récusasse; quare iustam novamque causam sibi esse duxit, cur, ad eius spiritum frangendum, paullo acriore sermone uteretur. « Vi si aggiunse poi l'infermità del corpo, il •quale erasi siffattamente indebolito di forze, che pativa molti deliqui, con una febbre che la distruggeva. Avea una inappetenza, che non poteva cibarsi neppure pel sostentamento necessario. Tanto si declinò di forze, che si pose in letto inferma, senza aver niuno aiuto, nè sollievo umano, perchè niuna Religiosa poteva visitarla, nè vi furono mandate dalla Superiora infermiere, nè tampoco la consaputa Superiora vi andava a visitarla, anzi non era creduta inferma, ma freddezza di spirito-indi (S. Alfonso) la fece chiamare, dicendo che voleva parlarle ma la consaputa Religiosa si scusò con dirgli che stava poco fjene, e non poteva calare. Lui le scrisse una lettera d'un foglio pieno di dottrina, e fatti successi su di anime perdute per inganni ed attacchi spirituali» *(Vit. cit. cap. 51).* Congruit testis I haec habens: « Questa, decisa di lasciare la direzione di Monsignor Falcoia, così malamente informato, fece sì che S. Alfonso de' Liguori, che era diretto nello spirito dallo stesso Falcoia, si recasse nel monastero per insinuarle a rimanersi sotto la direzione dello stesso, secondo questi gli aveva detto, ma poiché la Serva di Dio non potè calare alla grata, a motivo che era inferma nel letto, lo stesso S. Alfonso, credendola non inferma, ma raffreddata nello, spirito ed altiera, scrisse la lettera surriferita, quale lettera la Serva di Dio ricevette con santa umiltà e rassegnazione di spirito, scrivendoli lettera di ringraziamento ». Unum adhuc nobis animo ob versetur necesse est, amplissimi Iudices. Alphonsus, voto suscepto, se Deo obligaverat ut Falcoiae singulis in rebus pareret. « De plus je fais vœu de ne jamais consentir au moindre doute sur ma vocation, et d'obéir en tout à Falcoia » (Berthe, *ibid. pag. 125).* Quapropter ita illi animum adiecerat, ut non modo quae ipsi imperaret, absque mora capesseret, sed etiam, quantum fieri poterat, in iis quoque, quae humanis opinionibus relicta sunt, unam mentem unamque cogitationem, ut ita dicam, cum ipso haberet. Atqui etiam de Maria Caelesti in Falcoiae sententiam ivisse Alphonsum nemini dubium erit, tum biographiam a R. P. Berthe conscriptam (Cap. II per totum), tum documenta alia histo-

rica consulenti. Cuius rei argumento sunt verba cuiusdam epistolae, ad S. Alphonsum a Stabiensi Episcopo olim missae die 16 Martii anni 1733, quae sic se habent: « Mandatemi la lettera scritta a Celeste». Pagina vero insequenti haec leguntur: «Mi dispiace il pianto di Suor Maria Celeste; perchè mi dispiace il suo dolore. Che se fosse quel dolore e pianto, che nascesse dalla sorgiva del pentimento, non mi dispiacerebbe, anzi me ne rallegrerei. Bramo però con tutto lo spirito, che si facciano tutte le possibili diligenze per scoprire la caggione (sic) del suo pianto, e quali sieno quelle cose, che sono passate tra lei e D. Silvestro (Tosquez). Il Confessore, la Madre Suor M. Deodata, Suor M. Cristina ecc. ne possono avere e rintracciare qualche lume, per bene di quell'anima e dfel povero monastero. Che vuol dire questo: che non può lasciar D. Silvestro per le cose tra loro passate? Com'entrano in questo le visioni e le rivelazioni ? » Severiora haec sunt: nonnulla autem, ut mox videbimus, haud veritati conformia, etsi tamquam verissima Falcoiae relata fuerint. Verum cum clarissimus hic vir tali indole praeditus fuerit, ut de eo dici posset: « un de ces caractères déterminés, qui ne reculent ni devant les hommes, ni devant les événements » nec non «qui n'admettait pas le demi-moyens» (Berthe, *ibid. pag. 138, 139)* ; nequaquam mirari debemus, si hac in controversia ita fldum sibi habuit adiutorem Alphonsum, ut hic Mariae Caelesti scripturas, una cum eius sententia, austerum etiam et paullo rudiorem animum a suo moderatore accepisse videretur. Ipse Alphonsus id sensit, qui summam severitatem iudicii atque verborum cum summa humanitate temperans, haec subdit aliquando : « Io è vero che ti ho scritto» con termini aspri e forse troppo ». Atque alibi: « Perchè non ti puoi credere, quanto mi pesi il vedermi costretto, alcuna volta, a trattare aspramente qualche persona, tanto più che io tengo, che ogni cosa meglio si fa col buono, che colPasprezza ». Iterum vero: « Del resto poi se forse io ho ecceduto per mancanza di riflessione e per il mio zelo indiscreto, e tu ti senti offesa da me, io mò e sempre te ne cerco perdono e voglio che tu espressamente mi perdoni: e starei ora pronto per baciarti i piedi mille volte, se mi fosse lecito, in aver trattato così una sposa diletta di Gesù Cristo, e se Falcoia me lo permette, io voglio in pubblico, avanti a tutte cercartene perdono ». Queis haec mitissima verba addenda sunt: « Tutto quello che ti ha

scritto, Celeste mia, te l'ho scritto, perchè ti voglio bene in Gesù Cristo: se me ne vuoi male, mi farai torto ».

Hisce praeiactis, duas illas S. Alphonsi epistolas, quae mutuo se explent atque unum quid efficiunt, penitius investigemus. Porro duo in iis potissimum quaeritur atque etiam exprobrat Ligorius. Primum est quod Maria Caelestis pro moderanda conscientia sua a Falcoia recesserit. Alterum est, quod eidem Falcoiae, cum de nova Congregatione instituenda disputatum est, se fautricem non adiunxerit.

Ad 1. vero quod pertinet, quis sibi in animum induxerit sanctissimum illum virum eadem de Maria Caelesti scripturum fuisse, idemque de ipsa latorum iudicium, si ipsi ea omnia antea comperta fuissent, quae Famula Dei in sua responsione demississima patefecit? Nihil sane in hisce litteris invenies, quod humanum sapiat, nihil quod fluxarum rerum amore permoveatur. Spirant omnia animi demissionem : sanctitatem veritati amice coniunctam omnia spectant. « In nome del Padre, del Figliuolo e dello Spirito Santo, dopo lunga orazione prendo la penna in nome del Signore per dire l'uldimi (orthographiam emendare non ausimus) miei sentimenti, per poi non mai più apprire la mia bocca su di tale materia, nè la mia mente a penziero veruno, onde chiamo il mio Dio in testimonio, avanti della qui presenza e di tutte le creature del mondo do testimonianza vera dello stato della mia propria coscienza... » *(Lettera autografa della S. di Dio Suor Maria Celeste Crostarosa, die ecc.).* Mox causas illas enumerat, ob quas certum deliberatumque ipsi fuit, ne ampiius Falcoiae conscientiam suam regendam traderet. Inter has vero causas nequaquam divinum lumen recenset: quod etsi affulsisse sibi commemoret, minime tamen se illi acquievisse affirmat, quippe quod deceptiöni atque errori obnoxiam eam facere potuisset. Accipe iam causas istas: « Estra i lumi, che ricevuti avea da un anno, e non feci conto nè l'attesi per tanto tempo, ebbi tre motivi e cause, che mi mossero a tale risoluzione, e mi mossero ad effettuare quei lumi non per i lumi, nè per credito, ma per le ragioni che estra di quelli io avea nella mia anima. — La prima fu che per tanti anni di guida e chiarezza fatta a lui, era mai sembré detto Padre in una certa perplessità oscura di mente su le mie strade, e questo mi rendeva insicura la condotta del camino, onde giudicai che il Signore non si volesse compiacere per tale ca-

naie darmi lume chiaro e certezza di caminar bene e sicura. ~ Secondo motivo fu che tutte le mie parole, detti e fatti, o in qualche abbondanza di spirito o in un certo moto di purità di Dio straordinario, che ben spesso mi ingombrava, quale mi faceva dire de i spropositi, senza che io m'accorgessi, lui per volontà di Dio li prendeva in sinistri senzi ed assai londani da quelli, che in me proceduti erano : onde le sue risposte mi impedivano quel bene e quella purità con le riflessioni contro lo spirito di quella semplicità, che io mi ritrovava, onde mi annoiavano al sommo, e perchè a lui avea tutto il credito e congetto, mi poneva in grandi afflizioni di anima, tanto più un certo fisso penziere, che un tal Padre, no penetrando per volontà di Dio il mio interno, non mi potesse condurre per quella strada, che mi bisognava in pace e quiete della mia anima, stante pareva che mi pareva che mi violentasse in cosa forzata e da me no potuta conzeguire un tale sforzo da lui fatto,, se bene con ssmi fini, onde la mia anima trovava un impedimento tra me e lui, che mi dava pena somma. — Terzo, perchè osservandolo io dubioso su delle mie procedure e dicendoli io tali dubi su di lui, che l'anima mia sentiva, e chiedendoli più volte voler conzeglio di altro ministro della chiesa per la mia anima, specialmente su di cose importanti; lui ciò mei attribuiva a superbia, disapprovandomi tale desiderio, onde l'anima a tale effetto si condendava vivere sembré piangendo per le cose, che lui diceva. Ma mai ardì di farlo per no passarli avanti un iota. Ma allor che poi si compiacque il Signore dare effettuatione al Opera del nuovo istituto, e vedendo dett'anima cresciute le sue afflizioni per cagione che, per alcuni lumi del anima appartenenti all'istituto era, dal detto patre publicato dentro la comunità e ne j congregati fratelli in punto, che si dovea avere tutta l'unione, pace, uniformità e credito, o sia stima del Opera presso quelli che doveano abbracciarla, lui si affaticava metter dubij, difficoltà e oppositioni, le quali cagionavano dissunioni e dubij nelle persone, che doveano abbracciare lo istituto; si deliberò assolutamente lasciare tale guida,, se bene di uomo santo fusse, per mettere l'anima sua in pace e j fratelli e j congregati in santa libertà, posto che si era già approvato che l'Opera era di Dio; ed avalersi in avvenire di altri conzegli e di altra guida, si che ciò feci con matura con-

sideratione, ne già per altro fine che per Dio medesimo e per la propria quiete dei anima ».

Nae gravissima isthaec sunt! Ex iis vero eruitur Famulam Dei nullo levitatis vitio, nulla in Falcoiam connata invidia, nullo malevolorum hominum impulsu, nullo denique caritatis defectu ipsi, quem ceteroquin virum sanctum appellat, valedixisse. Illud etiam eruitur Dei Ancillam nonnisi post longissimum temporis intervallum, post multas etiam ad Deum fusas preces, post divinas illustrationes ei inditas, veluti necessitate compulsarli, id consilii cepisse. Quid? Quam eius spiritus praeseferat indolem, quo illum pertrahat Deus, quid ipsi maxime opus sit facto, ignorat vel ignorare videtur moderator. Tot anxietatibus involuta Dei Famula illum enixe rogat, ut sibi una saltem vice alterum Ecclesiae probatum ministrum adire liceat, Falcoia autem nedum id sinat, eam superbiae incusat; illi vero tot in rerum angustias adductae, in iis, absque ulla inde discedendi spe, perstandum erit? Equidem non is ego sum, qui in conspectu vestro, doctissimi Patres, disceptationem de re morali aggredi audeam. At mihi Sacrarum Litterarum caelestia effata saepenumero reputanti ea cogitatio occurrit, cur factum sit aliquando, quod homines durius iugum Domini efficiant, quod divini Spiritus testimonio suave est, et gravius humeris imponant onus, quod ipsius Spiritus promissione leve esse deberet. Memoria enim haud mihi excidit cum, puerulis nobis, ab aliquo pio Sacerdote sanctissimae Religionis rudimentis imbueremur, multa illum de christiana vita tum recte instituenda, tum constanter continuanda nos docere. Tunc memini illum nobis dicere plurimum profectui nostro id profuturum, quod pio atque docto conscientiae rectore uteremur, ita tamen pio atque docto, ut ex multis illum potissimum seligeremus, cui fiducia animi pienissima haberetur. Hac enim in re libertati nostrae vim nullam inferri oportere. Atque etiam illa subeunt magni Francisci Salesii verba suavissima, qui confessarios moderatoresque animarum hisce monitos voluit: « Fratelli carissimi, la vostra bocca è come un canale, pel quale passa dal cielo in terra la pace sugli uomini di buona volontà ». Atque rursus: « Ricordatevi che i poveri penitenti a principio delle loro confessioni vi chiamano padre. Fate di aver sempre un cuore paterno verso di loro, ricevendoli con grande amore». *(S. Fran-*

ceseo di Sedes proposto a modello delle anime pie specialmente dei Sacerdoti - Parte III, cap. I, pag. 138, 139).

Haud quidem inficior, quoad Sacras Virgines, quae in claustro degunt, sapientissima lege cautum esse, ut arctior quaedam disciplina tum numerum tum delectum Sacerdotum praefiniat, qui sive confessionibus excipiendis, sive ipsarum conscientiis gubernandis, demandantur. At cum scitum sit, sanctissimae omnium Parentis leges non ad destruendum sed ad aedificandum latas esse, cautum pariter fuit ne, exposcentibus Monialibus, confessarii, quos vocant extraordinarios, denegentur: immo repetitis praeceptis decretum fuit, ut earum omnibus et singulis, etiam non rogantibus, ii quandoque per annum offerantur. Quam porro doctrinam, suavem quidem et mitissimam in bonum animarum, et S. Alphonsum amplexum esse quis dubitet? Hanc enim, non modo suis in scriptis sed in ipsa consuetudine quotidiana, potissimum vero in sua navanda opera tum Christifidelium populo, tum iis, qui perfectiorem vitae christianae cursum instituerant, expressit, mitiora semper, si fieri posset, proponens, severior quippe sibi ipsi, ceteris caritate suavissimo. Quare in sua etiam epistola, ad Mariam Caelestem data, id aequum esse apprime sentiens, ut illius libertati aliquid concederetur, illa habet, quae Censor gallico sermone a Rev. P. Berthe versa coegit: « Almeno se non vuoi sentire a me o a Falcoia ecc. consigliati con altri disappassionati: cerca aiuto, non camminare così alla cieca verso la tua perdizione, e consigliati non per impegno di farti dar ragione, ma per conoscere ed abbracciare poi la verità che vi consigliano».

Verum tam sanctum virum penitus latebat Falcoiam, qui paulo post eo processit, ut Mariae Caelesti votum emittendum imponeret numquam a suo spirituali gubernio discedendi, iam tum temporis eo devenisse ut, quempiam alterum Sacerdotem, quem consuleret, petenti, potestatem nequaquam faceret. Quae omnia, si perspecta habuisset Alphonsus, reor illum, qua erat prudentia, numquam ea verba scripturum fuisse: « dimmi Celeste, tu perchè hai lasciato Falcoia?» Sed enim urgebis: in hac tota re Falcoia arbitratus est obsequium se praestare Deo. Esto. Sed ideo ne illum ea ratione se gessisse non fateberis, quae non probandae Famulae Dei virtuti, sed eius animae afflictandae adducendaeque maximum in discrimen aptissima visa fuerit?

Ad 2. iam deveniendum est: ad illud inquam, quod Famulam Dei arguerit Alphonsus ideo, quia se illa minus fautricem dedisset in iis, quae a Falcoia gesta sunt, cum de novo Sodalitio condendo actum est. Qua in re tanta veritate elucescere mihi videntur, quae in sua responsione ad S. Alphonsum scribit Maria Caelestis, ut ab iis, amplissimi Iudices, oculis vestris subiiciendis non abstinendum mihi duxerim. Haec illa inquit: « Il secondo articolo della mia dichiarazione è sopra lo oprato circa il nuovo Istituto, onde ho creduto esser veri i comandi datimi dal Signore, onde astretta da forti chiarezze interne teneva esser obbligata alla manifestazione del ricevuto, e far chiarezza delle cose a quello, che Dio aveva mandato per le esegutioni del Opera, e che nel effettuatione no fusse superbia il dar mano a Dio, si come lo sarebbe stata nell'anni passati, quando non era necessario sostenere, ma solo ricercare se era Dio o no. Ora siccome allora do vea tacere, ora mi pareva necessario manifestare e zelare quello che era onore di Dio; e ciò senza timore fare le parti di Dio e non mie nè per me : onde no mi sembrava obbligo di coscienza resistere a quelle cose che si operavano, che credeva potessero .impedire, contrafare o offuscare le segutione libera del Opera del Signore: a tale effetto ho detto e mostrato i miei sentimenti alle persone, che si opponevano per pretesti sebbene buoni, di meno rilievo però, con aggiunta che in varie cose si scorgevano invenzioni del Demonio per turbare ed impedire quanto a lui li è riuscito possibile : non mai proprio onore nè stima, stante a tali cose ò sembré portato orrore e schifo sommo in mia vita, gratia al mio Signore».

Obiectionem, si qua erat, iis dilui, quae Famula Dei scripsit, nemo est qui non videat. Ne longior sim, id asserit Maria Caelestis, se bona rectaque conscientia coram Domino non iis omnibus favere potuisse, quae, quoad novam Congregationem instituendam, Falcoiae nomine gesta fuere. Atqui nihil aptius dici posse reor, cur Famulae Dei actus humanus, ut Philosophi morales loquuntur, non modo omni culpa vacuus, sed etiam aeterna mercede dignus existimetur. Si enim ipso S. Alphonso doctore, conscientia nihil aliud est, quam iudicium seu dictamen practicum rationis, quo iudicamus quid hic et nunc agendum ut bonum, aut vitandum ut malum *(Theologia Moralis, vol. I, lib. I, tract. I, cap. I, pag. i);* sponte sua id fluit, quod

cum conscientia Famulae Dei iudicaret iis in adiunctis, in quibus versabatur, eam illa agere debere, quae revera egit, nil culpae ipsius in actu humano deprehendi possit Audio quidem te instantem: nonne error in eius conscientiam irrepsisse potuit? Sed repono : si error, isque invincibilis, ut scholae aiunt, fuerit, non igitur culpa: cum error in mentis iudicio sit, culpa vero non nisi voluntatem afficere queat, quae, ex dictis constat, nonnisi in bonum apprehensum ferri potuisse. Quam quidem doctrinam ita eleganter tradit divus Thomas : « Actus humanus iudicatur virtuosus vel vitiosus secundum bonum apprehensum, in quod voluntas fertur, et non secundum materiale obiectum actus» *(Quodlibet 3, art. 27).*

Quamquam neque errorem hac in re Famulae Dei menti illapsum esse iudicamus. Hinc enim compertum iam ipsi erat, ut superius demonstratum est, revelationes a se habitas de novis regulis novoque Sodalitio instituendo, a S. Alphonso, ab ipso Falcoia, ab Episcopo Santoro, aliisque Theologis bene multis recognitas atque divinitus immissas ductus esse: quapropter ipsi privatim motivum, ut inquiunt, formale iis fidem adhibendi non aliud esse poterat, nisi divina auctoritas. Inde ea illi conclusio: «credevo che quelle cose che si operavano potessero impedire, contraffare o offuscare l'esecuzione libera dell'Opera del Signore ». Quid igitur miraris si, « non mai per proprio onore nè stima » (quod maxime, Deo iuvante, se aversatam semper esse profitetur), ipsi « pareva necessario manifestare e zelare quello che era non di Dio » ? Quid miraris si pro certo habuit « esser veri i comandi datile dal Signore » ? Profecto « costretta da forti chiarezze interne teneva esser obbligata alla manifestazione del ricevuto e far chiarezza delle cose a quello, che Dio avea mandato per l'esecuzione dell'Opera »; neque dubium ipsi erat: «che nell'effettuazione (dell'Opera) fosse superbia il dar mano a Dio, come lo sarebbe stato negli anni passati, quando non era necessario sostenere, ma solo ricercare se era Dio o no ». Haec porro, si mature pensentur, Patres amplissimi, huiusmodi esse censeo, ut Mariae Cadesti non modo bonam, sed etiam rectam, ut dixi, in agendo fuisse conscientiam iudicetis: nam ipsum Alphonsum, qui tanti postea fecit Mariae Caelestis sanctitatem, hisce in epistola ad se missa perlectis, suam plane mutasse sententiam affirmare non dubitent.

Agite vero: praeter haec duo, quae hactenus diximus, difficultatis capita, unum alterumque adhuc obiicit in suis epistolis Alphonsus, quae insimulatae noxae suspicionem in animum inducere possent. Vereri enim videtur sanctissimus ille vir, ne Maria Caelestis plus aequo Silvestri Tosquez partibus studuerit, atque ipsi suum adiunxerit animum. Illud etiam eam monet, videat ne tota hac in controversia, aliquid de pristinae humilitatis studio remiserit, quae adeo Sanctis necessaria est, ut sine ipsa quaecumque eorum virtus consistere nequeat.

Equidem et Silvestro Tosquez, viro nobili atque humanarum disciplinarum erudito singularia dona tum naturae tum gratiae impertitus Deus fuerat. Laicus quippe, sed ad sacerdotium capessendum se a Deo acciri sentiebat, ipsique suscipiendo iam sese adparabat. Interim, cum eius doctrina atque pietas probe ab omnibus nosceretur, ipso rogante, tum ab Episcopo Santoro tum a Falcoia facta ei facultas fuit, ut monasterium Scalense identidem viseret, atque cum ipsis monialibus de rebus ad perfectionis studium pertinentibus colloqueretur. Vix de novo Instituto condendo agi ceptum est, inter primos Tosquez fuit, qui se illi suum nomen daturum promisit. Inter primos vero etiam fuit, qui Falcoiae morem gerere recusavit, vix iste se rerum omnium definiendarum veluti arbitrum ac magistrum constituere visus est. Neque sane quid arrogantiae culpes in hac re ego video. Omnia enim adhuc in integro erant, et libere adhuc disputabatur, quid magis in divinam gloriam cederet, quid proximorum bono prodesset, quaeque opportunior religiosae vitae norma statuenda. Huc accedit, quod cum passim scitum esset Alphonsum quidem, non autem Falcoiam novae Congregationis fundatorem a divina Bonitate esse designatum, libenter illi, minime vero huic se parituros affirmare sodales non cunctabantur. Quod quidem adeo ipsis persuasum erat, ut non modo ipse Tosquez, sed et alii etiam, Mannarini et Donato, Sacerdotes integerrimorum morum atque ipsi Alphonso carissimi, « tout en rendant hommage aux mérites et à la sainteté de l'évêque de Castellamare, n'admettaient nullement ses interprétations de la règle révélée à Marie Celeste, et comme, après tout, Dieu n'avait pas chargé l'évêque de Castellamare de diriger l'institut, non seulement, disaient-ils, les associés ne sont pas tenu de lui obéir, mais ils ne peuvent, en conscience, accepter sa direction », Cum vero factum est, ut et

Mariae Caelesti haud omnia probarentur, quae ab Episcopo Scalensi, quoad regulas servandas et Institutum inchoandum, agebantur, atque certum ipsi fuit, ut vidimus, se conscientia eo impelli, ut demisse quidem, sed aperte sententiam suam exponeret, facile existimatum est Famulam Dei, perinde ac si disertissimi Tosquez facundia abrepta esset, eius causae se dedisse adiutricem, nec non ipsum aliquo spirituali amore prosequi incepisse. Qua de re rumor quidam suspicionum plenus in monasterio Scalensi pervolitavit: multum vero et quidem gravissime invectum est in nobilis et castigatissimi illius viri famam, quem etiam pietatis simulatorem appellarunt. Neque sane rumores hi, neque convicia haec et contumeliae sese intra monasterii muros continuerunt, sed in vulgus quoque exiere. Haec omnia fusius enarrata videas in ipsa vita, quam de se scriptam reliquit Dei Famula. Haec postrema latuisse Falcoiam libenter existimo. Verum ad eius aures certo pervenit rumor ac suspicio illa, de qua dixi. Hinc vero aliquid et ipse suspicans, cum ipso Alphonso id queritur, eique de tota hac re inquirenda mandat, ut superius memoratum est.

Iamvero nos vidimus Dei Famulam, nullatenus ut alicuius hominis partibus studeret, sed causis longe diversis loquutam fuisse, quas iterum nunc non vacat exponere. Neque peculiari ullo amoris affectu ipsum Tosquez unquam prosequuta est castissima illi Christi sponsa : si illum excipias, qui, e germana purissimaque Christi caritate ei inditus, nefas omnino ipsi esse estenderai, absentem ac bene de re christiana meritum tot probris calumniisque vituperari : « E da questo passiamo al terzo articolo della mia dichiarazione, che sta sulle operazioni procedute dalla comunità in persona del Sig. D. Silvestro, da me in certe parti contradette. E questo per verità ho fatto, perchè no lò tenute per giuste nè rette, per i motivi, che qui spiegherò con libertà christiana e singera. Primo motivo che no lò tenute per buone, perchè nate da cause turbolenti e da contenzioni, invendate dal inimico. Secondo perchè erano troppo violenti le operationi contro la prudenza, senza prevedere ciò che succeder ne poteva a decoro del Opera e delle persone. Terzo perchè veniva il tutto da persone interessate, quanto perchè l'operatione e li movimenti delle medesime persone che opravano, erono con moti di passione, avenchechè ad ogni tratto dicevano parole improprie e difettose contro della persona con-

zaputa, il che no sono effetti del vero zelo di Dio, figlio leggittimo della santa carità del prossimo, che anzi più presto sminuisce che agrava anche i mali gravi e manifesti del prossimo. Quarto perchè si interpretavano i detti e fatti di colui in più sinistri senzi, che si potessero mai interpretare, anche le parole ed operationi più semplici fatti e detti da colui in mia presenza, con altro spirito ed in altro senzo di quello esse asserivano. Quinto perchè tali cose si propalavano con facilità e con impegnio e più di quello era bisognio, per ottenere l'intento da esse preteso giustissimo. Sesto perchè si indagavano sino l'indimi occuldi dello spirito di quel uomo, ove hè solo riserbato a Dio tale giudizio ed al uomini non è permesso senza pena di peccato. Settimo perchè questo discernimento di cose veniva fatto da povere donne, come son io igniorante, che no sappiamo ove stia il punto del vitio e del peccato ed ove il punto della virtù. Ottavo perchè tali mali si argomentavano in difetti di sorpresa ed accidentali, che nessuno uomo in questa vita hè esente per perfetto che sia. Nono perchè quel uomo fece con esse noi communicationi scampievole, e lui a noi e noi a lui, circa le cose dello spirito disse con frangezza i suoi beni ed i suoi mali, i suoi sentimenti chiari, perchè credeva parlare con persone discrete, quale è congesso dire ogni sorta di cose: credendo no far male impressioni diceva i suoi beni ricevuti da Dio, e questi sempre protestandoli ed attribuendoli a Dio come suoi; altresì diceva ed accusava i suoi mali, le sue debolezze e miserie, e l'abbiamo visto con i nostri occhi piangerli da dovero, ingombro ancora alcune volte di gran pusillanimità, e questo in presenza di tutti; siccome noi scampievolmente facevamo con colui e del bene e del male. Decimo perchè i frutti di queste operationi fatte da queste persone erano torbidi, inquiete, ombrose, e cagionavano discussione e tumulti, e chi solo pretendeva scusare le cose, che esse agravavano, erano tenute per ribelli e acciecate; da dove nacquero persegutioni e scandali ecc. Si che considerate tutte queste cose l'anima mia no le tenne per buone nè per nate da Dio; onde sì come esse opravano liberamente su il supposto di fare giustizia alla verità, e di farlo in buona coscienza, al opposto l'anima tali cose in coscienza ave tenute per mali, ed in conseguenza mai ave potuto accomunarsi con tali sentimenti avendoli contro coscienza, onde disimpegnandosi avanti a Dio di

ogni genio, inclinatione, inderesse, impegnio e soddisfatione propria, mi sono tante volte posta al bilangio della verità avanti al Signore per vedere che do vea fare in pura coscienza, e mai mi trovai bene avanti a Dio accomunarmi a tali sentimenti. E per ultimo il vedere che esse aveno dubio che quel prossimo no caminasse bene, niuno officio di vera carità se li prestava, ne pure di racomandarlo al Signore in commune, sì come prima come benefattore si faceva; anzi si nominava con orrore, come persona scomunicata, sembré parlandone in dispregio non solo, ma dicendo che il Signore aveva aiutata forse ed illuminata la sua Chiesa per i lumi dati contro di colui a queste Religiose; onde mi pareva una presunzione superba di noi miserabili dare tante credenze alla nostra ignoranza, senza temere punto che possiamo ingannarci su la destinatione del povero prossimo, forse più grato a Dio di noi. Si che da tutte queste riflessioni fatte da me per vedere il fatto mio e no farmi illudere, avea fermamente cavato che il tutto era una pura invenzione del demonio per diroccare tutto il fatto del opera del Signore e per screditarci noi e l'Opera del Signore e le persone, e mettere zizania e dissunione, onde mi parve necessario riguardare che vi nera di vero e che di falzo per non ingiampare in precipitii tanto dal una parte che dal altra, e che io non dovessi pregiudicare il mio Dio, nè le persone, nè l'Opera sua : onde da questo procederono molte mie operationi e risolutioni finora fatte ».

Habes quidem, et luculentissime habes animi illum affectum, quo erga proximos flagrabat Maria Caelestis: affectum illum inquam, qui nequaquam a natura humana atque caduca, sed ab illa divina caritate ortum ducit, quam tam mirifice describit Apostolus in 1 sua epistola ad Corinthios. Ne enim falsi specie decipiamur, illud monet, caritatem eam esse virtutem, quae patiens est, benigna est, quae non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati *(Cap. XIII, a. 5, 6, 7).* Utinam et mihi contingat nobilissimo hoc amore in proximos meos succendi, quo Famula Dei, dum ipsa in terris vitam ageret, erga carissimos in Christo fratres afficiebatur!

Sed unum adhuc restat. Quid de illo metu Alphonsi ne forte Dei Famula tantam inter opinionum varietatem, tot inter

disputationes atque animorum contentionem, ab inito humilitatis cursu aliquantulum divertisset? Iam superius advertimus, et testimonio etiam probavimus, huiusmodi metum inde Ligorii in animo subortum esse, quod cum se ad monasterium Scalense contulisset cum ea colloquuturus, Maria Caelestis Alphonsum minime adivit, id illam morbo impediente. Quod ipse ignorans, suspicatus tantisper est Mariae Caelesti pristinae humilitatis fervorem deferbuisse. At nihil imminuta ei virtus dici potest, cum eo perstet animo, ut quidquid boni in ipsa est, Deo referat acceptum, nil sibi tribuens nisi quod mali in se deprehenderit. Quod sane a Maria Caelesti illo etiam tot afflictationum tempore minime intermissum fuisse, pro comperto est. Quod si disputando ceteris obstitit, aut alienam sententiam minus facile sequuta est, id modeste atque verecunde fecit, neque umquam id sibi proposuit, ut humanam laudem ipsa adipisceretur, sed ut maiorem Deo gloriam compararet. Neque profecto eo etiam tempore tot gravissima incommoda, famae iniuriam, insectationes atque aerumnas animi corporisque acerbissimas tam alacri patientique animo tolerasset, illos ipsos excusatos volens a quibus adeo male habebatur, si quid vel minimum ab heroica humilitatis exercitatione remisisset. At novum ne clarissimumque testimonium de hac re desideratur? Illud profecto habes in ipsa responsione epistolae, quam Sancto Alphonso dedit Maria Caelestis: « Per tanto avanti al mio Signor Giesù Christo Giudice e Creatore mio, rinunzio, detesto qualunque mia illusione o lume ricevuto, indeligenze o rivelazioni generali e particolari, o sia di nuovo Istituto, o sia di regole, o sia di fratelli congregati o di sorelle di cotesta comunità, per no più sapere di cosa qualunque, buona sia o non sia: rinunzio tutti i miei giudizi anche ragionevoli, e la mia volontà ed ogni lume, rinunzio le cose mie e me stessa e quanto vi ha su della terra; lo rinunzio dentro di me, lo rinunzio fuori dime, per non mai più attenerli, per chiari che fossero, e per impulzi interni o esterni, che io avessi, no li accetto, no li voglio nè li attenno, nè più li dichiarerò, volendo solo da ora avanti per mio unico ogetto il mio Giesù Crocefisso ed il santo Evangelio e santa Fede. Con tutte le mie forze mediterò notte e dì, perchè ivi hè la certa via del cielo, bramando con tutto cuore solo conzeguire il mio ultimo fine, che è unirmi quanto mai posso al mio unico e sommo bene, ed a lui solo piacere ».

Nonne clara et perspicua haec subiimioris humilitatis indicia? Ad eadem tamen iterum iterumque redit Dei Famula haec subdens: «Ora rinunzio tutti questi medesimi giuditij e ragioni, non volendoli più attenere nè sapere, se furono giusti o se furono ingiusti questi motivi, se bene da me creduti giusti : ora li detesto e li rinungio tutti; la mia guida da ora avanti sarà la mia fede pura e le virtù evangeliche, che la formano, e non alienerò altra cosa ».

Perinde vero ac si vereretur, ne mentem suam totam hisce verbis manifestasset, aut quid adhuc demississimae voluntati superesset, quod magno animo sacrificii loco Deo nondum obtulisset, illa adiungit: « Mi addoloro e mi dispiace aver sinora avuto in discaro che Mons. Falcoia ed altre persone mi pubblicassero per illusa e parlassero in mio discredito in tempo, che io lo stimava inopportuno doversi fare, quantunque questa dispiacenza non fusse per onor mio o per dispiacere del mio disonore, ma perchè mi pareva che in ciò n'andasse lo scapito de Pinderessi del mio Signore. Ma ora detesto e rinunzio tale erroneo zelo, forse nascosto vi fusse del proprio amore sotto tale buon fine, si che confesso aver errato ecc. ».

Qui perfectissimae sanctitatis disciplinas tradiderunt, assidue utique ad humilitatem sectandam Christi discipulos adhortad sunt. Huius vero virtutis veluti summum culmen ac maximum splendorem in eo positum esse docuere, quod qui, divini Magistri vestigiis insistunt, non modo viles infimosque homines ipsi sese existiment, sed illud insuper exoptent atque eo delectentur, quod ab aliis etiam ii contemptui habeantur. Qua de re celebre illud S. Bernardi effatum: «Verus humilis vilis vult reputari, non humilis praedicari, et gaudet de contemptu sui ». Iamvero num hoc humilitatis culmen attigerit Maria Caelestis illa sua ad S. Alphonsum epistola, quae non adeo litterarum responsio, quam nobilissimae illius virtutis exercitatio dicenda est, vos ipsi Iudices videatis. Quid enim demissius, quid sanctius iis verbis, quae ipsam epistolam concludunt atque definiunt? « V'impongo a carico di coscienza, come a mio confessore, a volere supplicare Monsignor Falcoia e la Comunità e tutti i fratelli Congregati, che si compiacciano esaudirmi e publicare a tutti le mie imperfezioni e peccati, publicarmi per illusa e ingannatale ogni altro di male, che in me conoscono, mancanza di virtù ecc. e di ciò li prego in carità e per amore

di nostro Signore Giesù Cristo; onde perchè sia restituito al mio Signore la gloria e l'onore toldo per ragione mia, avrò a gusto e piacere sommo che sino alla mia morte per tutto il mondo a piena bocca si dichi così, e che ne pure nel giorno del giudizio si creda altro di me, perchè io voglio solo il mio Dio ed a lui solo piacere ».

Patet iam quid de binis illis epistolis a S. Alphonso conscriptis sentiendum sit. Illae quidem prima fronte aliquod obiectionibus Promotoris Fidei eruditissimi fundamentum supponere videntur. Sed enim, cum aequum sit illas cum responsione Mariae Caelestis conferri debere, quae illarum epistolarum declaratio est atque legitima commentatio, inde facile colligitur nihil iis. hoc sacro in foro superesse, quod sequiorem in partem contra Famulam Dei interpretari fas sit. Et re sane vera ipsa eventuum historia huiusmodi documentis consignata illud demonstrat, Famulam Dei in tota hac controversia, Scalae excitata, non modo culpa omni caruisse, sed novam quoque nactam esse occasionem, qua studio heroicarum exercendarum virtutum probaretur atque claresceret. Hinc mirum non est, quod ipse Falcoia, iudex in hac re minime suspicandus, epistola Mariae Caelestis perlecta, ea verba Ligorio scribere non dubitaverit. « La lettera di Celeste è giudiziosissima ». Hinc etiam factum est, quod S. Alphonsus, re penitus cognita, ne dum minueret, quam antea habuerat eius sanctitatis aestimationem, Famulam Dei magis magisque facere visus est. Quod probat epistola a S. Alphonso ad Mariam Caelestem Poppa missa « Questa lettera poi mandatela segretamente a Suor Maria Celeste... dicendole anche da parte mia che è cosa di gran gloria di Dio ». Congruunt ipsa vita a Famula Dei conscripta, nec non testimonium in Processu redditum. « Ed è certo però che S. Alfonso in appresso ha avuto sempre in opinione di santità la Serva di Dio, e quante volte passava per questa città di Foggia, si portava a visitarla, ed una volta le disse, sei anni dopo i fatti suaccennati, che quel monastero di Scala non ancora si era quietato, e con altre testimonianze ha dimostrato in quale opinione l'abbia tenuta ». Quod et ipse R. P. Berthe clarissime confirmat: « Un nouveau monastère, érigé depuis sept ans à Foggia, le consola de ces petitesses: c'était le monastère de Saint-Sauveur, fondé par la Soeur Marie-Céleste Crostarosa, la religieuse dont Dieu s'était servi pour lui faire connaître sa vo-

cation. Pour la première fois depuis treize ans (sex annos ab egressu a Scalensi monasterio iam se vidisse Alphonsum testatur ipsa Famula Dei), il revoyait cette sœur Céleste, si intimement unie à Dieu et si tristement sortie de Scala. En admirant la ferveur du monastère et les vertus croissantes de la fondatrice, que toute la ville vénérait comme une sainte, Alphonse adora les décrets de Dieu qui mène ses élus au ciel par des voies à lui seul connues ».

Quod quidem ob oculos libenter habemus atque animo reputandum esse iterum iterumque censemus, cum postrema illa Animadversio occurrit, qua egregius Fidei Adsertor suis in causam obiectionibus finem facit. Scribit enim « Nihilominus adhuc propositi tenax Maria Caelestis frangi nequivit, unde maluit potius e Scalensi Monasterio exulare, quam ab inito consilio vel minimum recedere ». Luce profecto meridiana clarius probatum est, haud Mariam Caelestem e Scalensi monasterio frangi nesciam exulare voluisse, sed propositi tenacem inde eam Falcoiam voluisse expeliere. Nemo enim iam bona fide ignorare potest quaenam conditio, ipsius iussu, Dei Famulae proposita foret, ni ex ea domo eiici vellet. Quod quidem quam imprudenter factum, et iniuste a se expetitum Maria Caelestis sibi persuasum haberet, nequivit sane contra conscientiae legem Deo iniuriam facere, ut hominibus pareret: siquidem de conscientia illud ait Apostolus, ut morales Theologi explicant, « Omne quod non est ex fide, peccatum est ». Qua in re nihil improbandum esse, immo omnia in Maria Caelesti laudanda, nemo sanae mentis negare umquam poterit. Frater Mariae Caelesti fuerat in Societate Iesu Sacerdos, vir probitate vitae atque doctrina Neapoli conspicuus. Hic, cum Famula Dei interrogasset quid opus ipsi facto videretur quoad votum, quod impositum ipsi volebat Falcoia, respondit: « Que non seulement elle n'était pas tenue de faire le vœu qu'on exigeait d'elle, mais que, vu ses longues souffrances intérieures, elle ne pouvait sans imprudence aliéner sa liberté ». Nuceriae Paganorum cum degeret, moderatorem conscientiae suae nactus est Bernardinum Sommanticum, cuius prudentia et sanctitas morum plurimi passim fiebant: qui cum omnia diligenter audiisset, quae de suis aerumnis candide ei Maria Caelestis narravit, hanc sententiam tulit: mirari se cur tam diu sui spiritus moderatore Falcoia usus fuerit. Sed plura in re non persequi nos ipsa caritas vi-

detur iubere. Ceterum, cum quantum iustitia et causae defendendae munus postulabant, veritati historicae atque famae Sanctitatis Mariae Caelestis Crostarosae factum sit satis, magno nobis fore solamini existimo, si, humana philosophia relicta, altius animum cogitationesque nostras ad divinam Fidem erigamus. Tum illud mihi opportune subit, quod Thomas a Kempis olim scribebat: « Etiam si variis tentationibus et adversitatibus exponas, hoc totum ad utilitatem meam ordinas, qui mille modis dilectos tuos probare consuevisti » *(De imit. Christi lib. III, cap. LIX, num. 2).* Nimirum si humana ratione rem metiamur, Famulae Dei vicem non miserari non possumus, illud cogitantes quantum inde animo dolorem ipsa ceperit: at eius quoque patientiam in primis demirabimur, quae praecipue enituit in ferendis, quos diximus, angoribus maximis et omni morte acerbioribus. In iis enim nulla vox paullo asperior, nulla paullo acerbior conquestio, nullum denique, ne vel minimum quidem mentis minus divinae voluntati consentientis iudicium. Si quam vero emittit vocem, illa est, qua Maria Caelestis affirmat ea quae patitur, sibi merito sua ob scelera irrogari, et mitius a Deo secum agi, quam merebatur. Eo patientia et humilitate deventum -est, ut e monasterio degrediens, in cuius utilitatem tot impenderat labores, tot quaeque aspera pertulerat, saevas consorores peramanter amplecteretur, antistitae manum exoscularetur, omnium veniam exposceret, ac sese earum precibus commendaret. Sic ergo Ancillam sibi carissimam exercuit Deus et *tamquam aurum in fornace probavit,* ut quidquid terrenae labis oius animo adhaerere potuerit, igne tribulationis excoqueret atque purgaret.

Nec satis: cum enim Deus sibi ipse sit finis, suumque honorem atque gloriam necessario spectet, ad ipsam in terris assequendam iis saepenumero suis famulis utitur, quos digniores se, aptioresque divino operi effecit. Id sapientissimo Providentiae consilio de Maria Caelesti Deum voluisse nemini dubium erit, ea, quae post illius discessum a scalensi monasterio sequuta sunt, memoriae repetenti. Quare libentissime iis, quae clarissimus P. Berthe scribit, assentiar, ipsiusque usus verbis, perorabo. « La destinée de la sœur Marie-Céleste-Crostarosa fut plus extraordinaire encore. En sortant de Scala, elle se rendit, à la demande de l'évêque, dans un monastère de Nocera, qui avait grand besoin de réforme. Sous son gouvernement

aussi ferme que maternel, les vertus religieuses refleurirent là-où régnaient le relâchement et le désordre. Après avoir employé six ans à cette oeuvre, sur les instances des notables de Foggia, elle fonda dans cette ville le monastère du Saint-Sauveur. Là encore, durant dix-sept ans, elle fut, par son héroïque conduite, l'édification des ses sœurs, ainsi que des jeunes, filles confiées à ses soins. Toute la ville l'avait en telle vénération qu'on ne l'appelait jamais que la «sainte prieure», Alphonse vint la voir pendant une mission qu'il fit à Foggia, et put se consoler avec elle des douleurs passées. Dans ses courses à travers la Pouille, le frère Gérard, aujourd'hui sur les autels, aimait à conférer des choses divines avec la vénérable sœur. Or le 14 septembre 1755, après une vie pleine de mérites, Marie-Céleste se préparait à paraître devant Dieu. - Lisez-moi la passion du Sauveur - dit-elle aux religieuses, qui l'entouraient. Et quand on prononça le *consummatum est,* elle rendit le dernier soupir. A ce moment-là même, le bienheureux Gérard, malade lui-même à Caposele, bien loin de Foggia, dit au frère Stefano qui le soignait: - La mère Marie-Céleste va recevoir aujourd'hui la récompense de son grand amour pour Jésus et Marie : je viens de voir son âme s'envoler au ciel Dieu lui-même se chargea de confirmer ces paroles de son serviteur. Le corps de la sainte religieuse s'est conservé intact jusqu'à ce jour. Des miracles nombreux opérés à son tombeau ont répandu partout sa réputation de sainteté ». *Op. cit. lib. II, cap. II, pag. 140, 141.*

Quae cum ita sint, difficultatibus subrutis universis, quae ad veritatem luculentius eliciendam a Rmo atque Illmo Fidei Promotore obiectae fuerant, vindicata firmitate probationum,, demonstrata fama sanctitatis, submotis obstaculis, nihil aliud superest, nisi ut a sacri huius coetus aequitate et sapientia enixe exposcamùs eam tandem edi sententiam, quae huius *causae introductionem* sit *signatura.* Quod quidem nobiscum impensissimis expostulant votis Emi ac Rmi Archiepiscopi Neapolitanus et Capuanus, nec non Illmi ac Rmi Archiepiscopi Barensis et Sipontinus, una cum Episcopis aliis bene multis: tum Congregatio SS. Redemptoris, cuius primordia inter et Mariam Caelestem Crostarosa peculiare necessitudinis vinculum intercedit: Fodianum monasterium a Dei Famula olim fundatum,, et Sororum Monialium a SS. Redemptore Mechliniensium, quae

Dei Ancillam adeo adamant atque venerentur. Suas et preces fía gran tissi mas adiiciunt Clerus populusque Fodianus universus, atque in primis huius causae Postulator et actor, Rmus Dominus Petrus Crostarosa, Antistes Urbanus, simul cum egregiis propinquis suis, queis datum est, ut suis Crostarosae gentis maioribus Dei Famulam accenseant.

Quodnam novum ac formidolosum bellum, nefariarum sectarum opera, nuper in Gallia, Hispania atque Lusitania contra religiosa Sodalitia excitatum sit, vidimus sane atque doluimus. Adeo infensissimis Ecclesiae hostibus odio semper fuere atque sunt, qui, fluxis terrenisque deliciis abdicatis, perfectioris vitae amore succenduntur, atque Evangelicis consiliis se totos conformare student! Utinam ita faveat, Emi et sapientissimi Iudices, nostrae causae sententia vestra, ut virtutum et sanctitatis publicam aestimationem Mariae Caelestis Crostarosae vindicet atque confirmet. Equidem spero etiam inde fore, ut novo robore augeat, novoque splendore sententia illa vestra perfundat historiam atque facta Religiosorum illorum virorum faeminarumque, qui pulcherrimum Ecclesiae ornamentum validumque praesidium cum sint, vitae suae exemplo illud Christianum populum docere numquam desinunt: non nisi per *passiones huius saeculi* strenuamque pugnam aeternam nos felicitatem consequi debere.

EX S. CONGREGATIONE CONCILII

MONTISALTI

IURIUM PAROCHIALIUM

Die 14 Decembris 1901 et 26 Aprilis 1902.

Sess. 21. cap. 4. De ref.

COMPENDIUM FACTI. In dioecesi Montisalti oppidum *Montisdenovem* duabus fruitur Ecclesiis parochialibus, altera sancto Laurentio dicata titulo *Praepositurae* honestata, altera a S. Maria dicta sub titulo *Prioratus.* Una vero ab altera non distinguitur, prout in more est, ratione territorii, sed Praepositura S. Laurentii totum complectitur territorium et a Prioratu S. Mariae distinguitur ratione qua-

rumdam familiarum in quas privative Prior S. Mariae parochiale exercet ministerium. Quamobrem Praepositi ad S. Laurentii iurisdictio est *territorialis;* Prioris vero ad S. Mariae est *familiaris* seu *gentilitia.*

Institutio istarum Ecclesiarum in tenebris delitescit antiquitatis, sed harum origo certe repetenda est a Monachis S. Benedicti qui Abbatiam incolebant S. Salvatoris Maioris secus flumen Asum, quemadmodum erui potest tum ex decreto diei 31 Iulii 1456 quo Vicarius Abbatis Farfensis paroeciam S. Laurentii eximebat a iurisdictione Abbatiae S. Salvatoris, atque ad dignitatem Praepositurae evehebat, tum ex Brevi *Singulari diligentia* ab Urbano VIII edito a. 1629, quo duo monasteria, nempe Abbatia S. Salvatoris et Prioratus S. Mariae Cillanae seu de Cellis supprimebantur, beneficia vero hisce Ecclesiis addicta ad statum saecularem redigebantur seu, uti aiunt, saecularizabantur. Exinde Ecclesia S. Mariae de Cellis parochia evasit saecularis. Quonam autem tempore et quonam decreto effecta fuerit eius iurisdictio personalis seu gentilitia, hoc non eruitur ex certo documento, quamvis omnibus hodie in confesso sit,. Ecclesiam S. Mariae certum et distinctum non habere territorium, sed in certas familias iure potiri.

Hac ex conditione duarum paroeciarum mirum non est, lites exarsisse frequentes et haud facilis solutionis ; quippe eiusmodi conditio certe non est ordinaria neque iuri communi conformis. — Non ultima controversiarum occasio fuit Ecclesia quaedam Filialis sub titulo S. Thomae Cantuariensis, quam Ecclesiam sibi arrogat unus et alter parochus, veluti suae iurisdictioni privative obnoxiam.

Iampridem, seu a. 1762, Praepositus ad S. Laurentii hisce de iuribus quaestionem movit apud S. C. C. dato supplici libello; sed quinam fuerit instantiae exitus, nescitur quia, uti fertur, neque in Archivio S. C. C. neque in Archivio Curiae ullum repertum est appositum documentum.

Desiderium am putandi radicitus fomitem assiduarum litium movit hodiernum Praepositum ut iudici ordinario pro-

poneret enodanda nonnulla quaestionum capita quae ita enumerat et iudiciali sententia expedit sequens decretum Curiae, editum die 5 Iunii 1899.

« R. D. Iacobus Agasucci parochus praepositus S. Laurentii M. Montisdenovem supplicem libellum die V nuper transacti Aprilis huic episcopali Curiae exhibebat eum in finem ut sequentes dirimerentur quaestiones :

« I. An primatus parochialis spectet ad parochum S. Laurentii, vel ad illum S. Mariae de Cellis.

« II. Quo sensu intelligenda sit iurisdictio, quam uterque parochus exercet in eodem territorio Montisdenovem.

« III. Cuinam parocho subiiciantur, qui communem vitam agunt in domo paroeciali cum Priore S. Mariae.

« IV. Cuinam parocho competat associatio cadaveris personae demortuae extra fines Montisdenovem si ad Coemeterium huius loci deferatur.

« V. Quinam ius habeat benedictionem cum SSmo Sacramento impertiendi, ceterasque functiones obeundi in Ecclesia S. Thomae Cantuariensis extra moenia.

« Cunctis rite perpensis, et ad trutinam revocatis, tum rationibus, tum documentis ex utraque parte allatis, respondemus :

« Ad 1. Cum quilibet parochus *pastor* sit in sua paroecia, quaestio de primatu non potest institui nisi relate ad functiones, quas uterque parochus veluti in communi complet. Ita autem re intellecta, iam liquet primatum ad eum parochum spectare debere, in cuius ecclesia sacrae functiones explentur.

« Ad II. Iurisdictio utriusque parochi Montisdenovem ita intelligenda est, ut ipsa in eodem territorio exerceatur cum hoc discrimine : quod prior S. Mariae de Cellis subiectas habeat familias quae sub determinato gentilitio nomine designantur: Praepositus S. Laurentii caeteras omnes, quocumque appellentur nomine. Prior persequitur suas familias in territorio; Praepositus per territorium. Ille auget suum ovile si eiusdem nominis familiae multiplicentur ; hic

etiam adventu cuiuscumque personae, vel familiae, quae Montisdenovem domicilium sibi eligant. In summa, prior S. Mariae de Cellis iurisdictionem exercet in territorio Montisdenovem quia ibi inveniuntur familiae sibi subiectae; et Praepositus S. Laurentii iurisdictionem exercet in familias quia in praedicto territorio commorantur.

« Sequitur proinde Priorem S. Mariae ius habere in territorio Montisdenovem stola indutum incedendi in omnibus parochialibus iuribus sive officiis exercendis, ut ex. gr. in processionibus cum SSmo Sacramento, sive cum reliquiis Sanctorum; in SSmo Viatico infirmis deferendo; in cadaveribus ad ecclesiam suam et ex hac ad coemeterium sociandis; in peragendo processionaliter ad coemeterii visitationem, ibique, si velit, exequias celebrando, et sermones habendo.

« Ad III. Prout omnes canonistae docent, quaevis paroecia ex tribus essentialiter resultat: scilicet ex plebe, pastore, et territorio. Patet proinde paroeciam sine territorio concipi non posse sive ipsum ita pendeat a parocho ut excludat iurisdictionem alterius; sive eiusmodi sit ut duobus, vel pluribus parochis commune existat quemadmodum contingere solet in paroeciis gentilitiis. Ad quaestionem propositam quod attinet investigandum est quo sensu ecclesia S. Mariae de Cellis, et domus parochi ipsi adnexa, sit in territorio. Iamvero quod istiusmodi territorium exclusive pendeat a Parocho S. Mariae, et non ab alio, patet tum ex origine huius paroeciae, tum ex natura ipsius domus et Ecclesiae. Ex origine quidem, quia Domus et ecclesia exemptae erant a quacumque iurisdictione parochi S. Laurentii utpote pertinente ad monachos S. Benedicti; ex natura vero, quia ubi primum domus et Ecclesia coeperunt esse parochiales, proprio etiam parocho subiectae esse coeperunt. Quapropter Ecclesia et domus S. Mariae de Cellis constituunt territorium prorsus independens, et ab omni alienae subiectionis vinculo absolutum, ideoque qui domi Prioris S. Mariae de Cellis degunt eius iurisdictioni, et non illi

Praepositi S. Laurentii subiecti sunt prorsus censendi. Atque hoc adeo verum est ut nonnunquam Prior S. Mariae matrimoniis adstiterit suorum domesticorum, quin Praepositi S. Laurentii contra eorum validitatem reclamaverint; quod sane evenire nec poterat, nec debebat, ne christianum matrimonium in turpissimam converteretur fornicationem.

« Ad IV. Quandoquidem Prior S. Mariae de Cellis suas persequatur personas in territorio Montisdenovem, prout celebratio funeris, ita et associatio cadaveris ad ipsum spectare debet tamquam ad parochum proprium, posito quod unus ex suis parochianis extra fines territorii demortuus fuerit. Atque hoc tenendum est nedum de eo qui *casu* extra territorium obivit; sed etiam de eo qui discedens e paroecia S. Mariae, alibi suum domicilium constituerit. Ex quo enim cadaver territorium Montisdenovem ingreditur, censendum est reviviscere iurisdictionem Prioris S. Mariae.

« Ad V. Hac de re quaestio institui nequit quum Ecclesia S. Thomae utpote adhuc dependens ab ordine Minorum Franciscalium uti exempta sit censenda ».

Huic decreto non acquievit Praepositus qui apud S. C. C. instauravit instantiam appellationis et per adlectum procuratorem dedit animadversiones, quarum en summa.

Procurator in primis, referens quaestiones iampridem excitatas, ait, primam quaestionem ad S. C. C. delatam fuisse a Praeposito Giustini per libellum 13 Martii 1762. Hoc in libello exponitur quod Prior ius habebat in determinatas familias sine ullo territorio, etsi hae familiae morarentur in domo paroeciali S. Laurentii: item Praepositus ius habebat in toto territorio Montisdenovem, et suos fideles numerabat etiam in domo Prioris. Hoc dicitur ab antiquo continuoque in more fuisse, atque semper quemadmodum ab actualibus, ita et ab antecessoribus parochis pacifice servatum. Nunc vero, pergit libellus, in domo Prioris morantur Sac. Laurentius Sabatini, Anna Bruneiii ac eiusdem duo nepotes, qui omnes non sunt de numero gentilitio: ac tamen actualis Prior ausus est super ipsos actus parochiales

exercere. Sed quinam fuerit exitus huius recursus, uti retuli, ignoratur.

Altera quaestio enata est, pergit patronus , ob mortem Archipresbyteri Angelini, qui olim parochianus fuerat S. Mariae, sed postea in urbem Montem Altum ab Episcopo vocatus, in Cathedrali Ecclesia dignitate Archipresbyteratus decoratus est. Ibi diem obiit supremum; sed vi testamenti cadaver in Montemdenovem deferendum erat. Inde lis : ad quem spectaret associatio cadaveris ad Ecclesiam S. Thomae , ubi funera celebrantur. Apud Curiam quaestio fuit disceptata, et per Vicarium Generalem die 25 Martii 1848 ita definita: « Sono di avviso che l'associazione del cadavere del defunto Arciprete Angelini si appartenga al parroco della Chiesa di S. Lorenzo ». Prior huic resolutioni acquievit.

Tertia quaestio excitata est occasione matrimonii a Priore celebrati inter medicum Franciscum Giovannini et Pliilumenam, eiusdem Prioris neptem ex fratre, et secum cohabitantem. Ita legitur in Libro Matrimoniorum paroeciae S. Laurentii *fol. 42, n. 261,* die 17 Ian. 1870: « Dispensatis consuetis publicationibus admodum R. D. Felix Settembri Prior S. Mariae de Cellis matrimonio iunxit Franciscum, filium Iosephi Giovannini et Lauretae Jaccari, natum in Castro dementino 13 Nov. 1820, Medicum degentem in hac Terra ab anno 1849, cum Philumena filia Antonii Settembri nata Comunantiae , degente in hac Terra domi Rev. Prioris S. Mariae de Cellis eiusdem patrui. — Parochia S. Laurentii est territorialis , et comprehendit omnes familias et personas degentes in hac Terra sive originarias loci, sive advenas nullo habito respectu ad rationem domicilii ; exceptis tantum iis familiis , vel personis quae iure gentilitio spectant ad Prioralem gentilitiam parochiam S. Mariae de Cellis, ubicumque sive intra sive extra moenia, vel in uno vel in altero vico, et regione domum habeant. Et quod res ita sit, videre est in perantiquis Registris huius parochiae, et praesertim Mortuorum ubi

passim de alienigenis mortuis in hac Terra legitur: - qui uti advena pertinet ad parochiam S. Laurentii. - Quare Philumena Settembri, uti advena habenda est, et est parochiana S. Laurentii. Nec obstat quod ipsa sit neptis Prioris parochi et de domo sua ; Agnes enim Paris de Rotella soror , et de domo Prioris parochi S. Mariae de Cellis sub die 6 Martii 1690 iuncta fuit in matrimonium cum Francisco Erei de parochia S. Mariae coram parocho Praeposito S. Laurentii Francisco Mariae Diofebi, post consuetas proclamationes factas in ecclesia S. Laurentii, ab eoque benedictionem receperunt. Vide Matrimoniorum Registrum *lib. 2, n. 17,* sub die 6 Maii 1690. Ita si quae persona de gentilitate vel primigena parochiae S. Mariae de Cellis habitet sive servus sive conviva domi quae sit de familia parochiae Praeposituralis, non ideo subiecta erit iurisdictioni Praepositi, sed iurisdictioni Prioris, ab eoque recipit sacramenta; et ita e converso, uti videre est in Decessorum Registris *lib. 2, fol. 133,* sub die 17 Sept. 1718; et *fol. 139,* sub die 2 Feb. 1724; item 5 Ian. 1743 ex *lib. 3;* item ex eodem libro, 7 Maii 1747; et *fol. 56* sub die 9 Dec. 1766; et 15 Ian. dicti anni; et ex lib. recensiori sub data 27 Apr. 1848 etc. — Nihilominus admodum R. Prior Settembri animo praesumens dictam Philumenam, utpote de domo sua ita et de sua esse iurisdictione spirituali, ipse iunxit sponsos in faciem Ecclesiae, offenso iure infrascripti parochi S. Laurentii. Hanc iuris offensionem idem Praepositus aegre quidem sed patienter sustinuit ne scandalum forte oriretur ex iuris vindicatione in hac miserrima temporum vicissitudine, ubi prudentius iudicavit aliquantulum silere patienter , quam iura concrepando conclamare. At ne silens prorsus renuntiasse vel cessisse videatur, factum cum suis circumstantiis et adminiculis hic adnotando inseruit, ut vindicetur tempore opportuno ». Dein in eodem Libro *pag. 45, n. 299,* ulterius adnotatur: « Vidimus et approbamus. Datum Montalti in decursu S. Visitationis die 2 Ian. 1872. f Eleonorus Episcopus ».

Quarta quaestio enata proclamata est circa ius baptizandi infantem ex matre, S. Mariae parochiana, et ex patre, parochiano S. Laurentii. Cum vero isti cohabitarent una cum patre sponsae, quia iste parochianus erat S. Mariae, Prior sibi vindicabat ius baptizandi infantem ex principio : « Ubi caput, ibi membra ». Sed Curia per decretum 22 Maii 1897, hoc ius Praeposito S. Laurentii adiudicavit.

Hisce praenotatis, procurator, gradum facit ad disserendum de merito causae et refutare conatur decretum curiae episcopalis. Quod ad primum quaesitum: an primatus parochialis spectet ad parochum S. Laurentii, vel ad parochum S. Mariae de Cellis, - respondet quaestionem de primatu non posse institui nisi relate ad functiones quas uterque parochus veluti in communi complet, proindeque primatum ad eum parochum spectare debere, in cuius ecclesia sacrae functiones explentur.

Praeterea quoad hanc iudicis responsionem advertit advocatus quaestionem propositam non expediri quia non de parochorum primatu sed de parochialium Eccles, primatu res erat, ita ut earumdem iura ac privilegia determinari possint et debeant. Siquidem, quaeritur praecise de matricitate scilicet an et cuinam ecclesiae competat; et hoc sensu, ius unius parochi ab altero limitari quidem potest. Porro, fatetur patronus, veram ac propriam matricitatem, ob documentorum deficientiam , ecclesiae parochiali S. Laurentii vindicari non licere ; tamen contendit eidem, relate ad aliam ecclesiam S. Mariae de Cellis, matricitatem competere, quae dicitur impropria. Re quidem vera, iuxta advocatum, praeprimis maioritatem quamdam illud suadet, quod paroecia S. Laurentii sit antiquior quam alia S. Mariae; cui etiam accedit, primam numero maiores fideles semper numerasse quam secundam non solum, sed etiam illam , cum territorialis sit, habere suum populum in dies continuo succrescentem, adeo ut cum anno 1762, sicuti refertur in memorato recursu Giustini, numerare! 650 subditos,, nunc ex ultimis tabulis censuariis, hos ad 1345 recenseri; dum e contra

in Paroecia Sanctae Mariae, utpote familiari, temporis decursu, patet parochianos numero extenuari, et in dicto anno 1762, 140 parochianos censitos fuisse, nunc numerari vix 56, ita ut dies haud remota sit, in qua, ob fidelium deficentiam , paroecia ipsa extinguatur. — Praeterea maioritas , notat orator , ac impropria matricitas ecclesiae S. Laurentii ex eo magis magisque demonstrantur, quod illius parochus titulo nobiliori decoratus sit (Reclusius *De re parochiali tit. 6, n. 60).* Nam *Prioris* nomen, quo vocari solet parochus S. Mariae, nullum honorem praesefert, quia est titulus mere haereditarius ex antiquo Religiosorum Priore. Non ita titulus *Praepositi* qui spectat ad parochum S. Laurentii vi memoratae Bullae an. 1456. — Ipse Praepositus autem est caput natum duorum canonicorum eidem ecclesiae addictorum.

Ulterius, matricitatis impropriae validissima indicia sunt, quia in dicta ecclesia Sancti Laurentii Ordinarius Visitationem Apostolicam exordiatur, concionem habeat, atque impartiate Chrismatis Sacramentum (Reclusius *I. c, n. 75, 76)* ; quod eadem ecclesia dierum festorum ac vigiliarum primum det signum, similiterque in maiori hebdomada liget prima campanas ac prima solvat (Reclusius *I.* c, *n. 96);* quod demum omnes per annum solemnitates, uti Natalis, Circumcisionis, Paschatis, Pentecostes, Corporis Domini, etc., in eadem ecclesia exclusive celebrentur. Item Praepositus peragit primam ac tertiam Rogationum processionem, et Prior secundam ; Praepositus illam diei Corporis Christi, et Prior alteram Dominicae infra Octavam.

Neque dicendum, inutile prorsus esse, ait orator, de tali primatu disputare. Nam concurrit etiam publica ratio, ut taliter determinentur singula utriusque ecclesiae iura ac privilegia, ne secus scandalosa deordinatio oriatur. Exemplum sumit patronus a iure campanas ligandi ac solvendi in maiori hebdomada. Si Decreti responsio accipiatur uti sonat, quod omnis parochus in propria ecclesia pari iure gaudet, consequens esset quod modo una ecclesia modo al-

tera primum signum campanae daret , quod nedum esset contra Leonis X Constitutionem *n. 22, § 14,* in qua praecipitur primam campanarum pulsationem in Sabato Sancto spectare ad ecclesiam digniorem, sed certissimum in casu praeberet periculum, ut iterum repeteretur quod accidit sub antecessore hodierni Praepositi, quando Prior Sanctae Mariae campanas solvere ausus est antequam signum dedisset ecclesia Sancti Laurentii. Ipse Reclusius *l.* c, *n. 53* docet : « Nec etiam dicenda erunt vana et inutilia huiusmodi etsi impropriae maioritatis et matricitatis iura: sunt enim gravissimi ponderis et momenti ratione ordinis hierarchici, in quo alii praesunt, alii vero subsunt ». Qua de re, concludit orator iisdem verbis quibus hic Auctor utitur *I. c, n. 106:* « . . . . inter quas parochias et ordo et ratio expostulat, ut maioritas aliqua sit agnoscenda, quemadmodum ex demonstratis quisque etiam invitus fateri debet ».

Quoad secundum quaesitum nempe, quo sensu intelligenda sit iurisdictio, quam uterque parochus exercet in eodem territorio Montisdenovem , quia decretum Episcopale vindicat Priori S. Mariae in familias ubi obnoxias omnia iura indiscriminatim etiam in paroeciae territorio processionaliter exercenda quae competunt cuicumque parocho in suos parochianos, ratione territorii, advertit procurator regulam ita enunciatam non esse iuri conformem quia *d)* Parochus territorialis est dominus territorii; ideoque potest suam plenissime exercere iurisdictionem in toto territorio. *b)* Parochus gentilitius non est dominus territorii ; sed simpliciter gaudet iure servitutis in territorio alieno. Est haec doctrina communis Canonistarum, quam summat Emus De Luca in *Disc. 20 De hirisd. n. 24 :* « Ac etiam iuxta eam servitutem, quam parochus intra eius territorium seu fines propriae paroeciae pati cogitur erga alterum parochum habentem curam per capita hominum seu per familias, ut in plerisque locis praxis docet, iuxta optimam doctrinam Geminiani in *cap.* Licet canon. *num. 6, vers.* Paulus distinguit, *De elect. in sexto,* ubi quod si quis habet parochiam

per capita hominum seu respectu certarum personarum et familiarum, tale ius parochiale non cohaeret territorio, sed tamen illud est exercibile in quocumque loco illae personae morentur et sic iure servitutis, quam ita reliqui parochi in proprio territorio propriisque finibus pati coguntur ». *c)* Hoc autem ius servitutis parocho genti litio in alieno territorio competens, docente eodem Emo De Luca *l. c, n. 19,* unice causam suam repetit : « ex vero et recepto principio quod concessa iurisdictione, per necessarium antecedens concessa censentur omnia ea , sine quibus illa effectum sortiri non potest ». Exinde descendit, parochum gentilitium uti posse alieno territorio unice et in quantum hoc necessarium est pro exercitio suae iurisdictionis parochialis. Ideoque non solum eodem territorio eo uti debet modo, ut per quantum fieri potest, minorem servitutem in suo territorio parochus territorialis patiatur, ex. gr. per breviores vias transeundo; sed etiam hunc usum limitare tenetur ad illos tantummodo actus qui stricte parochiales sint et sine territorio exerceri non possint, ut sunt benedictio paschalis, ministratio Viatici, mortuorum associatio, et alia similia, exclusis proinde processionibus aliisque ritibus mere voluntariis (Card. De Luca, *l. c, n. 25).*

Notat tamen idem de Luca *c, n. 13,* ius exercendi actus voluntarios devotionis causa, competere posse parocho gentilitio ex consuetudine legitime praescripta.

Hisce in iure praemissis, patronus concludit, iurisdictionem nempe utriusque parochi Montisdenovem ita intelligendam esse, ut ipsa exerceatur quidem in eodem territorio, cum hoc tamen discrimine : quod parochus S. Laurentii qui territoriali gaudet iurisdictione, possit suam plenissime ac liberrime exercere iurisdictionem in toto suae paroeciae territorio ; parochus vero S. Mariae , qui personali pollet iurisdictione, non possit eodem territorio uti nisi iure servitutis pro iis tantummodo officiis stricte parochialibus, quae sine territorio exerceri non possunt. Sequitur proinde, Priorem S. Mariae ius quidem habere in territorio Mon-

tisdenovem stola indutam incidendi, per breviores tamen vias transeundo, in SSmo Viatico infirmis deferendo, in cadaveribus ad ecclesiam suam et ex hac ad Coemeterium sociandis, quae omnia stricte parochialia sunt, et sine territorio exerceri non possunt; minime vero indiscriminatim/ ut in Decreto statuitur, in omnibus parochialibus iuribus sive officiis exercendis, et speciatim in processionibus peragendis.

Porro, notat orator, nonnullos actus voluntarios ac rituales ad Priorem S. Mariae vi legitimae consuetudinis spectare, nempe, secundam Rogationum processionem et aliam in honorem S. Mariae Virginis a Carmelo (mezzo giro), processionem infra Octavam Corporis Christi , atque aliam omni biennio vulgo dictam « di penitenza ».

Quoad tertium quaesitum, nempe cuinam parocho subiiciantur qui communem vitam agunt in domo paroeciali cum priore S. Mariae, respondit sententia episcopalis, has subiici parocho S. Mariae.

Patronus respuens eiusmodi sententiam advertit, ob naturam duarum paroeciarum scilicet quia una territorialis sit, altera vero familiaris, clare consequi, quod per se omnes domus Praeposito subiiciuntur ; et si domus aliqua ad Priorem spectet, solum ratione familiarum id contingere posse. Propterea iuxta advocatum contradictorie sese habet haec responsio relate ad alteram, quae in secunda quaestione ab eodem Decreto data est ; nam inibi statuitur quod Prior dumtaxat, « auget suum ovile si eiusdem nominis familiae multiplicentur ».

Minime vero facit ad rem, ait patronus, antiquitus domum paroecialem exemptam fuisse ; quia privilegium exemptionis est proprium religiosorum et non parochi ; ac dein parum refert quod olim forsan paroecia S. Mariae determinata fuerit ratione domorum , quum hodie certum sit (et in decreto ultro admissum) quod' determinetur ratione familiarum.

Quod vero spectat ad principium quo statuitur, domum

paroecialem proprio parocho natura sua competere: « quia ubi primum domus et ecclesia coeperunt esse parochiales, parocho subiectae esse coeperunt », hoc principium, si pro Priore concluderet, notat orator, etiam favore Praepositi sine dubio valere deberet. Nam et ipse, uti ab origine ita hodie, eamdem habet domum paroecialem ecclesiae adnexam; et nihilominus, si ibi cohabitent fideles ex numero gentilitii), nunc uti antea, semper Prioris iurisdictioni subiecti fuerunt.

Praeterea, instat procurator, contra Decreti decisionem altissime clamat, constans, iuri aequitatique consona praxis, qua sicut Prior, ita et Praepositus suos semper persecutus est fideles etiam in alterius paroeciali domo cohabitantes. — Sane, usque ab anno 1762, in recursu Praepositi Giustini haec praxis dicitur antiquissima ac vigens. Extant insuper antiquissimi Libri parochiales S. Laurentii, in quibus refertur, Praepositum Sancti Laurentii, dum prior Sanctae Mariae erat D. Constantinus Paris , sub anno 1690 « nelle stanze di detto D. Priore contigue alla chiesa di S. Maria » Agnetem Paris, Prioris sororem, matrimonio iunxisse ; sub anno 1718 animam Mariae Paris demorientis commendasse; sub anno 1724 Antonium Paris suum parochianum fuisse: qui omnes in domo paroeciali cum eodem Priore, utpote ipsius parentes, cohabitabant. Tempore vero posteriori, iidem parochiales Libri nos docent, sub anno 1766, tum Annam Bruneiii, tum Laurentium Sabatini, cum Priore cohabitantes, et de quibus Praepositus Giustini recursum habuit, sub eiusdem Praepositi Giustini iurisdictione supremum diem explevisse. Si vero aliquando advertit patronus, (quia intra domesëcos parietes res haud raro occulta manere potest) suae iurisdictionis limites Prior ausus fuerit praetergredi, falsum est quod Praepositus acquieverit. E contra, statim ac hi clandestini actus divulgabantur, centies protestatus est eo meliori quo poterat modo, uti, inter coetera, accidit quoad matrimonium anno 1870 celebratum.

De quarto quaesito, nempe cuinam parocho competat as-

sociatio cadaveris personae subiectae iurisdictioni Prioris S. M. at demortuae extra fines Montisdenovem si ad Coemeterium huius loci deferatur, edicit controversa sententia eiusmodi associationem semper spectare ad Priorem S. Mariae. — Quam resolutionem oppugnans procurator, advertit, quaestionem propositam eum praecise casum respicere, quo quis discedens e paroecia S. Mariae alibi suum domicilium constituat, ibique decedens aut eligat sepulturam in Coemeterio Montisdenovem quin tamen eligat paroeciam S. Mariae aut quacumque alia de causa ius habeat ut eiusdem cadaver deferendum sit ad coemeterium Montisdenovem. Iamvero in Decreto edicitur, tum celebrationem funeris, tum cadaveris associationem in casu ad Priorem S. Mariae pertinere, idque ex eo, quod eiusdem Prioris iurisdictio in casu reviviscere censeatur. Ast reponit procurator, iurisdictionem prioris parochi, tunc unice reviviscere, seu magis proprie ex voluntate fidelium oriri, cum defunctus suam priorem paroeciani pro funeribus elegerit ; non vero in aliis casibus. — Ceterum extra omnem controversiam est, quod defunctus, de quo quaestio nostra agitatur, cum iam discesserit e paroecia S. Mariae, alibique suum constituerit domicilium, non esse amplius parochianum S. Mariae. Nequit igitur Prior eum sibi vindicare iure parochi. Sed iure parochi excluso, ad solvendam quaestionem de iure funeris non manet nisi elementum territorii, in quod illius defuncti cadaver inferendum est. Atqui territorii Montisdenovem dominus non est Prior, sed tantum Praepositus S. Laurentii. Ergo non ad Priorem, sed ad Praepositum prout cadaveris associatio, ita et celebratio funeris spectare videtur advocato.

Nec refert iuxta patronum, ecclesiam S. Thomae, in qua frequentius funera ordinantur, antiquitus ad monachos Benedictinos spectasse et hinc veteris Conventus S. Mariae de Cellis partem esse : nam recolit quod per saecularizationem illa paroecia naturam immutavit ac ratione familiarum effecta est, omnia amittens iura et privilegia quae monachi habebant in propriis dominiis. Si autem ecclesia S. Thomae

ad fratres Minores Franciscales in posterum transiit, ita ut, vi privilegii exemptionis, nec ad S. Laurentium pertinuerit, nunc profecto, quia religiosi inibi non amplius existunt, peremptum est illud privilegium exemptionis; et hinc, impedimento sublato, dicta ecclesia natura sua sub Ordinarii iurisdictione ingressa est, et intra limites invenitur paroeciae S. Laurentii. Solus Praepositus igitur, infert orator, et non Prior ecclesiam S. Thomae, quatenus intra propriae paroeciae fines continetur, uti propriam considerare potest; ibique funera peragere iuxta fidelium voluntatem, qui propria funera in eadem ecclesia persolvenda -disponunt.

Quoad quintum quaesitum, nempe quinam ius habeat benedictionem cum SSmo Sacramento impertiendi, ceterasque functiones obeundi in ecclesia S. Thomae Oantuariensis extra moenia, respondit iudex otiosam esse quaestionem, quia Ecclesia S. Thomae, utpote a PP. Minoribus Franciscalibus possessa, exemptam haberi. — Ast reponit patronus, e contra ex relatione Episcopi ad S. C. O. transmissa, constare «ecclesiam S. Thomae exemptam amplius non esse; bene vero sub Ordinarii iurisdictione esse constitutam, qui pro suo lubitu ad sacrum faciendum Rectorem ibi eligere consuevit. Modus autem quo Episcopus ecclesiam retineat et quibus sub conditionibus, nihil refert in casu; ex hoc enim haud immutatur status saecularis in quo nunc invenitur ecclesia S. Thomae; — et hinc iura parochi, in cuius territorio dicta existit, sunt omnino determinanda a iure communi et iuxta celeberrimum S.. R. C. Decretum *Urbis et Orbis IO dec 1703* in noviss. collect, n. 2123.

Ex adverso Ordinarius iudex sequentes dedit litteras ut suae sententiae latius explicaret rationes.

« Quaestiones quas appellando a nostro iudicio in supplici suo libello instaurat R. D. Iacobus Agasucci Praepositus S. Laurentii M. in terra Montisdenovem, agitari coeperunt, eaedemque proponi sacro isti Consessui an. 1763, quando scilicet eius decessor Praepositus Gaspar Giustini

illas instituit contra Priorem S. Mariae de Cellis cognomento Bruneiii. Quum autem earum ignoretur exitus, et ceteroquin Praepositus Agasucci iteratis precibus ad causam finiendam nos compelleret; eius obsecundare votis non dubitavimus tum ad iurgia e medio tollenda, tum ad scandala, quae oriri exinde poterant devitando.

« Quod penitius ad rem attinet nostrum profecto non est rationes defendere, quibus propositas quaestiones enodare aggressi sumus; non incongruum tamen putamus nonnulla adnotare quae illas declarant, et ad trutinam revocare documenta, quae tamquam decisoria a Praeposito promuntur ex libris praesertim mortuorum et matrimoniorum, ut quanti facienda sint appareat.

« Inter ipsas hoc olim erat discrimen quod paroecia S. Laurentii regebatur a vicario monachorum, et altera subiecta erat ipsi Priori Monasterii S. Mariae de Cellis, qui propterea, uti patet ex libris paroecialibus qui supersunt, omnia munia obibat, quae veri parochi sunt propria.

« Nec censendum est postremam hanc paroeciam absque territorio fuisse; ex actis enim Municipii Montisdenovem an. 1617 et insequentis; ex Bulla Pauli V « Creditam Nobis » kal. novem. an. 1617 et ex aliis documentis eruitur tum Ecclesiam S. Thomae, tum eius vicinia cum suis domibus ruralibus, antequam traderentur Fratribus Franciscalibus reformatis, subiecta fuisse monasterio S. Mariae de Cellis.

« Suppressis vero an. 1529 praedictis monasteriis cum omnibus suis dependentiis, non itidem suppressae fuerunt, paroeciae ipsis adnexae; sed tantum officia et beneficia dicti ordinis ad statum saecularem reducta fuerunt; eodemque tempore provisum fuit, ut Commendatarius Farfensisearum regimini praeponeret presbyteros saeculares tamquam Vicarios perpetuos, - qui curam animarum exercere, et sacramenta illarum respective parochianis ministrare teneantur - prout legitur in Brevi Urbani VIII.

« Verum quidem est paroeciam S. Mariae de Cellis ha-

beri nunc tamquam gentilitiam ; sed quomodo id evenerit •statui certo nequit; non enim ex documentis, sed ex traditione tantum eruitur paroeciam constitui éx familiis, quae monachis olim subiectae erant utpote degentes vel in vicinis Ecclesiae S. Thomae, vel aliis in locis ab ipsis dependentibus.

« Quidquid autem de hoc sit, ex dictis induci posse videtur :

« 1. utramque paroeciam eamdem olim habuisse dependentiam a monasterio S. Salvatoris ;

« 2. nullo tempore Ecclesiam et domum parochialem S. Mariae de Cellis, et Ecclesiam quoque S. Thomae, de qua etiam sit quaestio, subiectos fuisse iurisdictioni Praepositi S. Laurentii;

« 3. Paroeciam S. Mariae suum habuisse territorium ab alia paroecia independens , in quo comprehensa erat tum domus, tum Ecclesia; ipsamque utpote numquam suppressam transiisse ad presbyteros saeculares cum omnibus suis iuribus, prout habetur in praedicto Brevi Urbani VIII.

« Quemadmodum igitur Prior monasterii S. Mariae Sacramenta ministrabat, illo matrimonii excepto, cunctis quos inibi subiectos sibi habebat; ita dici posse videtur, Priorem quoque saecularem, tamquam suorum iurium haeredem, posse illa ministrare personis, quas secum in eadem domo paroeciali detinet ; haec enim per saecularizationem paroeciae nec novam induit naturam, nec pertinere cessavit ad territorium ipsius paroeciae.

« Quapropter ut nunc legitime possit Prior S. Mariae exturbari a sua conditione possidentis, ostendi deberet, si quid opinor, vel iura, quae sibi ipse arrogat non eadem esse ac illa, quibus fruebantur Priores parochi ordinis S. Benedicti; vel etiam eorum exercitium concessum fuisse Praeposito S. Laurentii, tunc quidem temporis cum paroecia saecularis effecta est. Cum vero neutrum probari queat, nec ius Prioris valide nunc oppugnari posse videtur.

« Non probatur primum, quia Prior S. Mariae ea omnia

peragit in personas suae domus, quae decessores monachi in incolas monasterii. Verum quidem est ipsum velle etiam assistere matrimonio suorum domesticorum, quod perfici nequibat a Prioribus monasterii; at potius quam novum sibi ius arrogare, hoc est suum ius exercere, 1.° quia uti diximus domus paroecialis pars erat veteris territorii; 2.° quia Priores monachi nativum ius, quo tamquam parochi fruebantur assistendi matrimoniis, non ideo quo ipso carerent non exercebant; sed potius quia personae monasterio adscriptae ad contrahendum inhabiles erant: aliis verbis, pollebant iure, carebant exercitio.

« Non probatur alterum, quia nedum nullum extat documentum, quod factum demonstret, sed habeatur potius quod factum vetet. Ut hoc in comperto ponatur notandum est: 1.° Breve Urbani VIII silere omnino de paroecia S. Laurentii; 2.° expresse vetare quominus ius aliquod locorum Ordinariis per saecularizationem paroeciarum acquiratur.

« Iamvero quod paroecia S. Laurentii tempore suppressionis subiiceretur Episcopo Montalti patet vel ex hoc facto, quod an. 1624, hoc est quinque annis ante dictam suppressionem, in actu S. Visitationis tribuerit Praeposito ius eligendi, per turnum cum loci Communitate, praedicatorem quadragesimae, et decreverit stipendium huic dandum.

« Nec obstat quod Abbates Commendatarii iurisdictionem Episcopi impugnaverint; ut enim patet ex Brevi « Ex debito pastoralis officii » quod Alexander VII an. 1666 edidit - ad finiendas lites iamdiu exortas - istiusmodi iurisdictio recognita et confirmata fuit. Prout ergo per saecularizationem nihil attribuì poterat Episcopis Montisalti, ita nec Praepositis S. Laurentii qui ipsis subiiciebantur. Si proinde Prior S. Mariae nequiret tamquam parochus suos domesticos sibi subiicere; a quibus ministranda essent domesticis ipsis sacramenta, eorumque benedicenda matrimonia?

« Abs re heic non erit factum innuere quod suo pondere minime caret. Suppressio monasterii S. Mariae peracta fuit per Breve Urbani VIII editum pridie Idus septembris an-

no 1629. Uti patet ex libro Baptizatorum, qui etiam in suo initio caret quinque chartis, Vicarius perpetuus Petrus Angelini ministravit baptismo die 13 augusti 1629 , hoc est mense uno ante suppressionem. Si autem habeatur ratio et mutilationis, et aliorum adiunctorum, ipse Angelini parochus erat etiam aliquot annis ante. Quia vero paroeciam rexit usque ad an. 1639, coniicere licet ipsum eam gubernasse et tamquam monachum et tamquam saecularem. Si proinde verum esset quod Praepositus Agasucci contendit, hoc adstruendum foret, quod nempe Prior Angelini amiserit in statu saeculari, quod habebat in monachali quin etiam posset, uti supra notatum est, cedere Praeposito S. Laurentii iura, quae per se exercere nequibat.

« Hinc est quod Priores S. Mariae sibi semper tribuerunt, tamquam parochianos, domesticos suos prout patet ex statibus animarum an. 1691-1702-1721-1729-1731-1735 ipsisque niinistrarunt sacramenta et iusta post obitum persolverunt quemadmodum infra ostendemus.

« Non ergo ius tantum ipsis favet sed etiam factum longissimi temporis quod praescriptioni locum dare potest.

« II. Veniamus nunc ad examen documentorum.

« 1. Praepositus ait in primis in libro mortuorum sub die 14 iunii 1729 legi: - Adm. R. D. Philippus Angelinius huius terrae Montisdenovem praebendatus et beneficiatus in paroch. Ecclesia S. Laurentii dicti loci in domo suae solitae habitationis in communione S. M. Ecclesiae omnibus munitus Sacramentis cum animae commendatione aetatis suae 80 circiter annorum mortuus est. Cuius corpus die seq. in d. parochiali sepultum est -.

« Exinde Praepositus Agasucci inducit presbyteros parochianos S. Mariae, quemadmodum erat praebendatus Angelini , subiici suae paroeciae si additi fuerint Ecclesiae S. Laurentii.

« R. Hoc ipsum factum in medium prolatum fuit anno 1802 a Praeposito Giustini contra Priorem S. Mariae Andream Lotti, qui illud exsuffiavit hisce rationibus : 1.° Sa-

cramenta ministrata fuerunt Praebendati) Angelini a'Capellani) Prioris nomine Caucci, et non a Praeposito S. Laurentii; 2.° annuente eius temporis Priore ad quaestionem obortam finiendam cadaver d. presbyteri in Ecclesia S. Laurentii sepultura est. Primum factum iurisdictionem ostendit, non autem secundum ; nam - la sepoltura non indica parrochialità-. Sic dictus Lotti.

« Et reapse quamvis factum prout iacet portendere videatur sacramenta ministrata fuisse a Praeposito, si tamen intimius consideretur, apparebit silentio praeteriri a quo reapse fuerint ministrata. Quod autem sepultura parochialitatem non indicet, vel ex eo patet, quod possit quis ubi vult eam sibi seligere, quamvis quarta funeralium , morte secuta, proprio parocho sit persolvenda. (Barbosa, *De off. parodii cap. 25, n. 27 et seq.).*

« 2. Hieronyma Lupidi e paroecia S. Mariae, mortuo marito, qui Montalti morabatur, domum paternam redit, et die 18 aprilis 1848 iam moritura sacramenta suscipit a Praeposito S. Laurentii a quo etiam fiunt exequiae.

« R. Nullius ponderis videtur esse factum; quia ex eo quod mulier sequatur conditionem viri , ipsa, etiam in statu viduitatis, familiae accensetur viri sui. Hinc d. Hieronyma quamvis domum patris sui post mortem mariti redierit, potuit tamen, uti extranea, considerari tamquam parochiana S. Laurentii.

« 3. Praepositus Gaspar Giusi ini in suis libris describit sub die 15 ianuarii 1766 mortem presbyteri Laurentii Sabatini avunculi Prioris S. Mariae; et sub die 9 insequentis decembris illam Annae Bruneiii sororis eiusdem Prioris, eosque suos parochianos affirmat tamquam advenas , quamvis ambo in domo paroeciali S. Mariae habitassent. Exinde Praepositus Agasucci arguit domesticos Prioris sibi non huic subiectos esse debere.

« R. Etiam Prior S. Mariae amborum mortem describit, sed ita ut suppleat quae Praepositus omisit, et declaret quae iste tantum innuit. Scilicet I°. affirmat omnia sacra-

menta se utrique ministrasse ; 2.° ceteras functiones expletas fuisse a presbyteris a se substitutis; 3.° exequias peractas fuisse in Ecclesia S. Mariae et cadavera humata in Ecclesia subterranea SS. Crucifixi, quae ad eamdem pertinet paroeciam. En quanti valet quod Praepositus Giustini affirmat, suos nempe esse parochianos tum Philippum Sabatini, tum Annam Bruneiii!

« Verum quidem est ipsum cum aliis et celebrasse exequias et alias functiones perfecisse ; sed quomodo id evenerit declarat Prior Bruneiii hisce verbis : - Si nota, che le funzioni nella morte del fu Sig. D. Lorenzo Sabatini già Priore furono fatte fare da me e di mia libera volontà dal Sig. Preposto Giustini e dal S. D. Giovanni Celi non per altro motivo , che per insegnar loro una pratica di quelle convenienze , che possono e devonsi in tali e quali circostanze praticare tra paroco e paroco; tra chiesa e chiesa -.

« 4. Mense martio 1848 deferendum erat ad Ecclesiam Fratrum minorum Montisdenovem, ut in ea sepeliretur, cadaver archipresbyteri Cathedralis Montisalti cognomento Angelini. Quaestio agitata fuit an associatio pertineret ad Praepositum S. Laurentii, qui Angelinium respiciebat ut advenam ; vel ad Priorem S. Mariae qui eumdem habebat tamquam suum veterem parochianum. Vicarius Generalis Montisalti rescripsit peragendam esse a Praeposito S. Laurentii.

« R. Factum in dubium revocari nequit. Notandum vero est Praepositum Agasucci iuxta morem aliquorum decessorum suorum referre verba vicarii quae sibi favent, et illa omittere, quae obesse possunt. Quamvis enim Vicarius affirmet sibi suasum esse associationem spectare ad Praepositum, incipit tamen epistolam his verbis : - Benché il dubbio che V. S. mi propone a risolvere esigesse un qualche spazio di tempo per maturar bene uno scioglimento ragionevole , e tale da non ammetter luogo a giusti reclami ; nondimeno nella necessità di decidere la questione subito come porta l'urgenza, sono d'avviso, che l'associazione del cadavere del defunto arciprete Angelini si appartenga al

paroco di S. Lorenzo Ex quo patet quaestionem finitam esse non iudicio, sed opinione potius Vicarii.

5. Praepositus Agasucci magnam tribuit vim matrimonio die 6 maii 1690 inito inter Franciscum Erei e paroecia S. Mariae, et Agnetem Paris neptem Prioris huius Ecclesiae, quia ipsi interfuit Praepositus Franciscus Diofebi, et de huius licentia benedictio impertita fuit a praedicto Parocho Priore.

« R. Huiusmodi factum in mediam prolatum fuit an. 1767 etiam a Praeposito Giustini ut ostenderet subiectas sibi esse personas familiae Prioris. At Prior S. Mariae Gaspar Brunelli vel ex tunc reponebat nullius esse ponderis, tum quia unicum, tum etiam quia non constat sponsam Agnetem in eadem domo mansisse cum Parocho-Priore avúnculo suo.

« Et reapse cum descriptio eius matrimonii ita peracta fuerit, ut omnia minutim commemorentur, omissa profecto non fuisset, utpote favorabilis Praeposito, circumstantia cohabitationis sponsae in domo paroeciali S. Mariae, si ita se res habuisset. Hinc omnia explicantur posita eius habitatione extra domum Prioris; ex hoc enim sponsa subdita erat paroeciae S. Laurentii.

« Contra favore Prioris habentur duo facta omni exceptione maiora. Primum respicit matrimonium Clementis Zocchi cum Maria-Anna Mancini nepte Prioris Andreae lotti, cui hic adstitit die 13 octobris 1831 ; alterum refertur ad matrimonium neptis Prioris Settembri, cui hic interfuit die 17 ianuarii an. 1870. Uterque Prior declarat sponsos habitasse in domo paroeciali S. Mariae. Iamvero quid egit Praepositus S. Laurentii ? Non insurrexit contra primum factum ; inclamavit contra secundum declarans eadem die, qua matrimonium fuit celebratum in suo matrimoniorum libro, se patienter sustinere iuris offensionem ne scandalum ex vindicatione oriatur, et ideo factum innuere ut opportuno tempore vindicetur. At nihil hac agendi ratione ineptius ! Vel enim neptis Prioris pertinebat ad paroeciam S. Laurentii , et tunc Praepositus curare debebat,

ut[1] matrimonium in se nullum illico convalidaretur vel ad illam Prioris et tunc eius reclamatio clam facta in libris parochialibus nedum irrationalis, sed ridicula erat.

« Ceterum notandum est vel ipsum Priorem Bruneiii in quaestione quam habuit cum Praepos. Giustini obiedsse ab an. 1691 quo primo in paroecia S. Laurentii describi coeperunt status animarum, usque ad an. 1763, quo quaestio coepit agitari, personas, quae cum Priore S. Mariae in domo parochiali habitabant, numquam inveniri descriptas in praedictis statibus; ut inde concluderet Praepositos illius temporis eas agnovisse uti pertinentes ad paroeciam S. Mariae de Cellis.

« Alia documenta ex utraque parte afferri possent, quemadmodum reapse afferuntur ; sed illa utpote minoris ponderis, et ne nimis longus evadam, omittere satius duco.

« Aliquid potius innuam de sacris functionibus ut melius appareat cuius naturae sit territorium utriusque paroeciae.

« Hoc otim in more positum erat ut uterque parochus tempore paschali successive accederet ad benedicendas domus utriusque paroeciae. Postea hic mos obsolevit ; sed viget alter interveniendi ad processiones , quae in alterutra Ecclesia complentur. Quas autem parochus quisque statis temporibus perficere debet, ita inter utrumque divisae sunt ut Praepositus ex. gr. peragat primam et tertiam Rogationum, et Prior secundam. Praepositus illam diei Corporis Christi, et Prior alteram Dominicae infra octavam absque ulla quaestione territorii. Ambo incedunt cum stola et post crucem paroeciae, a qua fit processio.

« Totum proinde dissidium respicit visitationem coemeterii recenter institutam a Praeposito, qui dum utitur unico sodalitio quod habetur Montedenovem, et pertinet, quamvis complectatur socios utriusque paroeciae, ad Ecclesiam S. Mariae, nedum Priorem ab ea secludit, sed etiam impedit quominus hoc idem ipse perficiat.

« Hac de causa, semota ratione territorii, in cap. 2° de-

creti statuimus etiam Priorem posse coemeterium processionaliter visitare ut exequias inibi celebret; non enim aequum videtur quod nequeat ipse publicis precibus defunctos suae paroeciae iuvare, prout alter parochus; nec tolerabile quod non possit cum sua Con fraternitate ad coemeterium accedere, dum ea ipsa Praepositus utitur tum in hac, tum in aliis processionibus ».

Modo aliquid advertam, ex meo munere, in hanc certe non facilem et non parum implicatam quaestionem. Singillatim Dubia expendam, in iudiciali sententia, proposita atque expedita. I. Dubium quaerit: « *An primatus parochialis spectet ad parochum S. Laurentii vel ad illum S. Mariae de Cellis* ». Huic Dubio et aliis resolvendis maxime prae oculis habere praestat iurisprudentiam S. C. C. In quadam Boianen. *Iurium parochialium et praeeminentiarum* agitata est die 24 Maii 1732 quaestio non multum dissimilis ab hodierna controversia. Siquidem referebatur in oppido - Campobasso - tunc numerari quinque fere incolarum millia et quatuor haberi Ecclesias parochiales non iam distinctas per domos materiales sed formaliter constitutas per certas determinatas familias hic illae dispersas. Inter has quatuor Ecclesias primatum sibi arrogare et prae aliis nonnulla iura sibi vindicare coepit Parochus Archipresbyter Ecclesiae S. Mariae Maioris; unde enatae contentiones quas ad sopiendas XXI dubia proposita sunt apud S. C. C. et II. Dubium ita se habebat: « *An constet de matricitate Ecclesiae Archiepresbyteralis S. M. Maioris et respective filiationis dd. Ecclesiarum Rectoralium in casu* ». Iamvero quia in facto perpensum fuit nullum adesse certum documentum nullumque proferri argumentum de secuta dismembratione quae in casu ferme aestimanda erat uti absurda quippe res erat non de parochiis territorio distinctis sed per familias, rescriptum fuit non constare de matricitate. Verum quia probatum fuit, nonnulla suffragari argumenta impropriae matricitatis seu maioritatis rescriptum fuit ad II: «*Constare de maioritate non autem de matricitate* ». In casu

nostro nulla maioritas videtur adiudicanda Praeposito ad S. Laurentii prae Priore S. Mariae; quia ipse titulus Praepositi, verbo tenus, ferme non maiorem confert aut significat dignitatem quam titulus Prioris. Ceterum etiam ratione temporis collati tituli evinci non potest maioritas, quia parochus ad S. Laurentii honestatus est titulo Praepositi quando Rector Ecclesiae S. Mariae, quamvis vir regularis, iam erat Prior. Saecularizatis autem Ecclesiis, non inde immutata est beneficiorum natura aut ordo hierarchicus et quaeque Ecclesia parochialis ab altera eo maiorem servavit independentiam seu immunitatem, quo magis diversa erat earum natura, quippe *territorialis* altera, altera *familiaris.*

Secundo quaeritur : « *Quo sensu intelligenda sit iurisdictio quam uterque parochus exercet in eodem territorio Montisdenovem* ». Iamvero haec quaestio potius *doctrinalis* est quam *practice iuridica* utpote non continens determinatam facti et iuris controversiam. Proinde pro stylo S. C. C. opportunius est perpendere Dubium III ita expressum : « *Cuinam Parocho subiiciantur qui communem vitam agunt in domo paroeciali cum Priore S. Mariae* ». In solutionem eiusmodi quaestionis praemittendae sunt regulae iuris communis quae eiusmodi controversias moderantur. Iamvero uti late disserit Ursaya *tom. VIII, part. 2, discept. 24* parochiae gentilitiae quoad usum iurisdictionis non discriminantur a ceteris quae territorio distinguuntur nisi quia iurisdictionem hae parochiae sortiuntur in subditos singulos ratione domicilii aut quasi domicilii aut etiam commorationis (si agatur de vagis) eorumdem subditorum ; dum parochiae gentilitiae subditos nansciscuntur immediate ratione familiarum, quae tot continent subditos parochi gentilitii , quot membra. Re quidem vera in citata Boianen. quaesitum est Dubio VIII : « *An exteri uxorem ducentes de familiis Rectoralium possint eligere Pectoralem familiae uxoris pro futura administratione sacramentorum in exclusionem Archipresbyteralis in casu* » ; Dubio IX : « *An*

exteri vel exterae famulatum praestantes oppidanis de familiis Rectoralium dicantur de iisdem familiis ita ut subiaceant pro administratione Sacramentorum Ecclesiae Rectorali familiae privative quoad Archipresbyterum in casu »; et rescriptuum prodiit ad VIII et IX: « *Affirmative* ».

Apud Scarfantonium ad Ceccoperium *Tom. III, addit. XXXIX, n. 59,* hae fiunt animadversiones ad ista rescripta: « Exploratissimum quippe in iure est, quod unusquisque potest semper et quandocumque pro suo arbitratu mutare domicilium atque parochiam quoties agitur de parochiis per domos materiales dioecesis, ad tradita per Gloss, et Doctores in cap. *Significavit, De paroch. et alien, parochian.*, ideoque multo magis certum est, quod illam possit ab initio eligere, tametsi agatur de parochiis per solas familias distinctis ita ut in receptione Sacramentorum censeatur omnimode praeservata libertas, prouti bene in proximis terminis notat textus in cap. primo - *De parochiis* - ibi : « *Quod si forte unus fuerit Locus ad eum pertineat quem Plebs elegerit* - bene *Ancharan, in d. cap. primo n. 6* ibi - *Nota, quod Plebi datur ius eligendi alterum ex duobus Episcopis..:. Ipsorum enim interest habere bonum pastorem sub equo non patiantur famem et sitim.* — Verumtamen in casu quo exteri coniunguntur in matrimonium cum mulieribus oppidanis, sicuti per affinitatem, quam contrahunt cum uxoribus fiunt cum ipsis una caro, et quodam modo accedunt ad earum familias, ita *rationi* consentaneum videtur statuere ut etiam respectu Sacramentorum subiecti remaneant illi parochiae cui subiacet uxor... Ille autem est parochus famulorum qui est parochus Domini cui ipsi inserviunt ut firmat Fagnanus cap. *Significavit n. 31, De parochiis,* idque eo fortius, dicendum est in nostra hypothesi in qua parochiae non sunt per domos materiales sed per familias formales in quibus terminis cum omnes ii qui veniunt sub nomine familiae subiacere debeant parochiae cui familia addicta est, procul dubio parochiis Dominorum subiacere debent famuli et famulae ceterae actuali servitio addictae, quae de

iure in hoc proposito sub nomine familiae dominorum continentur ».

Equidem controversia quae agitata fuit in Boianen. a nostra non parum differt quia hic quaeritur an iurisdictioni parochi S. Mariae subiaceant qui cum eo vitam agunt communem seu eius familiam ingrediuntur ratione vel affinitatis aut consanguinitatis vel famulatus, sed principia quae supra evoluta sunt, facilem suppeditant responsionem etiam huic quaestioni. Etenim, uti diximus, integrum est fidelibus ingredi iurisdictionem parochi gentilitii, quandoquidem aliquis degens in territorio in quo et gentilitia et territorialis viget iurisdictio, uni vel alteri paroeciae nomen dare valet. Hoc expressis terminis definivit S. C. O. in Maceraten. *Iurium parochialium* die 15 Maii 1778; nam dubiis: I. « *An liceat parocho S. Andreae Montis M donis adscribere in sua paroecia familias exteras et adventicias* »; et quatenus negative: II. « *An adscriptio dictarum familiarum iam facta sustineatur in casu»,* respondere S. C: C. censuit: Ad I. « *Affirmative et amplius* ». Ad II. « *Provisum in primo* ». At facta semel electione, nemo, pro suo arbitrio, alteri parochiae se adscribere valet, et ita subvertere ecclesiasticam disciplinam. — Porro in eadem Maceraten. ad III. « *An forenses semel recognoscentes aliquam paroeciam vel mediante adimplemento praecepti paschalis ad se adscribenda in statu animarum vel se" proclasnare faciendo occasione contrahendi matrimonium aut similia peragentes coram aliquo parocho exinde possint primam parochiam variare* » rescriptum fuit: « *Negative et amplius* ». Quod rescriptum, praeterea, nos docet, adscriptionem alicui paroeciae fieri posse vel tacite vel expresse ; siquidem ille dicendus est sibi elegisse quamdam parochiam quoties illius parochiali ministerio habitualiter se submittit quamvis aperte eiusmodi electionem non fateatur. Idem censuit S. O. in Cingulana *Iurium parochialium,* die 12 Iulii 1823.

Quibus in iure praemissis, clara inde fluit conclusio; nimirum Priori S. Mariae plane ius esse adscribendi in suam

paroeciam eos qui suae familiae partem faciunt sive hi adscriptionem tacite aut expresse expetierint, prouti advertimus, eamdemque obtinuerint. — Ex adverso ii qui sint de familia quae olim pertinuerint iurisdictioni parochi gentilitii et domum ingrediantur Praepositi eiusque familiam una vel alia ratione constituant, plane censentur et praesumuntur reliquisse priorem Ecclesiam et alteri adhaesisse si inibi ea expleant et recipiant quae pertinent ad officia et iura parochianorum. Siquidem regula generalis est ex cap. *Significavit, De parochiis,* uti docet Fagnanus - ibi - *n. 3:* « Sicuti voluntaria est domicilii constitutio ita et illius extinctio et mutatio ».

Haec quae modo advertimus non minus satisfaciunt quaestioni IV. Dubii : « *Cuinam parocho competat associatio cadaveris personae demortuae extra fines Montisdenovem, si ad coemeterium huius loci deferatur* ». Nam si quis demoritur extra fines, atque alterius parochi non sortitus est iurisdictionem , iuxta principia iuris communis , associatio competet parocho proprio sive gentilitio sive territoriali. Si quis vero deferatur ad dictum coemeterium iure electionis, tunc parochus electus sua exercebit iura ad normam iuris communis.

Denique de V. Dubio: « *Quinam ius habeat benedictionem cum SSmo Sacramento impertiendi ceterasque functiones obeundi iii Ecclesia S. Thomae Cantuariensis extra moenia* » disserere non praestat quia est quaestio facti; et ex allatis documentis dubium non expeditur. Inquam est quaestio facti, quia per se uni vel alteri parocho pertinere potest, quia neque unus neque alter, vi suae iurisdictionis, in eamdem Ecclesiam ius certum sibi vindicare valet. In Dubio autem *melior est conditio possidentis* et ob antiquam utriusque paroeciae institutionem, certe consuetudo est optima legum et iurium interpres. — Unde in citata Baionen, quum quaereretur ultimo loco, XXI Dubio: « *An procurator collegii ad quem spectat demandare primam pulsationem campanarum Ecclesiae Rectoralis Sancti Georgii in*

omnibus processionibus, funeralibus totius oppiai, *demandare debeat dictam prulsationem de per se vel potins de licentia Archipresbyteri in casu* », rescriptum fuit: « *Servetur solitum et amplius in omnibus* ».

Nec alia regula applicanda est in discernendis functionibus voluntariis quae peragi valeant a parocho gentilitio, ductis solemnibus supplicationibus per vias paroeciae S. Laurentii ; siquidem servanda videtur legitima consuetudo. — Coemeterium vere quod a controversiis immune esse non videtur, ita aestimari debet ut sit commune uni et alteri paroeciae tum pro sepulturis fidelium tum pro functionibus rite a parochis inibi explendis.

Hisce praenotatis, sequens propositum fuit enodandum

Dubium

« *An decretum diei o Iunii 1899 sit confirmandum vel infirmandum in casu* ».

Die 14 Decembris 1901 prodiit rescriptum: *Dilata et ad mentem.* Mens Episcopo ita significata fuit, nempe « quod Am. Tua curet, omni qua fieri potest diligentia et industria, ut dicti parochi pacifice procedant, amica indulgentia et christiana charitate, in fidelium exemplum, quaestiones quae forte adveniant, sine ullius iuris detrimento, componant. Quod si hoc obtineri non possit, videas oportet an alia documenta habeantur, aliaque facta adduci possint, quae melius quaestionem illustrent, ex allatis enim haud satis securum videtur, alterutrius parochi iura describere et determinare ».

Episcopus statim iussa fecit et retulit, litteris diei 3 Feb. 1902, partium responsiones.

Advocatus vero qui patrocinatur Praeposito ad S. Laurentii, advertit, necessarium esse quaestionem definire quae suspensa manere non potest usque dum extinguatur paroecia S. Mariae quae adhuc numerat 56 fideles. Ceterum ait, non ampliora exquiri documenta cum naturam Ecclesiae

gentilitiae et Ecclesiae territorialis S. Laurentii expresse determinaverit Ordinarius referens : « Quod Prior S. Mariae de Cellis subiectas habeat familias, quae sub determinato gentilitio nomine designantur ; Praepositus S. Laurentii ceteras omnes, quocumque appellentur nomine. Prior persequitur suas familias in territorio, Praepositus per territorium. Ille auget suum ovile si eiusdem nominis familiae multiplicentur ; hic etiam adventu cuiusque personae vel familiae, quae Montisdenovem sibi domicilium eligat ». Inde deducit advocatus, paroeciam S. Mariae, spectata sua peculiari conditione, nonnisi determinatas familias sub se numerare, easque familias successu temporis numquam variasse. Et in hoc, pergit patronus, cardo quaestionis sistit, quod nempe totum Montisdenovem territorium pertinet exclusive ad ecclesiam S. Laurentii : ita ut sive agatur de oppidanis non ex numero gentilitio, sive de exteris qui intrant in Montemdenovem, omnes, eo ipso quo inveniuntur in territorio, iure spectent ad Praepositum. Dum vero ex una parte clare docet Episcopus , nunquam posse Priorem suum augere ovile, nisi eiusdem nominis familiae determinatae multiplicentur, ex altera autem parte ratio ipsa iuridica idem suadet, peculiari inspecta conditione in qua versatur paroecia S. Mariae. Si Prior praesumat aliquam extraneam familiam sibi accrevisse praeter antiquas illas determinatas, ipsius profecto est onus probandi. Invocare enim ius adscriptionis , notat orator , parochis gentilitiis a iure concessum, extra nostrum casum omnino procedit. Hoc verificatur solummodo in illis parochiis gentilitiis quae non inveniuntur in alieno territorio, sed cum existant in locis ubi omnes parochiae sunt gentilitiae, totum territorium est omnibus commune ; et hinc exterus in illam civitatem intrans nec uni potius vel alteri paroeciae iure censetur adscriptus. — His accedit, pergit procurator, ipsa origo paroeciae S. Mariae et successiva praxis, dictam eiusdem naturam indubie confirmantes. Nam recolit advocatus, ab immemorabili unicam semper extitisse, in oppido Montedenovem, pa-

roeciam territorialem in ecclesia S. Laurentii. Coexistebat autem Religiosorum coenobium in ecclesia S. Mariae, quae proinde erat regularis, et quamdam efformabat paroeciam exemptam pro Monachorum familiaribus in suis possessionibus dispersis. Evenit, ut suppressum fuerit illud coenobium ab Urbano VIII an. 1629, adhuc vivente Priore, parocho regulari dictorum familiarium, uti refert ipse Episcopus , et Ecclesia S. Mariae fuerit saecularizata. Hinc ille Prior, tunc quidam Petrus Angelini tempore suppressionis inveniebatur in possessione illarum familiarum, ad Religiosos pertinentium, et sine iniuria tali iurisdictione expoliari certe non poterat. Propterea factum est quod illae familiae tunc existentes manere perse vera verin t sub iurisdictione Prioris D. Petri Angelini etiam in statu saeculari ; et ita similiter factum fuisse videtur pro tempore successivo, usquedum vigeant illae determinatae familiae. Etenim , ex tunc usque ad nos, semper constans fuit praxis, per quam iurisdictio Prioris S. Mariae limitata fuit ad illas praecise familias, nec umquam eidem paroeciae alia diversa familia adscripta fuit. Et usu venit secundum probatas leges canonicas, quod Prior persequatur suos fideles gentilitios ubicumque sint, etiam in domo Praepositurali ; itemque Praepositus suam iurisdictionem exerceat etiam in domo Priorau , si inveniat ibi fideles non de numero gentilitio. Similiter domus non deficiunt in Montedenovem, in quibus et Prior et Praepositus suos fideles inveniunt, exinde in eadem domo suam iurisdictionem exercentes.

Sed opponitur, advertit patronus, factum quod Priores duo celebrarunt matrimonia: unum scilicet an. 1831 inter Clementem Zocchi et Mariam-Annam Mancini neptem Prioris Andreae lotti et secum cohabitantem ; alterum an. 1870 inter medicum Franciscum Giovannini et Philumenam Settembri neptem ex fratre Prioris Felicis Settembri et secum item cohabitantem. Qua de re , cum his in casibus Prior iurisdictionem exercuit in secum cohabitantes, sive tacite sive expresse propriae paroeciae eosdem adscripsisse conten-

ditur; et hinc concluditur Priori ius adscriptionis competere. — Respondet patronus, quod factum celebrationis matrimonii est verum. Verumtamen est etiam indubium factum, iuxta advocatum quod familiae nunc hodierno Priori subiectae sunt sequentes: *Onori, Lapidi, Guerra, Guerrucci, Giacinti, Angelini, Merla,* et quod omnes ex antiquis familiis originem petunt, nec una adest quae successivo tempore fuerit de novo paroeciae S. Mariae adscripta, nempe neque familia *Zocchi* nec familia *Giovannini* quod certe eventurum esset, si Priores , cum dicta matrimonia célébrassent, illos fideles sibi adscripsissent. Ulterius, de matrimonio recentiori an. 1870 celebrato, ait orator, adhuc certum est quod familia a medico Francisco Giovannini exorta usque ab initio pertinuit et modo pertinet ad paroeciam S. Laurentii : ibi enim dictus Franc. Giovannini unicum suum filium Ioseph baptizavit. Arbitratur vero patronus omnem difficultatem auferre sequens Dñae Philumenae attestatio : « Io Filomena Settembri vedova Giovannini per la pura verità certifico alla presenza dei sottoscritti testimoni: 1.° Che sono nata in Comunanza, all'età circa di 8 anni andai dal mio Zio, il Rev. D. Felice Settembri Priore di S. Maria de Cellis in Montedinove, e seco coabitai nella casa Priorale fino agli anni 35. In quest' anno trentacinquesimo di mia età sposai il Dottor Francesco Giovannini. Il signor mio Zio non si mostrò in principio favorevole alle trattative; ma alla fine dette il consenso dicendo: Io non voglio che si conosca ciò nè dai parenti, nè dagli amici ; io prenderò 1' ordine dal Vescovo per isposarvi, e nessuno saprà niente. Tutto fu compiuto in otto giorni. Unita in matrimonio da mio Zio seguitai a stare in sua casa per circa un mese, e al giorno dimoravo con mio Zio, e alla notte a casa di mio marito, e ciò per non farlo conoscere. Per un solo caso fortuito si scoprì, e fin d'allora coabitai sempre con mio marito. 2.° Che la Divina Provvidenza mi fece dono di un solo figlio, e mio marito desiderò che Zio facesse da padrino, ed acconsentì. Il M. Reverendo D. Ber-

nardo Proposto Pasqualini pregò mio Zio a fare il Battesimo, e così si effettuò il desiderio mio e di mio marito. In conferma di quanto sopra firmo questa scritta di mio pugno pronta a confermarla anche con giuramento ». Opinatur vero advocatus illa verba testis - *prenderò V ordine dal Vescovo* - significare Episcopum dedisse *delegationem.*

Demum memorat procurator factum recens, habitum sub hodierno Priore Dno Gulielmo Monaldi. Eius frater Franciscus Monaldi, cum studiis vacaret, in domo Priorau una cum fratre sacerdote solebat ordinario ferias annuales transcurrere; usquedum, studiorum cursu expleto, ab an. 1892 usque ad diem 7 Februarii 1896 stabiliter in eadem domo suam residentiam elegit. Verum, dicto anno 1896 die 23 Ianuarii, una cum fratre Priore adhuc residens, Dnus Franciscus Monaldi uxorem duxit : tamen hoc matrimonium non fuit celebratum a Priore sed a Praeposito, uti de iure, et omnes filii sive baptizati sive tumulati fuerunt in ecclesia S. Laurentii.

Ex adverso haec mihi advertenda videntur - Episcopus •ex una parte fatetur, nova non haberi documenta quae producantur - et procurator enixius novis allegationibus instat ut omne ius abiudicetur parocho adscribendi novos parochianos.

Revera in animadversionibus ex officio istud adscriptionis ius, quoad personas in suam familiam cooptatas, visum est recognoscendum esse parocho ad S. Mariae. Etenim nonnulla facta prostant in actis quae aliam non videntur admittere rationem iuridicam. - En facta. Asserit iudex in controverso decreto. « Atque hoc adeo verum est ut nonnunquam Prior S. Mariae matrimoniis adstiterit suorum domesticorum quin Praepositi S. Laurentii contra eorum validitatem reclamaverint, quod sane evenire non poterat nec debebat, ne christianum matrimonium in turpissimam convertentur fornicationem ». In litteris datis ab eodem iudice in declarationem sui decreti et relatis in folio praeteritae actionis haec praeterea adnotantur in facto. « Coaatra-,-favore

Prioris habentur duo facta omni exceptione maiora. Primum respicit matrimonium Clementis Zocchi cum Maria-Anna Mancini, nepte Prioris Andreae Zotti cui hic adstitit die 13 Octob.. 1831 ; alterum refertur ad matrimonium neptis Prioris Settembri cui hic interfuit die 17 Ianuario a. 1870.. Uterque Prior declarat', sponsos habitasse in domo paroeciali S. Mariae. Iamvero quid egit Praepositus S. Laurentii ? Non insurrexit contra primum factum ; inclamavit contra secundum, declarans eodem die qua matrimonium fuit celebratum in suo matrimoniorum libro *se patienter sustinere iuris offensionem ne scandalum ex vindicatione oriatur* et ideo factum innuere ut opportuno tempore vindicetur. At nihil hac agendi ratione ineptius ! Vel enim neptis Prioris pertinebat ad paroeciam S. Laurentii et tunc Praepositus curare debebat ut matrimonium in se nullum illico convalidatur, vel ad illam Prioris et tunc eius reclamatio clam facta in libris parochialibus nedum irrationalis sed ridicula est ». — Haec refert Ordinarius quoad ipsum factum et exinde, in primis licet advertere nullius valoris esse attestationem Dominae viduae Settembri, quia si illa verba - *prenderò l'ordine del Vescovo* - significassent, Episcopi delegationem fuisse obtentam , tunc nedum querelae Praepositi locus fuisset, sed iuris confirmatio habita esset. Quare ordo seu venia expostulata ab Episcopo dicenda est fuisse necessaria ad celebrandum matrimonium secreto seu absque proclamationibus seu bannis.

Quamobrem hodie quaestio in,eodem statu versatur ac in altera causae propositione, at haec facta quae sunt historice certa, iuridice explicanda sunt. — Ipsum vero ius quod attinet ex hisce factis duo consequuntur. *Primo* Prior S. Mariae fruitur *possessione,* et quia *in dubio melior est conditio' joossidentis* ab hac possessione eum exturbare non fas est, quousque Praepositus invicte suum ius non probaverit. Sed. haec possessio versatur tantum quoad domesticos seu quoad eos qui familiae Prioris partem faciunt atque in eius domo parochiali stabilem fovent commorationem ; nec non in eos

qui familiae partem faciunt ratione famulatus. — Haec limitatio in domesticos seu familiares, ipsius quaestionis solutionem reddit faciliorem. Nam exinde sane familiae, quibus constat paroecia, non augentur numero, quum parochi familia adscribatur iurisdictioni parochi ad tempus, seu quousque parochus illam obtinet paroeciam , non secus ac famuli ad tempus sortiuntur iurisdictionem gentilitiam parochi quousque nempe ratione famulatus partem faciunt alicuius familiae obnoxiae parocho gentilitii).

Praepositus, contradictor, reponit, nullo iure inniti hoc ius Priori concessum, quia non est alienum a iure quod ipse Praepositus subditos sibi habeat ipsos familiares Prioris in eius domo commorantes. — Et hoc admittere possumus sed *contra factum non datur argumentum.* — Videlicet quia ne Praepositi quidem inficiati sunt validitatem matrimoniorum quae Priores celebrarunt in suos, fateantur oportet, sive praescriptione sive concessione iurisdictionem parochialem ipsos acquisiisse in suos. Et hoc ultro admittit ordinarius Dioecesis, quamvis rationem iuridicam ab ipso adductam probare non possimus ; nimirum , domum paroecialem esse immunem a iurisdictione territoriali, siquidem hanc assertionem probationibus confirmare oporteret; et inde sequeretur , omnes quoscumque hanc domum inhabitantes, veluti titulo locationis et conductionis fieri subditos Prioris, quod tamen ex actis nullimode probari valet.

Denique quoad argumenta in contrarium adducta advertere sufficiat, nihil probare rationem agendi Praepositi in familiam Francisci Monaldi, fratris hodierni Prioris, quippe uxorem duxit quamdam Matricardi, subditam iurisdictioni Praepositi, et Syndicus loci de Francisco Monaldi testatur : *« da detto 1896 ad oggi ha fatto parte e coabita colla famiglia di Matricardi Antonio fu Lorenzo ».*

Attamen, e contra, advertere posset Prioris iurisdictionem in suam familiam semper aliquo dubio affici, et inde Priori non licere hanc exercere in iis quae sunt gravissimi momenti, veluti in celebratione matrimoniorum. Verum prae-

ter quam quod si solemne accedat S. C. C. responsum, hanc iurisdictionem Priori adiudicans, omne diluitur dubium, praeterea edicent EE. PP. an expediat, ut Ordinarius vel pro singulo casu vel in genere concedat - *ad cautelam* - *delegationem.*

Quibus animadversis, suppositum fuit die 26 Aprilis 1902 enodandum

Dubium

« An decretum diei 5 Iunii 1899 sit confirmandum vel infirmandum in casu ».

RESOLUTIO. S. O. C. sub die 26 Aprilis 1902 re disceptata censuit respondere: *Affirmative iuxta modum;* nempe: *Adi. Servetur solitum. Ad II. Non proposita. Ad III. Priori S. Mariae et ad mentem. Mens est ut qui cohabitant in domo cum Praeposito S. Laurentii exempti sunt a iurisdictione Prioris S. Mariae. Ad IV. Parocho , cui persona demortua erat subdita. Ad V. Hector ecclesiae; et quoad parochos servetur decretum generale Urbis et Orbis S. C. Rituum anni 1703.*

EX S. CONGREGATIONE RITUUM

NOVARCEN. (Newark) Dubium quoad lumen ex gaz accendendum una cum candelis ex cera confectis.

Usus invaluit in dioecesi Novarcensi ut super Altaribus, una cum candelis ex cera confectis, lumina ex *gas* accendantur ad maiorem splendorem obtinendum. Dubitans porro hodiernus Episcopus Novarcen. utrum id liceat, a Sacra Rituum Congregatione exquisivit:

« An super Altari, praeter candelas ex cera, tolerari possit ut habeatur etiam illuminatio ex *gaz,* vel an usus praedictus prohiberi debeat? »

Sacra vero eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, eiusmodi dubio rescribere censuit. *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam.

Atque ita declaravit et rescripsit. Die 8 Martii 1879.

D. CARD. BARTOLINI, *Praef.*

L. œ S.

PLACIDUS RALLI, *Secret.*

Ita reperitur in Actis et Regestis Secretariae Sacrorum Rituum Congregationis. In fidem etc.

Ex eadem Secretaria. Die 16 Maii 1902.

Pro Rev. P. D. DIOMEDE PANICI Archiep. Laodic, *Secret.*

L. % S.

PHILIPPUS DI FAVA, *Substitutus.*

NATCHETEN. Dubium quoad illuminationem electricam.

Rmus Dnus Thomas Heslin, Episcopus Natcheten., a Sacra Rituum Congregatione sequentis dubii declarationem humiliter expetivit; nimirum:

Quum Sacra Rituum Congregatio in una *Novar ceu.* 8 Martii 1879 prohibuerit illuminationem ex *gas,* una cum candelis ex cera super Altari, ob paritatem rationis et sub iisdem circumstantiis censerine potest vetita etiam illuminatio electrica?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, atque audito voto Commissionis Liturgicae, rescribere rata est:

Affirmative, ad tramites decretorum 8 Martii 1879 et 4 Iunii 1895.

Atque ita declaravit et rescripsit. Die 16 Maii 1902.

D. CARD. FERRATA, S. R. C. *Praef*

L. * S.

f D. PANICI, Archiep. Laodicen. *Secret.*

EX S. CONGR. S. R. U. INQUISITIONIS

Declaratio circa Bullam Cruciatae quoad Regulares et Sacerdotes in Hispania.

Per Decretum Sacrae Romanae et Universalis Inquisitionis sub die 7 martii 1891 resolutum fuit quod: «Regulares utriusque sexus, exceptis qui voto speciali sunt adstricti, in ieiuniis etiam Quadragesimae, possunt vi Bullae Cruciatae edere carnes, ova et lacticinia, cum piscibus in eadem comestione miscere. Regularibus intra claustra degentibus, sive sacerdotes sint, sive laici, sive moniales, sufficiunt Bulla Cruciatae et summarium carnis, nisi sint ex Ordine Minorum S. Francisci, qui nulla bona possident, quibus sufficit Bulla Cruciatae ».

Quum autem dictum Decretum aliter interpretaretur, Eminentissimus Cardinalis Archiepiscopus Toletanus authenticam interpretationem a S. Officio imploravit, obtinuitque ut per sequentes litteras:

Eminentissime Domine Mi Observatissime,

In Congregatione Generali S. Officii habita feria IV, die 23 currentis mensis, ad examen vocatis precibus Eminentiae Tuae die 19 octobris anni proxime elapsi signatis, quibus petis: *An Regulares intra claustra degentes, etiam vi solius Bullae Cruciatae, possint edere ova et lacticinia in ieiuniis Quadragesimae, non excepta Hebdomada Maiori,* Eminentissimi Domini Cardinales una mecum Inquisitores Generales decreverunt: *Affirmative, exceptis Sacerdotibus qui sicut presbgteri Saeculares et Regulares extra claustra commorantes, indultum laetieiniorum habentes, tota Maiori Hebdomada ab ovis et lacticiniis abstinere debent; et ad mentem. Mens est ut satagant Superiores et Regulares laici et moniales intra claustra degentes, durante Maiori Hebdomada, ieiunium ut Sacerdotes, non tamen sub praecepto servent.*

Dum haec ad Eminentiam Tuam pro meo munere notitiam defero, manus tuas humillime deosculor.

Romae, 31 ianuarii 1901

Eminentiae Tuae

addictissimus et observantissimus famulus verus
L. M. CARD. PAROCCHI

SUMMA ACTORUM

QUAE IN HOC VOLUMINE XXXIV CONTINENTUR

LITTERAE ET ACTA R. PONTIFICIS

EX S. C. CONCILII

EX S. C. S. R. U. INQUISITIONIS.

EX S. CONGR. RITUUM

EX S. C. EP. ET REG.

EX S. C. ÍNDULG.

EX S. POENITENTIARIA APOSTOLICA

EX S. C. DE PROP. FIDE

EX ACTIS CONSISTORIALIBUS

EX S. CONGR. NEGOTIORUM EXTRAORDINARIORUM

EX S. DATARIA APOST.

EX SECRETARIA BREVIUM

IMPRIMATUR
Fr. Albertus Lepidi Ord. Px'aed. S. Pal. Ap. Magister

IMPRIMATUR
Iosephus Cepperelli Archiep. Myren. Vicesg.